
NAZIONALE
BIBLIOTECA
CENTRALE V. E. II
13
11
B
24
ROMA

A

SVMMA
GOFFREDI DE TRANO
CLARISS. IVRIS
INTERPRETIS.

IN TITVLOS DECRETALIVM

Omnibus nedum Pontificij & Cæsarei iuris studiosis, verumetiam & religiosis cuiuscunque ordinis vtilis ac necessaria.

Hac postera editione A M. D. LEONARDO A LEGE *Iuriscon. Mantuano recognita, atque ab innumeris erroribus, quibus ob temporis vetustatem, & librariorum iniuriam vbique deprauata, mutila passim, & plerisque in locis decurtata deprehendebatur, tam in textu quàm in allegationibus summo eiusdem studio vindicata, & integritati suæ restituta.*

Locupletissimo REPERTORIO eidem adiecto.




VENETIIS,
Apud Christophorum de Zanettis, Salodiensem.
M. D. LXX.

REVEREN. P. OPT. D. DON INNOCENTIO A CRVCE COENOBII CARTVSIENSIS APVD TICINVM PRIORI &c.

LEONARDVS A LEGE IVRISCON. MANTVANVS. S. P. D.





VM Philoſophia omnis ſit à veteribus ſapientiæ ſtudioſis diſtributa in partes tres, tu certe eam, quæ in actione poſita eſt, quamque Chriſtus Dei filius e tenebris in lucem perduxit, tum ſacroſancta catholica Romana Eccleſia illuminauit, inſpecto ſcilicet huiuſce breuis vitæ fine, vt actiones noſtras moderetur, ac regat, inque eas vias adducat, quas nobis diuina bonitas miſericordiaque commoſtrat, vt ad beatam, æternamque vitam, omnibusque numeris abſolutam felicitatem dirigat: vt interim non dicam eam iure merito cæteris omnibus ſcientijs anteponi debere, eamque habendam eſſe in amoribus, colendam, amplexandam, ac venerandam eſſe ab ijs omnibus, qui Chriſtiani natis ſeipſos primum, tum mundanarum, caducarumq; rerum fragilitatem norunt: tu inquam ita exercere, itaq; charam habere oſtendiſti cum ſemper, tum vel maximè extremo anno, quo ego in ius ciuile incumbens, Ticini commorabar, quo ſane tempore tu eximia prudentia, ſanctis moribus, vita ad aliorum omnium exemplum inſtituta, ſumma æquitate, & mirabili facilitate cœnobium Cartuſienſe apud Ticinum vrbem regebas, quod vt propter inſtituta optima, quibus adhuc ſingulari cum laude ſtetit, & propter veſtram benignitatem qua aduenas & peregrinos complectimini, præſtat alijs omnibus ſacris locis, ſic tu vt radius ex omni parte inter tot lucentia ſidera ſplendens, ac micans, illuſtras, accendis, ſummaque rerum diuinarum cupiditate, ac tui deſiderio afficis eos, qui te vident, contemplentur, ac familiaritate tua perfruantur; vt mihi totum triennium vſu veniſſe perſpicio. Et quemadmodum admirabile artificium in ampliſſimo iſto, fortunatiſſimoq; templo omnium fama, ſermoneq; celebratur, quod quæuis ædificia vel præſtantiſſima vel agri vbertate, vel loci deſcriptione, vel rerum omnium ad vitam neceſſariarum copia ſuperare videatur: ita quicunque te intuetur, tuaque conſuetudine vtitur, tantam induſtriam, tantum conſilium, tantamque prudentiam in iſto cœnobio adminiſtrando tuam agnoſcit, vt ipſe ſecum admiretur, atque obſtupeſcat. Quoties enim quiſque eſt, qui te norit, quin non modo vitæ ſanctitatem, ſed etiam ſingularem in rebus humanis prudentiam admiretur? hac enim ſuperioribus annis cum tota hæc mundi ſedes bellorum motibus commoueretur, omniaque vocibus militum obſtreperent, atq; oppida diruerentur, viri occidentur, neque profanis, neque ſacris locis parceretur, tu es conſecutus cum ſumma omnium beneuolentia, vt tutum, immuneque iſtud cœnobium, & ampliſſimum ab omnium occiduarum, aquilinaliumque nationum, quæ iſtam prouinciam certatim vaſtabant, impetu, furore,

barbariéq;

barbarieq; seruaris. Quæ cum ita sint, egoq; propter eximias virtutes tuas te semper coluerim, factum est, vt cum superioribus diebus, quibus propter summos æstus litibus forum vacat, Summam Goffredi, veteris glossatoris, opus vere Aureum, inter alios libros in mea Bibliotheca inuenerim, memor meæ in te obseruantiæ, quam nulla vnquã delebit obliuio, vt hac aliquo tibi signo indicarẽ, summo studio aggressus sum, eam vt corrigerẽ, mendisq; purgarem, vt emendata, ac discussis fœdis maculis plerisq; in tuo nomine apparere non erubesceret. Sed maior fuit, quàm putaram, adhibendus labor; erat enim manca, ac quasi decurtata, corrupta maculis, erroribusq; innumerabilibus scatens, nec id solum in textu verborum, sed etiam cum legislatorum sententiæ citantur vsq; adeo, vt ab incoata, & balbuciente ætate ego meo summo studio, assiduoq; labore ad perfectam adultamq; intelligentiam perduxerim. in qua nunc quiuis sine negotio, atq; errore aperte inueniet vnum in locum, vnamq; summam collecta omnia, ac redacta, quæ vage, & sparse in toto pontificio iure cõtinentur. Hic enim viæ lucidæ suppetent, per quas iter faciens lector, tenebras dispellet, quas antiqua errata attulerunt. Hic quomodo veterum sententiæ reprobari queant, aperietur. Hic confessores, animarum nostrarum iudices, cæteriq; ecclesiæ antistites consilia maximè salutaria comperient: tum discent, quibus in rebus irregularitatem dispensabilem, & quibus minime dispensabilem homines incurrant: deniq; per quos, & quo modo secum fieri possit dispensatio. Hic quomodo perspectis delictorum generibus, & item attributis medicamenta, remediaq; ad saucias mentes accommodata præbeantur, apertissime declaratur. Hic docentur antistites cæteris dignitate præstantes, aliiq; iudices, quomodo in contentioso foro versentur, ac pro tribunali sedeant in iudiciis dirimendis. ac nihil plane erit, quod quisq; ope copiosissimi indicis, reperire non queat, quod ad præcipuas, emergentesq; quæstiones pertineat: omnes deniq; animi motus, atq; impetus stabilire, ac firmare, vt quicunq; casus occurrant, eos expendat, deq; iis, vt par est, sententiam ferat. Quod opus cum de meo exemplari sumptum typis mandatum esset, tibi dicandum curaui, vtpote cui solum vere, proprieq; debeatur, cum propter causas, quas paulo ante memoraui, tum vero propter alias, quas breuitatis causa prętereo. Præsertim vero propter generis nobilitatem, in quo semper viri præstantes tum in re militari, tum vero in liberalibus disciplinis, ingenuisq; scientiis, theologiaq; floruerunt. Et vt mihi satisfaciam, qui mediocritate quadam à nobilibus maioribus meis semper adamata, contentus, vitare tamen non potui maleuolorum, insciorumq; inuidiam, qui nuper scelerum suorum conscientia perterriti mihi facere iniuriam, & damnum afferre sunt conati, cum tamen omnes plane intelligerent, me nullius culpæ affinem esse, sed perpetuo quodam vitæ cursu meam innocentiam, integritatemq; in iudiciis exercendis, litibusq; dirimendis probauisse. itaq; nec famam aucupor, nec vanos, ac parum duraturos honores ambio; nec hoc facio, vt nouo testimonio tuas virtutes illustrem, aut quod putem splendorem nominis tui huius præconii mei indigentem esse: sed potius vt testatum omnibus faciam, quantum tibi debeam, & quanti faciam viros tui similimos, & quàm in memoria adhuc mihi insideant optima, ac pene diuina monita tua. Quam ob rem Deum Opt. Max. precor, vt te, licet prouecta iam ætate, diu tamen vt balsami liquorem ad hanc ætatem corruptam, restituendam, & ad hos mores emendandos, seruet, ac tueatur. Venetiis III. Idus Iulii. M. D. LXX.

INDEX IN SVMMAM D. GOFFREDI DE TRANO Iureconsulti Clarissimi,

OMNIA SPARSIM DICTA COMPLECTENS VTRIVSQVE IVRIS professoribus vtilis.



Damnatus

D

¶ Digni-

F

F

G

Reliqua

L.

M

Matrimonium

P

Q

R

Res

FF

de verbo

S

T

Vsurarium

LAVS DEO.

TABVLA RVBRICARVM EX SVMMA D. GOFFREDI TRANENSIS IVRECONSVLTI CELEBERRIMI.




Clericis

Obligatis

FINIS.

INCIPIT SVMMA SVPER TIT. DECRETALIVM COMPILATA A MAGISTRO GOFFREDO DE TRANO.

DOMINI PAPAE SVBDIACONO ET CAPELLANO.





LOSSARVM diuersitas intelligẽtiam textus nonnunquã obtenebrat;& dum per eas infra,& s̃.discurritur,studentis distrahiẽ animus, hebetaẽ ingeniũ, quasi labirintum lector ingressus, ut piscis intra rethia prouolutus, laqueos uidet undique, latus pertimescit utrinque, & quo diuertat ignorat, néue qui prius incertus fuerat incertior relinquatur. Idcirco ego Gofredus de Trano domini Papæ subdiaconus & capellanus tam frequentibus,quàm deuotis scholarium precibus exhortatus,ac officialium Romanę Curiæ instantia prouocatus, ad communem utilitatem & eorum maximè qui Iuris Canonici sunt alumni, quorum profectum libenter prosequor & amplector, super rubricis Decretalium summam aggredior, de illius auxilio sperans qui dat affluenter, & non improperat;qui dixit, Aperi os tuum & ego adimplebo illud; A quo omnis modus locutionis poeticæ, & qualibet decoræ pronunciationis ueritas sumpsit exordium; In quo omnis ratio supernæ scientiæ uel terrenæ creaturæ consistit, utpotè qui earum caput,auctor est,& origo;In eo enim perfecta uirtus,& sapientia inuenitur: In hoc igitur opere plenè inuenies quidquid alibi sparsim quæris: In hoc in suis tractatibus omnia decidentur. Et tam rudes in Iure Canonico,quàm prouecti potissimè tenentes cathedras magistrales,uias inuenient luminõsas,per quas data copia disserendi errores eliminabunt antiquos,& reprobas opiniones ueterum confutabũt. Hic iudices animarum salubria quærent consilia. Hic sub certis rubricis inuenient ex quibus causis irregularitas dispensabilis, uel indispensabilis incurratur, & per quos ualeat dispensari. Qualiter consideratis criminibus & circunstantijs peccatorum adhibeantur remedia conscientijs sauciatis. Hic Prælati & alij forenses iudices instruentur quomodo pro tribunali oporteat iudicare. Verùm quia nouum & ab alijs intentatum assumo,& rude opus limam correctionis exposcit; si quid dixero in hoc, quod uideatur ueritati contrarium, peritorum correctioni subijcio & expono. Nam si quid aliter sapitis,hoc uobis dominus reuelauit,& qualis ego sum in scriptis aliorum,tales alios uolo intellectores esse meorum.

SVMMARIVM.

1 *Decretalium noua compilatio quare & à quo facta fuerit.*
2 *Rubrica hæc prima ponitur de Summa Trinitate & fide Catholica, & quare.*
3 *Sancta Trinitas cur summa uocetur.*
4 *Trinitas quare sic dicatur.*
5 *Fides catholica quæ sit.*
6 *Disputare publicè non licet de fide catholica cum hominibus alienæ communionis.*

DE SVMMA TRINITATE, & Fide Catholica.

RVBRICA.

POST proœmium, in quo breuiter edocemur † quare hæc noua
1 compilatio facta sit veteri dissoluta, uidelicet quia diuersæ constitutiones & decretales epistolæ summorum pótificum in diuersa sparsæ uolumina, quarum aliquæ propter nimiam similitudinem, & quędam propter contrarietatem, nonnullæ etiam ob sui prolixitatem confusionem inducere uidebantur; aliquæ uerò uagabantur extra uolumina supradicta, quæ tanquam incertæ frequenter in iudicijs uacillabant; Et ideò Gregorius Papa nonus piæ memoriæ ad utilitatem publicam in unum uolumen resecatis superfluis mandauit redigi, adiectis suis constitutionis, per quas nonnulla, quæ in prioribus erant dubia, declarantur, ut in eodem proœmio continetur.

¶ Ponitur prima rubrica de Summa Tri. & fide catho. nec sine ministerio ponitur
2 primo loco, ipsa † enim est uniuersorum principium, ut infra capit. primo in princ. ab ea elementa & eorum dispositio producta sunt in orbem terrarum, ut. C. de ue. iur. enu. l. j. in princ. Hæc Sancta Trinitas primam per Moysen & alios prophetas doctrinam præbuit humano generi salutarem, ut infra. c. 1. §. hæc sancta. Et licèt de hac materia non humano ore loquendum sit, sed diuino. de conse. dist. 2. c. in Christo patri. Aliqua tamen sub
3 compendio uideamus: Et primo † cur summa dicatur, & quidem quia maior est, prior est omnibus rebus, ut superius di-
4 ctum est. † Trinitas dicitur eo, quòd licèt una sit substantia, essentia, seu natura diuina. Est tamen pater qui generat, filius qui gignitur, & spiritussanctus qui procedit; ut distinctiones sint in personis, & unitas in natura. Nam licèt alius sit pater, alius filius, alius spiritussanctus, non tamen aliud. Sed id quod est pater, est & filius idem, & omnino est & spiritussan-
5 ctus, ut infra eo. c. damnamus. † Fides autem catholica hæc est, quæ in symbolo continetur, quam Romana tenet ecclesia. 24. q. 1. hæc est fides quam firmiter credere, & simpliciter cófiteri debemus. ut infra eod. cap. 1. in princip. & 23. di. c.
6 qui episcopus. † de quá turbis adunatis publicè disputare non licet. ut. C. eod. tit.
7 l. nemo, in princ. † Soliciti enim esse debemus ut margaritas nostras ante porcos non mittamus. ut. 11. q. 3. nolite recedere. §. nolite mittere. Et ne de secretioribus diuinæ sententię omnibus proloquamur. ut. 53. di. in mandatis. Nec magistris canonum & custodibus fas est inire certamen cum hominibus alienæ communionis. ut, 24. q. 3. c. cum quibus, in fi. quod intellige cum quis publicè de fide contendit, & ex hoc tumultus & perfidiæ occasionem quærit. ut dicit lex præal. nemo, Aliter in fide instruendi sunt simplices. ut. 10. q. 1. c. placuit, & hæretici confutandi. ut. 19. dist. c. secundum, de con. dist. 2. In Christo pater, & in plerisque capitulis in eadem dist. positis. & C. de episcopus, & cler. l. quoniam. Non solum autem uirgines & continentes uerum etiam coniugati per fidem rectam & operationem bonam Deo placentes ad æternam merentur beatitudinem peruenire. ut infra c. firmiter, in fi. Violatores autem fidei in æternum peribunt salutis pœnis temporalibus quæ talibus imponuntur ut dicemus. infra de hære.

SVMMARIVM.

1 *Ius naturale quando proditum sit.*
2 *Sacerdotio translato necesse est ut legis translatio fiat.*
3 *Decreta & constitutiones quis ediderit.*
4 *Iuris præcepta quæ sint.*
5 *Constitutio, uerbum, quid propriè dicatur.*
6 *Constitutio qualis esse debeat.*
7 *Constitutio quid sit, & quid consuetudo.*
8 *Constitutio à quibus fieri possit. & num. 9. cum seq.*
9 *Populus Romanus an possit hodie legem condere.*
10 *Senatus an legem condere possit.*
11 *Papæ auctoritas in concilijs excepta intelligitur.*
12 *Constitutionum causa quæ sit.*
13 *Constitutionum quatuor sunt uirtutes.*

14 *Consti-*

14 *Constitutionibus qualiter derogetur.*
15 *Iura omnia sunt in pectore Papæ uel Principis.*
16 *Factorum habere memoriam, & in nullo peccare, diuinitatis est potius quam humanitatis.*
17 *Canon posterior ordine corrigitur per priorem.*
18 *Temporum successus non ordo scripturæ in legibus & decretalibus attenditur.*
19 *Constitutio quando liget.*
20 *Pœna non seruantium constitutiones canonicas quæ sit.*
21 *Constitutiones canonicas interpretantur qui eas faciunt.*
22 *Res inter quosdam iudicata alijs non præiudicat.*

DE CONSTITVTIONIBVS.

RVBRICA.

1 POSTQVAM † Deus formauit hominem ad imaginem & similitudinem suam.ut.23.q.5.hæc imago. & in ætate uirili, ut de pœni. di.2.§.Romanos, prodijt cum eo ius naturale. Illud enim incœpit ab exordio rationabilis
2 creaturæ. ut.5.di.in prin. † Demum lex uetus data est per Moysen,& prophetas: Post modum translato sacerdotio lex noua successit.ut infra.eod.c.translato. Sed quia hominum crescente malitia effrenata cupiditas quotidie noua litigia generabat.ut supra in prooemio,ita ut plura essent negocia quàm uocabula. ut.ff.de pr
3 scri.uer.l.natura.† Sancti patres decreta, & constitutiones summi Pōtifices ediderunt,ut sub iuris regulis homines coartati discant honestè uiuere, alterum non
4 lædere, ius suum cuique tribuere. † hæc .n.sunt præcepta iuris ut.ff.de iust.& iu.l.
5 iusticia.§.iuris præcepta.† Et licet hoc uerbum cōstitutio ad omnes Decretales oēsque leges ualeat prorogari; Nā aliàs restricto uocabulo constitutiones dicuntur principū,leges populi romani, & edicta prætorum: In hac tñ Rubrica tractatur specialiter de quibusdam constitutionibus quæ dici possunt constitutiones cōstitutionū; qa sub Rubrica ista tractatur de alijs statutis canonicis obseruandis.ut j.eo.ti.c.j. Et de ui,& potestate aliarū cōstitutionum. Oīs.n.constitutio cū editur futuris dat formam negocijs,& præterita dispēdijs non cōmēdat.ut.j.eo.c.2.Et qui possunt in rebus ecclesiasticis constituere,quia non layci.ut.j.eo.ti.q in ecclesia
6 rū.& c.ecclesi.& 96.di.bene qdē.† Qđ cōstitutio debet esse clara nihil ambiguum continens uel obscurum.ut j.eo.c.ulti.4. di.c.erit.j.de uer.signifi.abbate.Nihil est adeò constitutionum & legum proprium sicut claritas,ut in authē.de test.imperfe. §.nos igitur,colla.8. ❡ Videndum est igitur quid sit cōstitutio.Vnde dicat. Quis possit facere cōstitutionem.Quæ cā sit cōstituendi. Quæ uirtutes constitutionum, & qualiter constitutionibus derogetur. Quādo constitutio incipit arctare.& quæ sit pœna non obseruantium. ❡Cōstitutio
7 † est ius scriptum.1.dist.§.cum itaque. Sicut consuetudo est ius non scriptū moribus utentium approbatum.ut ea.di.Consuetudo. Nam ex non scripto ius uenit ut insti.de iure natu.gen.& ciui.§.ex non scripto, ergo competenter post istum tractatum sequitur tractatus de consuetudine. ❡ Dicitur constitutio quasi com
8 mune statutum. ❡ † Nam Papa cum fratribus suis, & cæteri prælati cum capitulis & canonicis suis constitutiones facere possunt.ut.j.de sent.excō. c. inter alia.j. de his quæ fi. a præla.per totum ❡Potest & legatus cōstitutionem facere. ut infrà de uerb.sig.ex parte.j.de loca. & cōduc. Ex rescripto.infra de consang. & aff. qđ dilectio.infra de offi.le.c.6. ❡Item & capitulum circa ea quæ ad ipsum spectant ut infra.e.c.Cum accessissent,& c.Cū inferatur. Potest & aliud collegium approbatum.ut infra.eo.c.ex literis.Item synodus prouincialis.ut 16.di. quod dicitis.Si nodus episcopalis.ut 18.dis.de conciliis. & c. decreuimus. Sic & princeps cum suis proceribus constitutionem facere potest ut C.de le.& con.l.humanum. Et præfectus prætorio,ut.C.de off.prefec.preto.l. normam.Item hi quibus mandat Imperator,ut & in prologo insti.§.cūque hoc deo propicio peractum. & hoc est quod alibi dicitur ómnia nostra facimus quibus a nobis auctoritas impartitur. ut C.de ue.

jur.enu.l.1.§.cuique.& §.sed neque. ¶ Itē populus romanus ꝗ etiā legem hodie, uel constitutionem condere pōt, ut patet ex descriptione legi. ut inst. de iure na.gen. & ciui.§.lex est: licet dicatur ptās in principē translata.ut C. de uet.iure enu.l.1. §. & hoc etiam, dicitur enim translata.i. concessa non ꝙ oīs populus a se abdicauit ptātem; & sic dicitur transferri iurisdictio a delegante in delegatum.ut.ff.de of. fi.eius cui man.est iuris.l.1.§.qui mandatū: nā etsi olim potestatem condendi legem populus in principem transtulisset, tamē postea reuocauit.ut ff.de or.iu.l.2. §.ex actis.§.quod ad magistratus.& l.cum

10 placuisset. ¶ † Item senatus legem condere potest,ut ff.de le.& se. con.l. non ambigitur.Nec ob.quod aliàs dicitur,soli principi licere cōdere leges.ut C.eo.ti.l.ulti, quia superiores,de quib. dictū est ꝙ possint condere legem,principis auctoritate condere intelliguntur. Sic & in Papa dicendum est,ut legati,prelati, capitula,& concilia auctoritate ipsius facere consti-

11 tutiones intelliguntur †. Unde & in conciliis excepta intelligitur auctoritas domini Papæ,ut infra de elec.significasti.18. di.per totū.3.q.6.dudū.&.c.peregrina.9. q.2.cuncta.& c.saluo.& ita uidimus qd sit constitutio,unde dicatur,& quis consti-

12 tutionem facere potest. ¶ Causa † uero constitutionum est ut appetitus noxius sub iuris regulis limitetur,ut supra in proœmio;& ut humana coerceatur audacia, tutaq; sit inter improbos innocētia. ut 4.

13 di.factæ.¶ Virtutes aūt cōstitutionū sūt quattuor.Omnis.n.constitutio aut præcipit,ut statuta canonica obseruari.ut infra e.c.1.ut clerici regularē propositū & honestum habitum deferentes continenter & castè uiuere studeant.ut j. de ui. & hocle.c. Deus q.& c. ut clericorū. Aut prohibet,ut clericos secularibus negociis immisceri.ut j.ne cle.uel mo. & j.ne prelatiui ces suas.p totū,& idē in oibus edictis prohibitoriis: Aut permittit,ut uir fortis præmium pētat.ut 4.di. omnis lex 23. qu. 1. militare. Item minora permittit ut maiora uitentur.ut.13.di. nerui. Aut punit scelera & delicta infrà.de pœ. per totum unde uersus: Quattuor ex uerbis uirtutes colli̇ge leges.Permittit,punit,imperat,atque uetat. Consilia uerò quæ in iure inueniuntur, uoluntatis sunt,non necessitatis.ut 28.dist.sic enim neque &c.c.iam nūc. 14.q.1.quod præcipitur.ff. de re.uen.l.is qui destinauit.& ideo non adijcitur quintum membrum, nam hoc continetur sub illo membro permittit, qui enim consu-

14 lit, satis permittit. ¶ Derogatur enim † cōstitutioni priori per posteriorē ut.j.de cogna.spi.c.1.ff.de le.& con.l.nō ē nouū, et si nulla in posteriori mētio habeat, licet secus sit i rescriptis,ut j.de rescrip.c.cæterū.& c.ex parte. Et est rō diuersitatis,q a i legib9 & cōstitutionibus cōtinenē iura.

15 † Omnia autem iura sunt in pectore Papæ uel Principis.ut C. de testa.l.oium. Et iō, cum princeps condit legem posteriorē, quasi ex certa scientia faciat memor prioris,tollitur prior: Sed in rescriptis cō-

16 tinentur facta † factorum autem omniū habere memoriam & in nullo peccare,diuinitatis est potius, quàm humanitatis.ut C.de ue.iu.enu.l.j.§.si quod autem,unde non præsumitur quòd papa conscius primi rescripti concedat secundum, & hoc intelligo in priore & in posteriore secundùm tempora, non secundùm ordinem scripturæ:nam decre. infra de ma.& obe. statuimus,posterior est in ordine scripturæ illa decr. infra hic.eo.tit.c.quoniam: & tamen quæ prior est ordine, non tempore interpretatur posteriorem ordine.

17 † Sic & aliàs canon posterior ordine corrigitur per priorem.ut 30.q.3.post suscep-

18 tum,& c. super quibus † unde in legib. & decretalibus non ordo scripturæ, sed temporum successus attēditur.Nam lex. C.quæ confirmat Codicem factum & cōsummatum,post Codicem edita est.& tamē in prin. C.posita est.ut.C.de iustinia. cod.confir.l.una.sic & lex,q̄ ē in C de sacra.cal.l.j.facit mētionē de lege posterius edita.C.de iudi.l.rem nō nouam. sic lex C.de col. l.illam facit mētionem de lege posterius edita C.de suis & legi.hære.l.si defunctus, nec enim ordo scripturæ inspiciendus est, ut. ff. de solu. l.nec enim: quàmuis lex alibi dicat primis primo loco ponendis, posteriore secundis. ut. C. de no.C.confir. l. una. ¶ Incipit autem constitu-

19 † constitutio arctare post duos menses, postquam insinuata & publicata fuerit, ut in authet.ut factæ no. consti.in rub.& in princ. coll. 5.infra ne cle.uel mo c.ul ti, & sic intelligo. 16. dis.c.quod dicitis. 12.q.2. qui & humanis:ante hoc tempus ignorantes non ligantur,ut eo.c.congno scentes.1 fi.77.di.proposuisti.¶ Restat ui dere de pœna non seruantiū constitutio-
20 nes canonicas. † Et est sciendum,quòd si quis eas non habet arguendus est de ne glectu;qui habet,& qui non seruat, corri piendus est de temeritate,ut 20.distin.si decreta. Sed si in contemptum Romanæ ecclesię quis non seruet,hæreticus est cē seendus.ut 20.dis.de libellis in fi.Saluis. alijs pœnis quæ p singula iura singulariter imponuntur non obseruantibus eas.
21 † Vnum nō omitto quòd omnes illi qui constitutiones condere possunt,eas inter pretātur,ut j.de sent.excō.c.inter alia C.e.tit.l.ult.infrà de sequestra.c.1.C.de lega.l.1. Item cōsuetudo.ut.ff.eo.tit. l si de interpretatione. & l.minimè.infrà de consue.c.cum dilectus:& hæc interpreta tio est generalis,& necessaria;sed non in scriptis redigenda,eo quod dicitur ius non scriptum.ut.ff.eo.tit.l.de quibus.§.1. Interpretatur magister ut C.de professo. qui in constan.ci.l.j. quàmuis eius interpretatio non sit necessaria, quia nullus addictus iurare in uerba magistri. Interpretatur iudex.ut.ff.de leg.& con.l.nam ut ait. quę interpretatio etsi sit necessaria,& in scriptis redigenda; non tamē est
22 generalis, † quia res inter quosdam iudicata alijs nō præiudicāt.ut. C.quibus res iudi.non noc.l.j & 2.Aliquando minor in terpretatur mandatum maioris. ut infrà de pōst.ad hoc.

SVMMARIVM.

iur.enu.l.1.§.cuique.& §.sed neque. ¶ Itē populus romanus† etiā legem hodie, uel constitutionem condere pōt, ut patet ex descriptione legi. ut inst. de iure na.gen. & ciui.§.lex est: licet dicatur ptās in principē translata.ut C. de uet.iure enu. l.1. §. & hoc etiam, dicitur enim translata.i. concessa non q̄ oīs populus a se abdicauit ptātem; & sic dicitur transferri iurisdictio a delegante in delegatum.ut. ff. de of. ei.cius cui man.est iuris.l.1.§.qui mandatū: nā etsi olim potestatem condendi legem populus in principem transtulisset, tamē illā reuocauit.ut ff. de or.iu.l.2. §.ex actis.§.quod ad magistratus.&l.cum

10 placuisset. ¶ † Item senatus legem condere potest, ut ff. de le.& se. con.l. non ambigitur. Nec ob. quod aliàs dicitur, soli principi licere cōdere leges.ut C.eo.ti.l.ulti. quia superiores, de quib. dictū est q̄ possint condere legem, principis auctoritate condere intelliguntur. Sic & in Papa dicendum est, ut legati, prelati, capitula, & concilia auctoritate ipsius facere consti-

11 tutiones intelliguntur † Vnde & in conciliis excepta intelligitur auctoritas domini Papæ, ut infra de elec. significasti. 18. di.per totū. 3.q.6.dudū. &.c.peregrina.9. q.2.cuncta.& c.saluo. & ita uidimus qd sit constitutio, unde dicatur, & quis consti

12 tutionem facere potest. ¶ Causa † uero constitutionum est ut appetitus noxius sub iuris regulis limitetur, ut supra in proœmio; & ut humana coerceatur audacia, tutaq; sit inter improbos innocētia. ut 4.

13 di.facere. ¶ Virtutes aūt cōstitutionū† sūt quattuor. Omnis .n.constitutio aut præcipit, ut statuta canonica obseruari.ut infra e.c.1.ut clerici regulare propositū & honestum habitum deferentes continenter & castē uiuere studeant.ut j. de ui. & ho. cle.c. Deus q.& c. ut clericorū. Aut phibet, ut clericos secularibus negociis immisceri.ut j.ne cle. uel mo. & j.ne prelati uices suas.p totū,& idē in oibus edictis phibitoriis: Aut permittit, ut uir fortis præmium petat.ut 4.di. omnis lex 23. qu. 1. militare. Item minora permittit ut maiora uitentur.ut.c 3.di. nerui. Aut punit scelera & delicta infrà. de pœ. per totum, unde uersus. Quattuor ex uerbis uirtutes

co llige leges. Permittit, punit, imperat, at que uetat. Consilia uero quæ in iure inueniuntur, uoluntatis sunt, non necessitatis. ut 28.di.sic enim neque &c. iam nūc. 14. q.1. quod præcipitur. ff. de re.uen.l.is qui destinauit.& ideo non adijcitur quintum membrum, nam hoc continetur sub illo membro permittit, qui enim consu

14 lit, satis permittit. ¶ Derogatur enim† cōstitutioni priori per posteriorē ut. j. de cogna. spi.c.1.ff.de le.& con.l.nō ē nouū, ēt si nulla in posteriori mētio habeat, licet secus sit i rescriptis, ut j. de rescrip. c.cæterū.& c.ex parte. Et est rō diuersitatis, q̄a i legib' & cōstitutionibus cōtinent iura.

15 † Omnia autem iura sunt in pectore Papæ uel Principis. ut C. de testa. l.oium. Et iō, cum princeps condit legem posteriorē, quasi ex certa scietia faciat memor prioris, tollitur prior. Sed in rescriptis cō

16 tinentur facta † factorum autem omniū habere memoriam & in nullo peccare, diuinitatis est potius, quàm humanitatis. ut C. de ue.iu.enu.l.j.§.si quod autem, unde non præsumitur quod papa conscius primi rescripti concedat secundum, & hoc intelligo in priore & in posteriore secundūm tempora, non secundūm ordinem scripturæ: nam decre. infra de ma.& obe. statuimus, posterior est in ordine scriptu ræ illa decr. infra hic. eo.tit.c.quoniam: & tamen quæ prior est ordine, non tempore interpretatur posteriorem ordine.

17 † Sic & aliàs canon posterior ordine corrigitur per priorem. ut 30.q.3.post susce-

18 ptum,&.c. super quibus; † unde in legib. & decretalibus non ordo scripturæ, sed temporum successus attēditur. Nam lex. C. quæ confirmat Codicem factum & cōsummatum, post Codicem edita est. & tamē in prin. C.posita est.ut.C.de iustinia. cod.confir.l.una.sic & lex, q̄ ē in C de sacra.cal.l.j.facit mētionē de lege posterius edita.C.de iudi.l.rem nō nouam. sic lex C.de col.l.illam facit mētionem de lege posterius edita C.de suis & legi.hęre.l.si defunctus, nec enim ordo scripturæ inspiciendus est, ut. ff. de solu. l.nec enim: quàmuis lex alibi dicat primis primo loco ponendis, posteriore secundis. ut. C. de no. C.confir. l. una. ¶ Incipit autem

constitu-

19 † constitutio arctare post duos menses
postquam insinuata & publicata fuerit,
ut in authēt. ut factæ no. consti. in rub. &
in princ. coll. 5. infra ne cle. uel mo c. ul
ti. & sic intelligo. 16. dis. c. quod dicitis.
12. q. 2. qui & humanis: ante hoc tempus
ignorantes non ligantur, ut co. c. congno
scentes. i si. 77. di. proposuisti. ¶ Restat ui-
dere de pœna non seruantiū constitutio-
20 nes canonicas. † Et est sciendum, quòd si
quis eas non habet arguendus est de ne
glectu; qui habet, & qui non seruat, corri
piendus est de temeritate, ut 20. distin. si
decreta. Sed si in contemptum Romanæ
ecclesiæ quis non seruet, hæreticus est cē
sendus. ut 20. dis. de libellis in fi. Saluis
alijs pœnis quæ p singula iura singulari-
ter imponuntur non obseruantibus eas.
21 † Vnum nō omitto quòd omnes illi qui
constitutiones condere possunt, eas inter
pretātur, ut ī. de sentē. excō. c. inter alia
C. e. tit. l. ult. infrà de sequestra. c. 1. C. de
lega. l. 1. Item cōsuetudo. ut. ff. eo. tit. l. si
de interpretatione. & l. minimè. infrà de
consue. c. cum dilectus: & hæc interpreta
tio est generalis, & necessaria; sed non in
scriptis redigenda, eo quod dicitur ius
non scriptum. ut. ff. eo. tit. l. de quibus. §. 1.
Interpretatur magister ut C. de professo.
qui in constan. ci. l. j. quāmuis eius inter-
pretatio non sit necessaria, quia nullius
addictus iurare in uerba magistri. Inter-
pretatur iudex. ut. ff. de leg. & con. l. nam
ut ait. quę interpretatio etsi sit necessa-
ria, & in scriptis redigenda; non tamē est
22 generalis, † quia res inter quosdam iudi
cata alijs nō præiudicat. ut. C. quibus res
iudi. non noc. l. j & 2. Aliquando minor in
terpretatur mandatum maioris. ut infrà
de post. ad hoc.

SVMMARIVM.

1 *Rescripta quando uim constitutionis habeant.*
2 *Rescriptum quid sit.*
3 *Rescripta an faciant ius.*
4 *Rescriptum quis possit concedere.*
5 *Rescriptum a quo possit impetrari.*
6 *Rescriptum uis atque potestas quæ sit.*
7 *Quos Deus coniunxit homo non separet, quomodo intelligatur.*
8 *Bigamus an promoueri possit.*
9 *Ordinandus sine crimine esse debet.*
10 *Papa est maior Paulo in administratione.*
11 *Papa est loco Petri & Christi uicarius.*
12 *Tēporale quando pro spirituale dari possit.*
13 *Principis auctoritas testamentum non solenne ualidat.*
14 *Et facit ex nudo pacto dari actionem.*
15 *Rescripta iuri contraria sunt abijcienda.*
16 *Pontificem una epistola multa tollere iura nō est uerisimile.*
17 *Papa quando sit consulendus.*
18 *Rescriptum contra consuetudinem non ualet.*
19 *Rescripta damnosa fisco uel utilitati publicæ sunt reijcienda.*
20 *Rescriptum modicam uel leuem læsionem continens, ualet.*
21 *Damna modica tolerantur.*
22 *Modica deceptio est tolerabilis.*
23 *Rescriptum enormē læsionē inducens, et in totum alterius ius absorbens, non ualet.*
24 *Rescriptum denegandum est ubicunque denegatur petitio.*
25 *Rescriptum qualiter tollatur.*
26 *Intellectus ad ca. Cæterum, & c. ex parte infra eod.*
27 *Rescriptis duobus impetratis cum dubitatur de prioritate & posterioritate, quid sit agendum.*
28 *Rescriptum primum generale quando elidatur per posterius speciale. Et quid si utrumque est speciale nu. 29.*
30 *Literas diuersas si diuersi impetrant, super diuersis & contra diuersos, an talis diuersitas noceat.*
31 *Rescriptū ab appellato impetratum infra tempus appellationi præfixum non tenet.*
32 *Rescriptum ab excommunicato impetratum eliditur.*
33 *Rescriptum lite pendente obtentum nō ualet.*
34 *Rescriptum tollitur ex uitio uisibili & inuisibili.*
Rescriptorū uitia quædā uisibilia & quædam inuisibilia.
35 *Literæ impetratæ seriem facti non continentes an ualeant. Et quid si non contineant litem esse motā, & si non fiat mentio de dispensatione, nu. 36.*
37 *Ratio quare in rescriptis requiritur mentio in secundo ut primum tollatur, non autem*

tem

nõ habet imperium.ff.de arb.l.nam &.ff. ad trebel.l.ille à quo.§.tempestiuum:eorum tamẽ dicta,uel statuta põt Papa mo-
7 dificare,unde illud.† Quos Deus coniunxit hõ nõ separet,sic modificatur per summum pontificem; coniunxit cõsensu animorum & carnis commercio, aliàs si primum interueniat & non secundum, separantur per ingressum religionis, ut.j̃.de conuersio. coniuga.c.& uerum & c. Ex publico: non sic si alter coniugum uelit remanere in domo propria ut. eod.tit.c.ex parte tua, in fi.Item modificatur & aliter illud uerbum, quos deus cõiunxit homo non separet.s.uiolenter,sine lege,& absq; rõe. Sic modificat Isidorus 23.q.2.c.quos
8 deus coniunxit.Sic † modificatur dictum Apostoli,oportet ordinandum esse unius uxoris uirum,ut 26.dist.in prin.& c.j.s.ad sacros ordines.ut.j̃.de big.c.super eo.Nec ob.quod dicitur.34.dist.ca.lector, ubi ex dispẽsatione ad subdiaconatum bigamus promouetur;quia illud intelligitur secundùm statutum primitiuæ ecclesiæ, quando subdiaconatus non erat sacer ordo.ut 22.dist.§.Eos.& 60.dist. c. nullus: hodie secus ut.j̃.de seruis non ordi.c.miramur. j̃.de temp.ord.c.à multis; quamuis dicatur Lucium Papã dispensasse cum Panormitano Archiepiscopo,qui bigamus erat. Sed Nicholaus furiosus scripsit non sine furore,ꝙ si ex dispensatione bigamus ordinaretur, nõ reciperet caracterem sicut nec asinus. Sed hoc non approbo per id quod legitur.50.di.c.quicunque.Itẽ Apo
9 stolùs dicit † ordinandum sine crimine esse.ut.35.dist.per tot. Sed hoc modificatur per summos pontifices,qui ordinauerunt,ẽt per episcopos dispensari posse in crimine adulterij, & in minoribus. ut.j̃. de iudi.c.at si clerici. Sed certè hęc non sunt contra Apostolũ,quia Apostolus nõ
10 prohibuit dispensari.†Vel dic ꝙ Papa est maior paulo ĩ administratione,ut 20.dis.
11 §.1 .Nam † Papa est loco Petri,ut 24.q.1. c.qm̃ uerus:& sic sit uicarius Iesu Christi, ut.j̃.de transla.prẽlat.c.inter corporalia. j̃.ut eccle. bene.sine dimi.confe. c.ut nostrum:Petrus aũt in administratione maior fuit paulo ut 2.q. 7.c.puto 21.dist.in nouo.Sic & mandatum dñi de dandis decimis,quod habetur.16.q.1.c.reuertimini,modificatur per summos pontifices,qui super hoc quibusdam immunitatẽ indulgent.ut.j̃.de deci.c.ex parte. qui statuerunt super decimis amicabiliter posse cõponi,ut.j̃.de deci.suggestum & c. ex multiplici.j̃.de transac.Statuimus. & c.de cætero.j̃.de confirm.uti.uel inuti.c.uenerabiles. Sic & modificatur illud uerbum domini,In ore duorum & c.ut 2.q.4.in prin. j̃.de testa.c.relatum, nã exponitur negatiuè.i.non paucorum,ut.j̃.de testibus c.li
12 cet. Sic & statutum † ueteris testamenti de non dandis temporalibus pro spiritualibus modificatur,quia potest quis dare de redimendo uexationem. ut.j̃.de symo.c.Matth.Item potest dari temporale pro spirituali ex prouisione superioris. ut j̃.de pactis.c.cum pridem.j̃.de præbend. c.nisi. quasi superioris auctoritas uitium purget.ut.ff.de his qui no. infa.l.furt.§.q iussu.j̃.de transac. statuimus & c.ueniẽs,
13 Sicut † auctoritas principis minus solẽne testamentum facit solenne ut.C.de testa.
14 l.omnium:† quæ facit ex nudo pacto dari actionem.ut.ff.de pac.l.legitima, quæ mutat substantialia. ut. C.communia de
15 le.l.2.C.de rei uxori ac.l.una.† Si aũt cõtra ius positiuum aliquod rescriptũ emanat, abijciẽdum est.ut.25.q.2.c.rescripta C.de præcib.impera.offe.l.rescripta. Nec .n.rõne rescripti recedendum est a iure communi,ut.j̃.de æta.& qua.c.eam te.nisi expresse in rescripto contineatur, non obstante constitutione uel iure tali.ut.ff. de le.3.l.si quis in prin.j̃.de offi. dele.c.i.
16 super quæstionum;† aliàs non est uerisimile, summum Pontificem una epistola uelle tollere multa iura.ut.j̃.de elec.c.ecclesia uestra.C.de inoffi.test.l.si quando.
17 † Sed si super iure aliqua dubitatio oriatur,Papa consulendus est,ut.j̃.de fide instru.c.pastoralis.& in hoc posset poni exẽplum.j̃.de concessi.præben.c.dilectus, de qua probabiliter dubitatur an sit reuocata per aliam decretalem posteriorem tẽpore,non ordine.j̃.de elec. c.ne pro defe
18 ctu.† Sed si rescriptum sit contra consuetudinem,præualet consuetudo,nam præualet iuri si sit rationabilis & præscripta. ut infrà de consue.c. ult. & ut dicemus in tit.

19 tit.illo. Item † si rescriptum sit contra fiscum, uel contra publicam utilitatem, respuitur prima iussio, & expectatur secunda. ut. C. de praeci. impera. of. l. nec dãnosa. & in auc. ut nulli iudi. §. & haec quoque iubemus. & de man. principium §. deinde. Si uerò cõtra ius priuati, distinguitur, aut
20 † in leuem & modicam laesionẽ, ut si Papa mandet in suo rescripto, q̃ nõ admissis dilatorijs exceptionibus procedatur in principali, uel si mandet actionem seu petitionem alicuius differri, ut cũ indulget cruce signatis non conueniri tempore crucis, tale rescriptum ualet. ut C. de praeci. impera. offe. l. quotiens. & l. rescri-
21 pta. † nam modica damna tolerantur. ar. 12. q. 2. c. terrulas. & c. si quos. de seruis. & cap. bonae rei. & infra de his quae fi. a prae. sine cõsen. ca. c. pastoralis. ff. de inte. resti.
22 l. scio. † Sic & deceptio modica tolleratur ut ff. de mino. l. in causę. §. Idem Pompo. Magna uerò rescinditur. ut C. de re-
23 scin. uen. l. rem maioris. Caeterum † si rescriptum enormem alicui laesionem inducat, & in totum ius eius absorbeat, non ualet, ut in praedicta l. quotiẽs & infra de deci. c. suggestum. infra de dona. c. Apostolicae. infra de uerb. sign. c. quid per nouale. ff. ne quid in loco pub. l. 2. §. si quis a princip. ff ne quid in flu. pub. l. j. §. sunt qui putant; eo saluo quòd ex delicto auferuntur omnia bona, ut C. de bonis dam. per totum. infra de iudaeis & sara. c. ad liberandam. infra de haerae. c. urgentis. infra ne cle. uel mo. c. relatum; aliàs non est uerisimile quòd Papa, uel Imperator improbam indulgeat actionem, ut C. de peti. bo. sub. l. 1. li. 10. ff. de mino. l. denique in
24 prin. † Vbicunque. n. denegatur petitio, denegandum est rescriptum, ut C. si nup. & rescripto. pe. l. 2. nisi forte aliquid sit, quod prosit impetranti, & nulli obsit. ff. de sena. l. nuptae. uel cui princeps sine exẽplo subuenit, ut insti. de iure naturali gẽ. & ciui. §. Sed & quod principi placuit, ut 25. q. 2. rescriptum. ¶ Tollitur rescriptũ
25 † si per suggestionẽ falsitatis, uel rei suppressionem fuerit impetratum, & scienter, uel ignoranter. Sed per talem, qua nõ interueniente, literae non fuissent obtentae, ut infra e. ti. c. super literis, etiam si rescriptum sit consentaneum iuri, ut xxv. q. 2. & si legibus C. si contra ius uel uti. pu. l. & si legibus. Et eodem modo tollitur si per mendacium iuris obtineatur, ut. 25. q. 2. c. praescriptio. & C. si contra ius uel uti. pu. l. ut pscriptum, ut si quis suggerens principi esse de iure, quod non est, impetrat, quamuis nõ sit uerisimile principem in hoc falli, ut C. de testa. l. omnium. Tollitur rescriptum primum per posterius faciendo mentionem de ipso primo, & tunc ipso iure. ut infra de off. dele. c. literis. & c. pastoralis. §. praeterea, in fi. Si uero in posteriori non fiat mentio de priori, tollitur posterius per primum, sed non ipso iure, sed ope exceptionis, & est ratio diuersitatis, quia in primo casu certi sumus de uoluntate principis uel Papae, q̃ uoluerit primum tolli, cum in secundo de ipso fe-
26 cerit mentionem. ¶ In † secundo autem casu, cum in uno de altero mentio nõ habetur, de uoluntate principis ignoramus, quod illorum uoluerit praeualere, & ideo requirimus opem exceptionis ex primo contra secundum, & sic intelligimus infra. eo. c. Caeterum. & c. ex parte. Huic opinioni non ob. decreta preal le. de offi. deleg. c. ex literis in qua dicitur quòd primi iudices habuerunt iurisdictionem, cũ in secundis literis non fiat mentio de primis; sed intelligo ibi exceptum fuisse cõtra secundas. Et sic respondeo ad decre. Caeterum; quod enim ibi dicit quòd secundae literae non facientes mentionem de primis nullam obtinent firmitatem, uerum esse intelligo, si excipiatur ex primis; sed moueberis & dices nonne absurdum est, quòd primi iudices ex primis literis, & secundi ex secundis iurisdictionẽ habeant in eodem negocio, & inter easdẽ personas? Respondeo contra, contingit ratione dubitationis, ut infrà eod. c. pastoralis. & c. cum contingat; sicut & alia fiunt ratione dubitationis, ut infrà de appella. c. si duobus. & c. cũ parati. ff. de iudi. l. si quis ex aliena; & eodem modo intellige, tolli rescr. ptum per exceptionem ut in superiori casu, quando impetratur rescriptum per mendacium; nam & tunc rescriptum taliter impetratum confert iurisdictionem, ita ut si excipiatur de uitio

literarum

literarum, super hac emergenti exceptio
ne iudex cognoscet, ut infrà de ap.c. sup
eo.§.si aût.25.q.2.c.& si nō cognitio.C.si
cōtra ius uel uti.pub.l.& si non cognitio,
& per sententiā suam decernet quod impe-
trator careat impetratis seruata tamē di
stinctione quæ habetur infrà eo.c.super
literis; & si nimia mentientis improbitas
inuenitur, seueritati subijciat iudicantis,
ut.25.q.2.c.& si legibus.C.si contra ius
uel uti.pu.l.& si legibus.sed Tancr.scripsit
quod secundæ literæ non facientes mētionē
de primis ipso iure non ualent, & hanc
opinionē fundauit ex uerbo quodā, quod
erat in decretali j.eo.tit.c.cæterum, se-
cundùm ueteram compilationē; ita enim
continebatur in ea, nec secundæ literæ
de iure obtinent alicuius roboris firmita
tem, exponebat ipse, id est, ipso iure; sed
cōpilator huius uoluminis ex industria,
sicut puto, amouit illud uerbum de iure,
quod materiem præstabat erroris. Con-
funditur autem Tācr. opinio, infrà eo.c.si
autem &.c.plerunque.nam si ego impe-
trem rescriptum primum, & tu secundū
non facta mentione de primo, & ego ma-
liciosè uel negligenter non utor meo re
scripto infrà annum computandum à tē-
pore tui rescripti, uteris tuo sine metu ex
ceptionis, quod non fieret, si secundum
impetratum non habita mentione de pri
mo esset nullum ipso iure. ¶ Item si aucto
ritate secundarum literarum non facien
tium mentionem de primis per secundos
iudices procedatur, nisi excipiatur de
primo processu & sententia lata per pri-
mos iudices, ualet secunda sententia, ut
infrà de sen.& de re iudi.c.inter monaste
27 rium; † Vbi autem dubitatur de duobus
rescriptis, quod sit primum, quod sit poste
rius, utpote quia eadē est data utriusque;
si impetrata à diuersis super diuersis, sed
ad eosdem iudices, tunc superior consula
tur, ut j.de offi.deleg.c.sanè; si uerò diuer
sa fuerint obtenta rescripta à diuersis &
ad diuersos iudices, sed super eodem ne-
gotio, & dubitatur, quod sit prius & quod
sit posterius, tunc seruanda est doct.illa
rum decreta.j.c.pastoralis. &.c.cum con-
28 tingat. ¶ Item eliditur † primum rescri-
ptum generale per posterius speciale, etiā
si in speciali de generali nulla mentio ha
beretur; in eo tamen quod in speciali spe
cialiter continetur, ut j.eo.ca.pastoralis.
Vbi autem utrunque rescriptum est spe-
ciale, sed unum est super certo, & aliud
super incerto, requiritur in secundo mē-
tio de priori, ut.j.de offi dele.c.ex parte.
29 ¶ Item tolluntur rescripta † si ab eodem
duo paria fuerint impetrata, quorum po-
sterius mentionem de priori non facit, si
ad diuersos iudices obtenta sint causa ue
xandi reum coram diuersis, nunc coram
illis, nunc coram illis; secus si hoc fiat ad
cautelā ne alterū amittatur, uel ne iudi-
ces unius interim moriantur, uno tamen
impetrato uti intendit, ut j.eod.titu.Ex
tenore.& C.de asser.tollen.l.1.§.ult.Sed
si duo rescripta eiusdem tenoris impetrē
tur ad eosdem iudices, tunc nullum est ui
tiū, unū enim esse uidetur.ut.ff.de testa.l.
unum.ff.de his quæ in testa.dele.l.ult.&
ff.de bono.posses.secundùm ta.l.1.§.2.&
ideò consuetudo curiæ habeat frequen-
tius duplicare literas propter pericula
uiarum. Vbi uerò quis impetrat diuersas
literas ad diuersos contra diuersos, talis
diuersitas nihil obest; sed si contra eun-
dē, talis diuersitas obest in personalibus
actionibus, quæ cōmodius coram eodem
uel eisdem iudicibus poterant expediri,
ut j.eo.tit.c.ult.&.ff.de quibus, re.ad eū-
30 dem iudi.eatur. ¶ Item † si diuersi impe
trant diuersas literas super diuersis & cō-
tra diuersos, hæc diuersitas nihil obest,
& idem si contra eundem; eo saluo quod si
plures impetrāt diuersas literas super di
uersis beneficijs contra eandem ecclesiā,
unus illorum obtinebit, qui prius ad exe
cutores literas reportabit, ut j.eo.tit.c.ca
pitulum, quod intelligo cum Papa non
intēdit grauare ecclesiam in receptione
duorum, ut j.eo.tit.c.capitulum, quam in
tentionem Papæ colligo ex forma litera
rum, ut si in literis cōtineatur, si pro alio
uel alijs ibidem non scripsimus, ut j.eo.
tit.c.mandatum; uel sic, nisi pro alio per
nos nostra ecclesia sit grauata, ut j.eod.c.
literis: cæterum, si hic uel similibus ec-
clesia, cui scribitur sit grauata in rece-
ptione alicuius uel aliorum de mandato
domini Papæ, nō tamen competit exce-
B ptio,

ptio,nam etsi graue quid apponatur ab ecclesia Romana, ferendum est.ut 18.dist. in memoriam, uel saltem excusandum
31 ut infrà eod.titu.si quando. † Item eliditur rescriptum, si ab appellato fuerit impetratum infrà tempus appellationi præfixum, ut infrà de appel. Sepe & c. oblatæ.infrà de confir.uti.uel inuti.bonæ
32 memoriæ. † Item eliditur si ab excommunicato fuerit impetratum, ut infrà de eta.& qua.c.cum bonæ. infrà de proba. post cessionem. infrà de procura.c.ulti.
33 Item † eliditur rescriptum obtentum lite pendente, ut infrà ut lite pend.c.1.2. & ulti.nam lite pendente supplicare non licet nisi in casibus. ut.C.ut lite pend.l. 2.in authent.in medio li. non expec. sacras iuſ.§.super hoc colla.8. ¶ Item tol-
34 litur † rescriptum ex uitio uisibili, & inuisibili intelligibili tamen. Vitia enim rescriptorum quædã sunt uisibilia, quædam inuisibilia sed intelligibilia. Visibilia sunt quæ arguto ingenio perspicaci oculo cerni possunt, de quibus ponuntur septem exempla, infrà de crimine fal.licet. Inuisibilia sed intelligibilia sunt, ut suggestio falsitatis, & suppressio ueritatis, de quibus dictum est suprà. † Item
35 cum literæ impetrantur non continentes seriem facti.ut infrà de coha. cle.& mu.c.super eo: & causam facti.ut infrà eod.titu.c.dilectus.infrà de sen.excom.c.
36 cum pro causa. Item † cum non continẽt litem esse motam & pendere, ut infrà ut lite penden.c.dilectus filius. Item si non fiat mentio de dispensatione, ut infrà de filijs presby.c.ex tua; de compositione,ut infrà de deci.c.ex multiplici; de statuto, ut infrà eod.constitutus; de priuilegio, ut infrà eod.titu.cum ordinem; de sententia, ut infrà de senten.& re iudi.inter monasterium. Vnde uersus. si priuilegiũ, si dispensatio, pactum, Vel si rescriptum, sententia, siue statutum, Finis tolletur, nisi mentio facta probetur. ¶ Sed quæri-
37 tur † quæ sit ratio, quare in rescriptis requiritur mentio in secundo, ut primum tollatur; non autem requiritur in legibus, uel testamentis. Lex enim posterior tollit priorem etsi nullam de priori habeat mentionem ut.ff.de legib.& senat.

consul.l.nõ est nouum. Similiter & ultima uolũtas seruanda est.ut.13.q.2.c.ultima uoluntas. Respondeo, In legibus cõ-
38 tinentur iura,† Omnia aũt iura in pectore principis sunt.ut.C.de testa.l.omnium, unde cum legem condit posteriorẽ, quasi ex certa sciẽtia memor prioris tollit priorem.In rescriptis uerò continentur facta;
39 † factorũ aũt oĩum habere memoriã,& in nullo peccare,diuinitatis est potius,quàm humanitatis.ut.C.de uete.iu. enu.l.2.§. si quid aũt; nec persumitur Papa ex certa conscientia indulgere secundũ rescriptũ post primum sine causa, si prioris immemor est,ut j.de offi.dele. Ex parte il.1.
40 † In testamẽtis aũt illa est ratio,ne libertas supremi iudicij restringatur.ut.ff.pro socio.l.cũ duobus.§.idẽ respondit:nihil enim ita hominibus debetur,sicut ut ultimę uolũtatis liber sit stillus.ut.C.de sac.sac.ecc.l.1.Hoc tñ fallit in testamẽto inter liberos,quod per secundã dispositionẽ nõ tollitur, nisi testator in secundo testamento declaret,primũ testamentũ nolle ualere.ut.C.de testa.in authen.hoc inter liberos. Itẽ fallit cũ quis in primo testamento interdixit sibi licentiã iterũ testandi:nam hoc testamentũ non tollitur; nisi in secundo de priori mentio habea-
41 tur.ut.ff.de leg.3.l.si qs ĩ principio.† Vnũ non omitto,ꝙ si quis exceptionẽ peremptoriam & aptam ad litem contestandam conuertat ad dilationẽ contra rescriptũ, iudex eã admittere non debet in uim dilatoriæ; sed dicet proponenti, ut eã proponat in propria ui. Nam aliàs quælibet peremptoria posset reduci ad dilatoriam,
42 & hoc ridiculum esset. † Sed uidetur obstare j.de dona.inter vi.& uxo.c.per uestras.ubi exceptio rei iudicatæ, quæ est peremptoria,reducitur ad dilatoriam cõtra rescriptum. Sed dic ꝙ ibi non proponebatur exceptio rei iudicatæ, sed exceptio dilatoria contra rescriptum,eò ꝙ in ipso non fiebat mentio de processu. ut j. de sent. & re iudi.c.inter monasterium.
43 ¶ Aliquando suggestio † falsitatis, uel suppressio ueritatis ex simplicitate proueniens nõ elidit rescriptũ,sed impedit formam:Et tunc datus iudex pro tenore ueritatis, non pro deprecantis affirmatione

ne cognoscere debet.ut infrà eo.c.super literis. 25.q.2. præscriptione.C.si contra ius uel uti.pu.l.præscriptione. Aliquando sufficit aliqua narratorum in literis esse uera,dummodo eorum rescriptum competat conclusioni literarum.ut infrà de iudi.c.exhibita,& secundùm hoc intelligo,infrà de præben.c.cum iam dudum.j. de ap.significauit, secus si non competât. ut j.eod.titul.olim. in fi. ¶ Eliditur re-
44 scriptum † si per alium sine mandato domini impetratur.ut infrà eod. titu.c.nonnulli. ad fin. exceptio hodie secundùm obseruatam consuetudinem locum habet in audientia literarum, non in iudicio negotiorum. Sed oppones ex illa dec.j. eo.titu.ex parte.in fi.sed illa loquitur in procuratore reuocato, cuius interpretationem ratam dominus non habebat, secus si is, cuius nomine impetratur & sine mandato, ratam habebat impetrationê. Potest autem quis impetrare pro alio sine mandato, si sit de illis personis à quibus non exigitur de iure mandatum. ut in decre.in illis. nonnulli. & c.ex parte. Quæ autem sint illæ personæ, legitur.ff. de procura.l.sed & hæ personæ. ¶ Sed
45 nunquid † canonicus impetrabit pro ecclesia sua sine mandato? non puto. Nunquid pro canonico? uidetur posse, cum quasi quædam proximitas spiritualis sit inter eos, quæ maior est carnali.ut 30.q. 3.cap. 1.& secundo: nam & inter socios uinculum fraternitatis esse uidetur.ut.ff. pro socio.l uerum.in prin & miles admittitur procurator pro cômilitonibus suis. ut.ff.de procu. l.non solum. §.ueterani. Puto tamen contra,& sto legi quæ loquitur de proximitate carnali distinguens
46 gradus cognationis: Itê † rescripta sunt stricti iuris,ut ad aliàs res uel personas non extendantur.ut infrà de offi.dele.c. cum olim,nisi in literis sit clausula generalis.ut j.eod.tit.c.pastoralis: sed & tunc hæredes illorum, qui tunc uocari poterant, non uocantur.ut.j.eod.tit.c.significauit. Sunt & aliæ plures exceptiones ad elidenda rescripta, quas per se notare potest quilibet studiosus.¶ Nunc uideamus
47 de interpretatione rescriptorû. † Et est sciendum,ꝙ quilibet iudex literas de beneficio plenissimè debet interpretari.ut infrà de dona.c.cum dilectus.ff.de côsti. prin.l.beneficia. Sed si iudex aliquis maliciosè interpretetur, infamis efficitur. ut.C.de le.& consti.l.2.Et ad superiorê pro interpretatione recurrendum est.ut infrà de uerb.sig.olim.& cap.cum in partibus &.c.cû olim.&.c.tua.&.c.trâsmisse. Saluo eo quòd de priuilegijs domini Papæ dicitur, de quibus non licet alicui iudicare.ut j.de confir.uti.uel inuti.c.1.& 2.& ut ibi de hac materia plenius dice-
48 mus.¶ Durat † autem rescriptorû auctoritas per decennium, si impetrantes copiam iudicum habuerint & neglexerint uti;nâ infrà illud tempus quandoque poterunt experiri.ut.C.de diuer. rescrip.l. falsò. Alij aût doctores dixerunt,quòd si quis impetret rescriptum & infrà annum cum copiam iudicum habuit non utatur, perit rescriptum lapsu anni.ut j.eod.tit. si autem.& ca.plerunque; qui sic dicunt, asserunt de plano legem illam falsò fore correctam. Sed quia promptum est iura iuribus côcordare.ut.C.inoff.dona.l.una. sic legem & decret.ad concordiam reduco; legem intelligo,ut cum post primum rescriptum secundum non fuerit impetratum; decretales illas intelligo,cum impetro primum rescriptum, tu impetras secundum nô facta mêtione de prim,oagis ex secundo,excipere non possum ex primo super eodem negocio ad alios iudices obtento, si illo fraudulenter & negligenter infrà annum ab impetratione tui secundi uti omiserim; sic loquuntur illæ decre. sed hunc casum lex illa non côsiderauit; & si hæc opinio placeat, dic,ut superius dictum est. ꝙ annus iste incipit currere à tempore secûdi rescripti,quod tali ratione probabis: Annus per se sine secundo rescripto non tollit primum rescriptum,ut dictum est, nec secundum rescriptum per se sufficit ad tollendû primum,cum de eo non faciat mentionem; Est igitur utrumque necessarium,& secûdum rescriptû impetrari,& annum cedere; & sic ambo coniuncta primum perimût,iuxta illud,& si non prosint singula, multa iuuant. Et ad hoc habes optimum si-
49 mile † quia imperfecta uoluntas per se

non tollit solenne testamentum praecedens, sed cum decennio tollit.ut.C.de testamen.l.sancimus; doctores tñ multi dicunt, primum rescriptum nullo alio impetrato super eodé negocio tolli per lap-
50 sum anni. † Priuilegia uerò sunt perpetua quia sunt priuatae leges.ut 4.dist.priuilegia. infrà de uerb.signi.abbate, scilicet in perpetuum duratura, si ad excipiẽdum concedantur, quia si nunquàm agitur nunquà n excipitur ex priuilegijs, & sic perpetuò durant; & propterea dictum est, quae temporalia sunt ad agendum, ꝑpetua sunt ad excipiendum.ut.ff.de doli. excep.l.purè.§.ulti.insti.de excep.C.eo. tit.l.si pactum. Si uerò aliquando agatur & non excipiatur ex priuilegio fit praeiudicium quo ad illum actum, in quo omittitur exceptio.ut.C.de episcop.& cler.in aut.presbiter.C.de excusa.tu.l.uolunta-
51 tē. † Sed si tanto tempore contra priuilegium petatur, nec priuilegiatus utatur exceptione, ut uerisimile sit priuilegio renunciatum; tunc in totum tollitur priuilegium, utpote spatio.30.uel.40.annorum, & idem puto in tempore citeriori, & sic intelligo infrà de priuil.c.si de terra &.c. accedentibus.& hoc locum habet in priuilegio concesso ad expediẽdum, ut cum conceditur immunitas decimarum soluẽdarum: sed si detur priuilegium ad agendum utpote ad decimas quas nunquàm quis perceperat exigendas, tanto tempore durat priuilegium, quanto tēpore durat actio: quia non est uerisimile Papam uel principem, qui priuilegium cōcedit, mutare uelle naturam actionis.ut infrà de elec.c.ecclesia.C.de inoffi.te.l.si quando. Sed si priuilegium concedatur ad factum, scilicet ut liceat aliquid facere, puta ut alicui capitulo canonicos & praebendas reducere ad certũ numerũ,uel ut aliquis nũdinas faciat,tũc tale rescriptũ siue priuilegiũ durat usque ad decenniũ, ut liceat hoc fieri quod permittitur.ut.ff. de nundi.l.1.Si uerò Papa statuat in aliqua ecclesia certũ numerũ canonicorũ,& super iã indulto uel statuto ab alijs etiã ꝑ Papã confirmato literae concedantur, huiusmodi priuilegio derogatur per unicũ contrariũ actum.ut.s.de constit.c.cum accessissent.j.de praebē.c.pro illorũ.j.de his quae fi.à ma.par.ca.c. Ex ore.11.q.3. priuilegiũ.C.de iure do.imple.l.2.C.de pac.int.empt.& uen.l.cõmissorie. ¶ Gene-
52 ralia † sunt rescripta illa,in qbus generales seu indiffinitae clausulae continentur, scilicet cũ dicitur,talis & talis, quidã alij iniuriantur eidem,uel sic,super decimis, possessionibus,& rebus alijs; quo casu rescripta ad maiores & digniores personas, uel ad maiora negotia expressis nõ extẽduntur ut.j.eod.c.sedes Apostolica.&.c. pastoralis.§.quoniã aũt. item si ponatur clausula illa,contradictor &c.Itē si illa, amoto inde &c.Itē illa, uocatis &c.tales enim & cõsimiles clausulae faciũt generale rescriptũ.Itē cum literae diriguntur ad oēs ut.j.de pe.& re.c.cũ ex eo. ¶ Spāle re-
53 scriptũ † est,qd inter certos dirigitur, & super certis & expressis rebus seu negocijs sine clausula generali ut.infrà.eo.ti. c.1.& c.pastoralis. Et tale rescriptũ non extēditur ad aliàs res,uel ꝑsonas ut.infrà de offi.dele.c.cum olim.&.ca.p.&.g.sic & priuilegiũ personale personã nõ transgreditur ut.infrà de auc.& usu.pal.c.2.infrà de offi.dele.quoniam abbas.ff.quib.mo. usufru.amit.l.si usuf.7.q.3.petisti.insti.de iur.na.gē.& ciui.§.Sed quod principi.ff. de iudi.l.sed & si restituatur.ff.de regu. iur.l.&. priuilegia.2.q.6.§.diffinitiua. in uer.quãdoque nõ ob.infrà de iud.c.Quia G.nã ibi agitur per primas literas; sed secundarũ nõ ob.exceptio.infrà.de offi.dele.c.quoniã,cũ sit cõmisso expresso nomine dignitatis; ibi enim trãseunt literae ad successorē,qui succedit primo in onere ut infrà de offi.or.c.pastoralis. Itē nõ ob.de offi.dele.c.1.ubi iurisditio ex literis specialibus extenditur ad alios. Nã ille casus specialis est ut extendatur iurisditio ad illos, qui processum iudicũ impediunt ut infrà de offi.dele.c.ex literis. Sed de prorogatione iurisdictionis nõ prosequor hic amplius quia notabo infrà de offi.de-
54 le. ¶ Iurisdictionem conferunt † omnes illae literae in quibus causae cognitio demandatur, quod ex forma colligitur literarum; ut cum in literis continetur, si est ita: si praemissis ueritas suffragatur: cognita ueritate: iusticia mediante: sicut de iure

de iure fuerit:quod canonicum: quòd iustum:ut promisit; ut tenetur;prout in instrumento inde confecto,uel literis continetur;& talis iudex cui negociū à principe committitur sub aliqua de his formis, potest in figura iudicij procedere, potest & alij uel alijs causam cōmittere totam uel partem ut. j.de off. deleg.c.cū te.principium,medium,uel finem,cognitionem,executionem ut. j.de offi.dele.c.
55 super quæstionum.† talis potest recusari ex causa nisi fuerit iudex petitus,ut. j.de offi.dele. cum olim magister.3.q.3.c.induciæ.§.offeratur.4.q.3.§. Item in criminali.in uer.si quis testibus;sed tūc poterit recusari ex noua causa,ut j.de offic.dele.
56 insinuante. ¶ Executoriæ † literæ sunt per quas sine aliqua iudiciali cognitione factum seu ministerium delegatur, ut. j. de offi. dele.c.ulti. talis non est iudex sed auditor,uel executor, ut j.de off.dele.c. super quæstionum.§. porrò, & sic possit recusari nisi de partium recipiatur uel detur assensu,ut in d.c.super quęstionum.§. nos autem. & §.porrò, à tali appellari nō potest nisi fines mandati excedat, ut in eadē decr. super quæstionū.& j.de appe. c. nouit. 2.q.6.§.diffinitiua, in uerbo, ab executore. C. quo. appell.non reci.l.
57 ab executore. † Fines autem mandati. excedit cum aliud uel aliter exequitur q mandatur, uel cum exequendo mandatum præter cōmissum iniuriam infert, nam & tunc potest ab iniuria appellari, ut. C.de appel.l.si quis prouocatione,talis cum non sit iudex ut dictum est nec ei sit iurisdictio, sed executio demandata, ut j.de offi. deleg.c.ulti.alteri delegare non potest,quia ex iurisdictione procedit iudicis dandi potestas,ut ff.de iurisd.om. iu.l.3.& quia cum ministerium committitur, industria eligitur psonalis, & ideo a persona recedi non debet, ut j.de offi. dele.c.ult.C.de cadu.tol.l.una.ff.de solu. l.inter artifices,talis in exequendo partes iudicis nō assumat,ut C.de execu.rei. iudi.l.si ut proponis, nec ob.25.q.2.& si non cognitio.& C.si contra ius uel uti. pub.l.& si non cognitio,lex enim illa loquitur in mixto executore, superior in mero,miscetur aūt executiōi iurisdictio.

per illas clausulas,uel consimiles,quas su
58 perius assignaui; sed dices† Nōne executor audire debet exceptiones legitimas quantumcunque sibi præcisè,& absolutè scribatur?ut j. de offi.deleg.c.ex parte,& c.si quando,infrà de crimi.fal.super eod. Respondeo. Audire debet summatim,& si cōstiterit ueras esse, nō pronunciabit, & sic loquitur lex illa,si ut proponis, sic loquitur alia lex.ff.de iudic.l.si prætor, sed suspendet executionē, ut C.si ex fal. instru.l.iudicati, executio solet suspēdi, nec exequetur,ut infrà de crimi.fal.c.si super eo.& instabit apud cōmittentem ut ipsum ab executione mādati absoluat,ut j.de offi.deleg.c.pastoralis.§.quia uerò; uel ut differatur mandatū ipsius, donec idem superior uel alius cui hoc cōpetat, de ueritate cognoscat,ut j.de offi.deleg.
59 c.si quando. ¶ Continent † ius cōmune literæ,in quibus mandatur quod consonat iuri,& æquitati,& maximè cū ille literæ continent iuris determinationes, puta partibus cōuocatis,uel uocatis,quę fuerint euocandæ: quod iustū, uel canonicum &c. Item iustitia mediante: uel prout de iure fuerit &c. uel aliàs consi-
60 miles clausulas.¶ Gratiā continent † literæ illæ quæ continent dispensationē, uel pœnæ debitæ remissionē; & in quibus ob fauorem,uel utilitatē seu necessi
61 tatem receditur à iure cōmuni. † Tria enim sunt quæ faciunt à iure cōmuni discedi,necessitas,utilitas, & euidens meritorum prærogatiua,ut.1.q.2.c.talis.j.de
62 elec.c.innotuit. ¶ Restat† uidere de pœnis impetrantiū literas per surreptionē. Et est sciendum q condemnādi sunt ad expensas quas altera pars fecit,in ea re & circa ipsum iter, ut j.eo.ti.c.cæterū in fi.C.de his qui accu.pos.l. qui crimen.& aliàs seueritati subiaceant iudicantium, ut 25.q.2.c.dicenti sacras. Et.C.si cōtra ius uel.uti.pu.l.& si non cognitio, nā & per legem Corne.de fal.puniri possunt, ut.ff.ad le.Cor. de fal.l.si quis irrepserit: non ergo iudices metuant,si non effectū mancipant quæ mandantur. Nā secundum imaginem ueritatis procedere debent & legum ueritati,ac iudiciali uigori per omnia satisfacere ut.C.de appel.l.

ult.in fi. Quædam.n.conditiones tacitè in rescriptis intelliguntur, & sine expressione aliqua sunt seruandæ, ut illa si pre ces ueritate nitantur, ut infrà eodē titu. c. Ex parte il.1.ad fin. si quis idoneus uel aliqua idonea fuerit, ut j. de elec. Causã. ff. de mun.& hono.l.ut gradatim ī fi.1. Re pon. Item cū quis natalibus restituitur, subintelligitur hæc conditio; si is, qui restituitur, ex ingenua natus sit; nam si ex ancilla, per talem restitutionem nihil agitur, ut.ff.de na.rest.l.1. Item in concessione uiæ, tacitè intelligitur hæc conditio, ut is cui conceditur, ciuiliter utatur ut.ff.de serui.l. si cui. Itē in generali mandato patris de q̄rendo sponsum filiæ suæ, hic subintelligitur, ut persona spon si patri ostendatur, nec prius nuptiæ fiāt, ut.ff.de ritu nup.l.generali.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo quid sit.*
2 *Consuetudo unde dicatur.*
3 *Consuetudo qualiter, & quot actibus inducatur. & nu. 4.*
5 *Possessio uel quasi per binum uel trinum actum inducitur.*
6 *Possessio, uel quasi, actu acquiritur uel perditur.*
7 *Consuetudo tollit ius in loco, in quo ea uiget, dummodo sit rationabilis.*
8 *Consuetudo in contradictorio iudicio non inducitur, sed firmatur.*
9 *Consuetudo quando uincat legem.*
10 *Intellectus ad l. iij. §. Diuus ff. de sepul. uiola.*
11 *Consuetudo specialis quæ sit.*
12 *Consuetudo quæ generalis dicatur.*
13 *Consuetudo quando aliam tollat.*
14 *Consuetudo contra ius naturale nullo tempore conualescit.*
15 *Consuetudines malè adinuentæ nullo tempore confirmantur.*
16 *Consuetudines in grauamen ecclesiarum inductæ non sunt seruandæ, sed reuocandæ.*
17 *Consuetudo iuri & priuilegio contraria ad concordiam reducitur.*

¶ DE CONSVETVDINE.

RVBRICA.

DIximus de iure scripto, nunc dicamus de iure non scripto, scilicet de consuetudine. ¶ Videamus igitur, quid sit consuetudo & unde dicatur; qualiter & ex quot actibus inducatur consuetudo; quæ consuetudo præiudicet iuri; quæ sit specialis; & generalis: Et an una consuetudo tollat aliam
1 contrariam. ¶ Consuetudo † est quoddā ius moribus, id est, assiduis actibus hominum institutum, quod pro lege suscipitur cum deficit lex, ut.1.dist.c. consuetudo; quæ enim in scriptis redacta est, uocatur lex, uel constitutio; quæ autem in scriptis non est, retinet suum nomen cōsuetudinis, ut c. consuetudo. §. cùm itaq; ad fin. dist.1. Et propterea alibi dicitur, constat autē ius nostrum, quo utimur, ex scripto, & nō scripto, ut insti. de iure na.
2 gen.& ciui.§.constat. † Dicitur aūt consuetudo quod in cōmuni est usu. ut.1.di.
3 consuetudo in fi. princ. † Inducitur aūt consuetudo cùm populus incipit aliquid obseruare ea mente ut de cætero sit consuetudo, uel ut dicunt alij, cùm expressè placet populo aliquid obseruari pro cōsuetudine in futurum; aliàs uerò non eo ipso, q aliquid fit, ius consuetudinarium indicetur. ar.ff. de itinere actuque. l. ult.
4 † Inducit consuetudinem binus actus. ut. 25.q.2. ita nos.& ibi glo. in uer. usum. C. de episcopali audi.l.3. in fi. sicut & binus
5 actus uel † Trinus inducit possessionem, uel quasi. ut j. de causa poss.& propriē. c. cùm ecclesia sutrina. & c. ulti. C. de fideicommis. l.1. licèt † unico actu acqui-
6 ratur, uel perdatur possessio, uel quasi. C. de serui.& aqua.l.cum talis. j. de consti. c. cum. M. infrà de præben. c. pro illorū.
7 † Talis cōsuetudo sic inducta, ut superius dictum est, tollit ius in loco in quo consuetudo uiget, dummodo sit rationabilis. ut.ff. de le.& sena. consul. l. de quibus. Talis legem interpretatur ut.ff. eo. tit. l. si de interpretatione. j. eo. tit. c. cum dilectus: quia non refert an scriptura, uel ratione consistat. ut.1. dist. c. cōsuetudo. Talis pro lege suscipitur cum deficit lex, ut superius dictum est, ex tali ius uenit ut. insti. de iure na. gen.& ciui. §. ex nō scripto. Cæterum si non sit rationabilis secus:

ctus: ut.ff.de le.& se.con.l.quod nõ ratione: nã in rebus nouis constituendis euidens debet esse utilitas,ne recedatur ab eo iure,quod diu æquum uisum est ut. ff.de consti.prin.l.in rebus; sed si de tali consuetudine dubitetur una partiũ asserente fore consuetudinem,altera hoc negante,& pronunciatũ fuerit esse consuetudinẽ,dicitur obtinere in contradictorio iudicio,ut j̃.de uerbo.signi.c.Abba-
8 te sane. † unde in contradictorio iudicio non dicitur consuetudo iuduci, sed firmari.ut.ff.de le.& se.con.l.cum de consuetudine:quamuis in decre.Abbate,in allegatione sua dicatur induci. Cæterum si non sit inducta consuetudo, sed per quandam assuefactionem & obseruantiã hominum, & non sit ad quadragenariã præscriptionem secundùm canones inducta,nõ uincit ius; & sic loquitur illa iura.j̃.eo.tit.c.cùm cõsuetudinis.1 1.dist. c.consuetudinis.C.quæ sit longa consue. l.consuetudinis; nec perit ius,ut infrà de elec.c.Cumana.j̃.de causa possess.& proprie.c.cum ecclesia.Sed si ad præscriptionem sit producta,& perit ius,& uincit le-
9 gẽ,ut j̃.eo.tit.c.ulti. † Sed si tanto tempore fuerit obseruata consuetudo ut nõ sit in memoria hominũ quando inceperit, uincit legem.ut.ff.de aqua plu.arcen.l. 1.in si.ff.de aqua quoti.& æsti.l.hoc iure. §.ductus aquæ: Item illa,quam romana eccle. obseruat, & præcipit obseruari.ut 1 1.dist.c.nolite. de conse.dist.1.c.basilicas:& illa, quam quis in præiudiciũ suũ inducit ut.ff.cõmunia prædiorum.l.si uẽditor.§.si constat, sed tunc magis ualet
10 ratione pacti,quàm cõsuetudinis; † nec ob.ff.de sep.uio.l.3.§.diuus.quia lex illa loquitur quando præcedit cõsuetudo & sequitur lex secundùm quòd Accur.eam legit & punctat; quamuis Placen. aliter intelligeret ipsam:Et quod dixi præscribi consuetudinem,hoc intelligo cum inducitur circa illud quod præscriptibile est,aliàs secus. ut j̃.de præscrip.c.causam,
11 &.c.cum nõ liceat. ¶ Speciales † cõsuetudines sunt, quæ in certis locis uigorẽ & obseruãtiam habent.12.dist.c.scit sancta.
12 &.c.nouit.¶ Generalis est † consuetudo, quę generaliter obseruatur ut i pręal.11. dist.c.nolite, de conse.dist.1.basilicas.ri.
13 dist.c.ecclesiarũ &.c.palam. † Tollit aũt consuetudo posterior consuetudinẽ priorem ,ut j̃.de cogna.spũ.c.t.sicut dixi in cõstitutionibus s̃.de consti.§.de rogatur; & hoc uerum est si in eodem municipio diuersæ consuetudines diuersis temporibus oriantur:nam si diuersis locis, secus. ut.12.dist.c.scit sancta;nec enim diuersæ aliquorum consuetudines,aliorũ debent contrario more subuerti.ut.12.dist.c.il-
14 lud. In summa notandnm est q̃ † consuetudo contra ius naturale nullo tẽpo-
15 re conualescit.ut.32.q.7.flagitia; † unde male adinuentæ consuetudines nullo tẽpore cõfirmantur.ut in aũt.ut nulli.iudi. §.t.quia in hoc casu quantò consuetudo diuturnior, tãtò periculosior & perniciosior,ut j̃.de symo.c.non satis.& j̃.eo.tit.c.
16 ult.24.q.1.c.schisma. † Item consuetudines in grauamẽ ecclesiarũ inductæ seruari non debent, sed reuocari,ut j̃.eo.c. 1.sicut & constitutiones,ut s̃.de consti.c. cum omnes.& c.quæ in ecclesiarum,& c. ex parte.& infrà eo.ti.c.ad nostram.&.c. quanto.&.c.Cum uenerabilis.&.c.ex par-
17 te. Item † sicut iura iuribus ad cõcordiã reducuntur.ut.C.de inoffi.do.l.una,sic & consuetudo iuri & priuilegio contraria reducitur ad concordiam per interpretationem,ut infrà eo.titu.c.cũ dilectus.

SVMMARIVM.

1 *Parum est iura esse,nisi sint qui iura regãt.*
2 *Postulatio quid sit.*
3 *Postulari quis debeat, & qualiter, & per quos postulatio fiat.nu.4.&.5.*
6 *Postulationis effectus quid sit.*
7 *Ius quod per postulationem acquiratur. & nu.10.*
8 *Superior ad concedendam dispensationem tenetur ex causa.*
9 *Superior admittere debet postulationem,& si non admiserit iniuria fit postulato.*
11 *Nominato in scrutinio nullum ius acquiritur ante publicationem.*
12 *Dispensatio quando petatur per nominationem.*
13 *Postulantes indignum quando priuentur potestate postulandi.*

DE

DE POSTVLATIONE PRAElatorum. Rub.

DIximus suprà de iure scripto
1 & non scripto. Sed † quia parũ est iura esse, nisi sint qui regãt iura, id est, iuris ministri. ut. ff. de origi. iuris. l. 2. §. post originem. ideò subsequenter de his uidendum est; & quia frequenter per postulationem, frequenter per electionẽ ministri iuris, hoc est, prelati ecclesiarũ assumuntur, uidendũ est prius de postulatione, quàm de electione. ¶ Videamus igitur qd sit postulatio. quis debeat postulari. qui ualent postulare. qualiter fieri debeat postulatio, & per quos, quis sit effectus postulationis. & quid iuris acquiratur per postulationem. ¶ Postula-
2 tio † est gratiæ petitio, ut cum ex gratia petitur aliquẽ ineligibilem licenter eligi. hic enim nõ tam ex iusticia quàm ex gratia mouetur, ut ĩ. eo. tit. c. bonæ memoriæ il primo. §. attendentes in fi. ¶ Po-
3 stulandus † est clericus diœcesis alienæ, uel laicus undecunque ut. 70. dist. c. primatus. Sed laicus eiusdem diœcesis ut. 61. dist. c. Osius. postulatur à Papa, cum sit ineligibilis. ut. 61. dist. per totũ. infrà de elec. c. cum ad nostram. & c. officij. clericus alienus nõ est ineligibilis in sua diecesi, unde postulandus est à suo prælato ut eũ concedat. 71. dist. c. fraternitatem. 85. dist. c. archi. florent. 58. dist. c. literas. 86. dis. c. dilectionis. 63. dist. c. 1. & 2. ideò aũt de tali fit postulatio, quia dum idoneus in ecclesia in qua facienda est electio inuenitur, de ea est eligendus. ut. 23. dist. c. In nomine domini. 61. dist. c. nul-
4 lus inuitus. ¶ Sed † quia in fauorem cuiuslibet congregationis inductũ est, ut de se eligat si in ea idoneus inuenitur, de ea est eligendus. ut. 23. dist. In nomine domini & 61. dist. c. nec emeritis. & c. nullus, potest congregatio huic iuri fauorabili renunciare, & aliunde eligere uel postulare tota uel maior pars cõgregationis ipsius, quamuis in ea aliquis dignus existat. ut infrà tit. prox. c. Vinconẽsis. & c. cũ inter dilectos. Sed si is, à quo postulatur, nollit concedere postulatum uel electũ, cõpelletur ꝑ superiorem. ut. 7. q. 1. c. omnis qui gemebat. 9. q. 2. c. nec uerò, infrà de iure patro. c. nullus. ¶ Itẽ postulatur habens defectũ ordinum, ætatis, uel natiuitatis, & hic necessaria est omnimodò postulatio nam si omissa postulatione eligatur, cũ sit ineligibilis ꝓpter uitiũ seu defectũ, nõ ualet electio: debuit enim ꝑ postulationẽ peti dispensatio uel gratia circa defectum. ut infrà, tit. proximo c. innotuit. ¶ Itẽ postulatur aliquis alteri ecclesiæ matrimonialiter alligatus quia ineligibilis est, quia ligatas habet alas quibus satagit uolitare, ut infrà, eo. tit. c. ult. & in tali necessària est postulatio, ut ĩ. eod. titu. c. bonæ. me. il. 2. & si per electionẽ procedatur non ualet electio, ut ĩ. eo. tit. c. ult. quia alteri alligatus est sicut dixi. nec debet ab ea separari & iungi alij nisi per dispensationem ex causa necessitatis uel utilitatis, ut ĩ. tit. prox. c. in causis in fi. & 7. q. 1. c. oĩs qui.
5 ¶ Possunt † postulare illi ad quos spectat electio, nt infrà eod. tit. per totũ & infrà tit. prox. c. innotuit. ¶ Fieri debet postulatio in concordia, cum enim per postulationẽ gratia requiratur, concorditer & cõiter est petenda, ut infrà eo. tit. c. bonæ me. il. 1. §. attendentes, aliàs. Rom. eccl. non consueuit postulationem recipere in discordia & diuisione; posset siquidẽ, si uellet, admittere postulationẽ factã à maiori & saniori parte capituli minori parte neminẽ eligente, nec fieret alicui iniuria: nam in hoc & in alijs generaliter præualet quod fit à maiori & saniori parte capituli. ut ĩ. de his quæ fi. à ma. patre ca. per totum & 10. q. 2. c. hoc ius porrectum. 65. dist. c. 1. & 2. & 3. ¶ Item capitulum põt renũciare iuri pro se introducto ut de se eligat quandiu idoneus inueniatur, ut superius dictum est. Sed minori parte aliquem dignũ de gremio ecclesiæ eligente, tunc ut præualeat postulatio oportet ut duæ partes conueniant in postulando. ut infrà. tit. proxi. ca. scriptum.
6 ¶ Effectus postulationis † est hic, quia postulatione admissa habilitatus est eligi postulatus. ut infrà. tit. prox. c. innotuit, in fi. hunc tamen ordinem, licet à iure procedat, non seruat Romana curia. Nam si ab ea aliquis postuletur, postulatione ad

missa

missa nō sequitur electio; sed approbatio postulationis,& postulatio pro electione & confirmatione habetur,& simile j.titu. proxi.c.cum inter canonicos.§.Di. V.& hoc ideò facit ut euitetur circuitus qui ui tandi sunt.ut.ff.de condi.indebi.l.dominus, & ut euitetur discordia ecclesiarum ut aliàs infrà tit.proxi.c.nihil. ¶ Restat
7 uidere † quod ius acquiratur per postulationem. Et uidetur q̃ nullum ut infrà eo. tit.c.postulationem. Ad quod ita respondeo,uerum est q̃ nullum ius acquiritur, p̃ quod agere ualeat postulatus:nō enim ex postulatione facta & nondum à superiore admissa aliqua datur actio postulato; ex gratia enim procedit ut postulatio admittatur ut in d.c.bonę, ergo ad hoc ut admittatur,actio non competit.ar.ad hoc.ff.de adime.leg.l.rem lęgatam.&.ff. de euic.l.ad res donatas.ueruntamen etsi postulato uel postulantibus non detur actio sicut dictum est,si tamen postulatio fiat in concordia & de digno, ex debito incumbit superiori ipsam admittere;et si non admiserit, iniuriam facit postulantibus & postulato: sicut & præsentatus petere non potest per actionem se institui, quia ius non habet in re,& quia sine iuris offensa & præsentati iniuria potest præsentator laicus uariare & alium præsentare ut infrà de iure patrō.c.cū autē aduocatus. Vnde antequam à prælato fuerit approbatum, ratum non est quod à patrono fuit inchoatum.ut infrà de iure pat.c. quod autem consulis; Et tamen offendit prælatus si primò præsentatum, & dignū non instituit; Vnde non admissus agit cō tra illum qui ipsum respuit, ut ei prouideat in beneficio competenti.ut infrà de iure.patro.c.pastoralis: sicut & aliàs diximus q̃ dispensatio nō ex iure,sed ex gra-
8 tia petitur; † & tamen ad eam conceden dam superior tenetur ex causa.ut.l.dist.c. ponderet &.c.domino sancto &.c.si quis diaconus. sic & ad eleemosinam pauperi contra diuitem actio non datur, & tamē diues ad dādam eam tenetur,iuxta illud date eleemosinam &c.sic & patronus de gratia admittitur repræsentans.ut 16.q. 5.c.si quis episcoporum,ut j.de iure pat. c.quoniam,& infrà de p̄æ.c.in quibusdā; & tamen iniuria fit ei si non admittatur, etsi pręsentatus ab eo non instituatur.ut. ff.de aqua quoti.& æsti.l.j.§ pe.&.ff.qui satisd.cog.l.si uerò in fi.Vel dici potest, q̃ per postulationem non subscriptam nec præsentatam nullum ius acquiritur postulato,& sic loquitur illa decretal.postulationem. Si aūt fuerit subscripta & præsentata secus.ut in.cap.bonæ.il. 2.ne aliàs illudatur superiori.ut in uersi.si enim;ideò acquiritur hoc ius postulato,si postulatio facta fuerit canonicè in concordia & de digno,quia & postulantes, antequam postulatio comprobetur uel respuatur, à postulatione resilire non possunt,ne aliàs illudatur superiori ut dictum est. ¶ Item
9 quia superior debet eam admittere, et si non admiserit, iniuria fit postulato; non tamen talis & tanta,ut ex ea agi possit;sicut & aliàs iniuriam facit iudicio & reuerendissimę synodi,si quis semel iudicata ac rectè disposita reuoluere, & in publico disputare contendit.ut. C.de episc. au.l.3.in princ.non tamen talem & tantam, ut ex ea agi possit.ut.C.de appell.
10 & in maioribus. ¶ Et nota † quòd postulato acquiritur hoc ius quod dictum est; electo ius petendi confirmationem.ut.j. de acu.c.super his; præsentato acquiritur hoc ius, ut si solus à uero patrono nec uariante fuerit præsentatus, petere potest se institui;& si is,ad quem spectat collatio, non instituat, implorare potest superioris officium, ut dixi circa princ.huius titu: Sed si patronus uariet,& aliū repræsentet,& episcopus illum instituat, aget primus cōtra episcopum ut ei prouideat; ut superiùs dictum est. Si uerò instituat aliū à non patrono præsentatū, aget primus contra institutum ut amoueatur, & ipse instituatur, ut inf.de sen.& re iudi.c. cum Bertoldus. Nominato aūt,si solenniter nominetur p̃ capitulū alicuius ecclesiæ uacantis,& perijt puideri à Papâ, ecclesia nominat duos uel tres & ponit in uoluntate Papæ,ut pręeligat unū ex illis, acquiritur hoc ius, sicut puto,ut pēdente nominatione illa, non possunt nominantes à nominatione resilire, ne aliàs Papæ uideatur illudi; sicut in postulatione notaui per decre. infrà eod.tit. bonæ me, la

prima & quod ius acquiratur nominato
est ar.16.q.ult.c.cõtra sanctorum.2.q.6.
c.diffinitiua in uer.nominationes.85.dis.
c.Archi.de Florenti. Ceterùm si nomina-
tio non sit solennis, sed canonici contra
uel citra formam aliquem eligendi, no-
minant aliquos uel aliquem, sic dicẽdo,
talis esset bonus prælatus, uel talis; ex
hac nominatione nullum ius acquiritur,
ut inf. tit. prox.c.quod sicut.in prin. ¶.Itẽ
11 † nominato in scrutinio nullum ius ac-
quiritur ante publicationẽ, secus post ut.
12 j.tit.proxi.c.publicato. ¶ In summa † no
tandum est, ꝙ aliquando per nominatio-
nem petitur dispensatio, ut cum postula-
tur irregularis ex delicto, uel defectu na
taliũ, ordinum, uel annorum. ¶ Item cũ
postulatur alteri ecclesiæ alligatus, ut. j.
tit.proxi.c.in causis.in fi. Aliquando peti-
tur licentiæ datio, ut cum postulatur cle-
ricus alienus.ut in prin.huius tit.notaui.
13 ¶ Sciendum est etiam, † ꝙ sicut scienter
eligentes indignum priuantur potestate
eligendi, ut. j.tit.proxi.c.cũ in cunctis, sic
& postulantes, ut. j.eod.c.1.&.2.&. j.titu.
proxi.c.bonæ me:&.c.scriptum, quod in-
telligo, cum postulatur indignus, uel irre
gularis ex crimine, secus si ex defectu; &
sic intelligo finẽ huius decr. ĩ c.scriptũ ẽ.

SVMMARIVM.

1 *Electio quid sit, & quid hæc dictio significet.*
2 *Eligere qui possint.*
3 *Matrimonium spirituale fortius est carnali.*
4 *Eligi quis possit.*
5 *Eligi infra quod tempus debeat.*
6 *Electionis duæ sunt formæ.*
7 *Scrutinium in electione per quot de collegio fieri debeat.*
8 *Ad compromissum nullus inuitus cõpellitur.*
9 *Electio per scrutinium qualiter fiat.*
10 *Ad electionẽ qui sunt uocandi, & quomodo.*
11 *Mox fieri quando quid; dicatur.*
12 *Actus contrarius cum intercedit, uitiatur id quod in contextu fieri debet.*
13 *Papa qualiter eligatur.*
14 *Electio per quotam eligentium partem fieri debeat.*
15 *Electiones episcoporum ubi fieri debeant.*
16 *Electio prima an & quando præstet impedimentum secundæ.*
17 *Electores quando ab electione resilire possint. & nu.31.32.33.& 34.*
18 *Eligendi dignitas uel indignitas quando inspicienda.*
19 *Absentes qui uocari debent; ad electionem uocati, non uenientes, an per aliquot tempus sint expectandi.*
20 *Electione facta quid fieri debeat.*
21 *Matrimonium spirituale est inchoatum ante confirmationem, non tamen est ratum.*
22 *Confirmatio prælati infrà episcopatum ad episcopum spectat.*
23 *Episcoporum confirmatio spectat ad metropolitanum.*
24 *Archiepiscoporum confirmatio ad quem spectet.*
25 *Confirmatio Patriarcharũ spectat ad Papã.*
26 *Papa ab episcopo Hostiense consecrationem habet.*
27 *Is ad quem spectat confirmatio, & electionis, & electi examinatio.*
28 *Scrutinium quotuplex sit.*
29 *Electus quid acquirat per confirmationem.*
30 *Res ecclesiæ an in iudicium deduci possint per prælatũ electum, sed non confirmatum.*
35 *Postulatio si de aliquo fuerit facta & non admissa, iterum in ecclesia eadem, & eadẽ ordinatione postulari non debet.*
36. *Pœna non canonicè eligentium quæ sit.*
37 *Sacramentum fidelitatis exigitur ab electo, cõfirmato, & consecrato, & quæ sit forma.*

¶ DE ELECTIONE, ET ELEcti potestate. Rub.

DICTVM est.s. de postulatione; sed qa postulatio pambula est electioni, nam ad hoc fit postulatio, ut sublato impedimento postulatus, qui ante ineligibilis erat, fiat habilis & legitimus ad eligendum. Propterea post rubricam de postulatione ponitur rubrica de electione. ¶ Videamus igitur Quid sit electio: Qui possunt eligere Quis possit eligi, Infrà quod tempus debeat eligi: Quæ forma electionis: Ad quẽ spectat electionis cõfirmatio· Quod ius ex electione proueniat: An eligentes possint ab electione resilire, & Quæ sit pœna non canonicè eligentium. ¶ Electio

1 ctio † est alicuius personæ ad dignitatem uocatio; quamuis aliàs uerbum eligere ad multa se habeat, nam dicitur quis eligi in postulãdum, ut. j. eo. tit. c. in causis, & inf. de renun c. post translationem. Dicitur quis eligi in canonicũ ut. j. eo. tit. c. cum ecclesia uulterana, & inf. de præb. c. dilecto, dicũtur eligi arbitri, ut inf. eo. c. in causis, ut. j. de fo. compe. c. si quis cõtra. & inf. de appellat. c. cum spiritualis, sed in his etiam & in similibus debet fieri electio laxato uocabulo, sicut & dicitur poma eligi in canistro, hic aũt strictè significat uerbum eligere, ut superius
2 dictum est. ¶ Electio † spectat ad collegium clericorũ etiam si duo uel tres in collegio fuerint, ut. j. eo. tit. c. j. & s. de cõsuetudi. c. cũ dilectus inf. de causa posses. & proprie, c. cũ ecclesia. 63. dist. c. Adrianus. & c. noscc. & §. ex his. 16. q. ult. c. ult. Sed si clerici non sunt in ecclesia ut collegium, uel ut corpus, sed ut singulares, tunc superior prouidebit per se, uel præsentante patrono si ecclesia patronum habet, ut de iure patrona. c. pastoralis, hoc igitur est regulare ut ad collegium cuiuslibet ecclesię spectet electio, licet plerunque ex consuetudine, uel ex priuilegio alieni uocẽtur inf. eo. c. cumana. & inf. de caus. poss. & prop. c. cum ecclesia. s. tit. proxi. c. bonæ me. la. 2. s. de consuet. c. cum dilectus. & . j. de iure pat. c. nobis; uocantur aliquando religiosi ex honestate, non ex debito. ut. 23. dis. c. in nomine domini. 79. dist. c. 1. uocatur populus non ad eligendum, sed ad consentiendum. ut 63. dist. c. ego & c. sequentibus. uocantur & principes ut ab oppressionibus defendant. ut 63. dist. c. principali. ¶ Aliquando tamen illi, ad quos spectat electio, non possunt eligere excommunicatione impediẽte ut inf. de appel. c. constitutis. quod intelligo in excõmunicatione maiori, secus in minori. ut inf. de cler. excõ. c. ult. nec ob inf. eod. tit. c. illa. non enim asserit defectum esse in electione ex eo ꝙ interfuit canonicus excõmunicatus ex communicatione minori, sed positiuè loquitur si quis ex eo fuisset defectus, cùm re uera nullus fuisset defectus; Et est ratio quare excommunicati excommunicatione minori non impediantur eligere, quia tantum à perceptione sacramentorum excluduntur ut inf. de excep. c. à nobis, & inf. de sen. excom. c. si quem: 3. q. 4. c. Engeltrudam. Ab eligendo autem, & ab his, quæ iurisdictionis sunt, non excluduntur. ut inf. de cle. excom. c. ult. Sed instabis: nonne per electionem eligentium, & consensum electi contrahitur matrimoniũ spirituale sicut inf. de trãsl. præla. c. licet & c. inter corporalia inf. eo. tit. c. cum inter canonicos. † Matrimonium etiam spirituale fortius est carnali. 3
ut in eadem dec. inter corporalia. Sed matrimon. est magnum sacramẽtum in Xpo, & ecclesia, ut inf. de biga. c. debitum; Igitur excommunicati minori excommunicatione non sunt admittendi ad electionem. Ad quod respondeo, per electionẽ nõ propriè contrahitur matrimo, sed initiatur. ut dicit illa lex: uel aliter, Matrimonium carnale est sacramentum quia in eo inueniuntur illa significata quæ notantur in d. c. debitum non in matrimonio spirituali; nam in matrimon. carnali per bigamiam receditur à significatis, quod in spirituali matrimon. non inuenitur, aliàs translatus de una ecclesia ad aliam bigamus censeretur. ¶ Item eligere non possunt suspensi ut. suprà de cõsuet. c. cum dilectus infrà de except. cap. Apostolicè; nec mireris quòd aliud in excommunicatis excommunicatione minori, & aliud in suspensis; quia suspensi non possunt beneficia consequi ut infrà de æta. & qua. c. cum bonæ me. nec ipsis aliis conferre ualent ut infrà de concess. præ. c. quia diuersitatem. Suspensi contrahunt irregularitatem celebrando, ut infrà de cle. excommu. c. apostolicæ, secus in excommunicatis excommunicatione minori ut infrà de cler. excom. c. si celebrat. Item eligere non possunt interdicti infrà eod. tit. capi. cum inter. R. ¶ Item illi quibus interdicitur eligere superioris licentia ut infrà eod. titu. c. ult. ¶ Item illi qui in eadem uocatione in eligendo peccauerunt scienter eligendo indignum ut infrà eod. titulo. ca. cum in cunctis. & cap. innotuit, in fin. & cap. bonæ me: quo casu sunt ipso iure eli-

gendi potestate priuati.& idē est si pecca tur in postulando ut ĩ.eo.tit.c.scriptum. ¶ Item si peccatū est in forma, & propterea eligentes per sententiā priuati sunt potestate eligēdi.ut ĩ.eo.c.quia propter.

4 ¶ Eligi potest † qui de legitimo matrimonio sit natus, qui etiā in uita & scientia commendabilis demonstratur & qui.30. annum ætatis excegerit.ut ĩ.eod.tit.c.cū in cunctis; dummodo non sit excōmunicatus maiori uel minori excōicatione.ut ĩ.de cle.excō.c.si celebrat. ¶ Item nec suspensus.ut.s̄.de consue.c.cum dilectus. ¶ Itē nec interdicti & qui non seruant interdictum ut.s̄.de postu.c.j.& dummodo enim canones nō obstant ut.ĩ.eo.c.cū in

5 cunctis.§.inferiora in fin.¶ Itē eligi † debet infrà tres menses.ut.l.dist.c.postquā 63.dist.c.obeuntibus; ulterius enim non debet uacare cathedralis uel regularis ecclesia,ut inf.eod.tit.ne pro defectu, & in hoc hodie exequata est cōditio episcopaliū ecclesiarum & minorū in quibus per electionem facienda est institutio.Nā secundùm uetera iura episcopales ecclesiæ, & maiores uacare non potuerant ultra tres menses, minores, ultra sex,ut inf.de æta.& qua.c.Eam te.inf.ut lite non cōte. c.qm̄ frequenter.inf.de cle.non resi.c.Ex tuæ. Consecratio episcoporum & maiorū ultra alios tres menses differri nō debet. ut.100.dist.c.quoniam.& quod dico dari alios tres menses;benigna interpretatione receptū est.ut.75.dist.c.tēpus. Si infrà tres menses non fuit facta electio iusto impedimento cessante ad proximum superiorē potestas deuoluitur prouidendi, ut.ĩ.c.ne pro defectu, nec obstat c.dilectus.ĩ.de concess.præ. quæ dicit ꝙ in episcopalibus ecclesijs non ad proximum superiorē sed ad Papā potestas deuoluitur, nā illā hodie puto fore correctā. Hoc tēpus quod datur ad eligendum utile est, quia nō cedit impeditis ut patet per d.c. ne ꝑ defectu, simile aliàs de cōcess.præb. c.Qm̄ &.ĩ.de sup.neg.præ.c.licet, lapsus enim ipsius temporis nō cessantibus officere non pōt,ut.C.de inoffi.testa.l.cōtra. Item simile aliàs de rescriptis.c.Si aūt,&. c.plerunque.2.q.6.c.biduum.ff.de diuer. & tem.prescrip.l.j.ff.de re.dubi.l.cū sex. &.ff.quand.act.de pec.est anna.l.j.§.annus.Cōtinuum aūt est illud tempus quod continuò currit, siue quis possit experiri siue nō,ut est uidere in act.de dolo.l.ult: similiter i rescisoria.ut.C.de tēpo.in int e. resti.l.ulti.Si uerò infrà alios tres nō fuerit petit a consecratio, episcopus metropolitani sui iudicio cedat: quod tempus similiter negligentibus cedit.ut.c.dist.c. Qm̄.ĩ.de translat.præla.c.Inter corporalia.Et quod dixi in episcopis respectu metropolitani,idem puto in metropolitano respectu suorum superiorum. ¶ Formæ

6 electionis † duæ sunt, per scrutinium, scilicet, & cōpromissum: quod enim de inspiratione dicitur,non est forma, immo est exceptio à forma,ut ĩ.eo.ti.c.quia ꝓpter. Sunt & quædam alia circa formas, quæ tamen non sunt de formis, ut illa p̄sentibus omnibus qui debent, uolunt, & possunt commodè interesse; ubi ergo fit contrà formas, electio est ip so iure nulla ut in d.c.quia propter,& inf.eod.tit.c. cum post petitā c.Cumana &.c.congregatio; ubi aūt contra ea quæ non sunt de formis fit, tunc electio non est ipso iure nulla,sed est annullanda per exceptionē, ut inf.eo.tit.c.quod sicut.s̄.de postul.c.bonæ me: la.2.Et est ratio ne iura illa, quæ dicunt electionem non esse ipso iure nullam, sed annullandam propter contemptum, nisi contempti consentiant ut dicunt iura præallega, tollantur illo uerbo quod ponitur in illa decreta.quia ꝓpter. scilicet,aliter facta electio non ualeat &c. Quod non est intentionis domini Papæ uel principis, ꝙ uno uerbo tollantur multa iura magnis laboribus condita, ut inf.eo.tit.c.ecclesia uestra.C.de inoffi.testa.l.si quando. Sed his omnibus ob.per d.c.Auditis,ubi uidetur quod electio celebrata aliquibus contemptis sit nulla ipso iure;dicas tu, ꝙ non ideò nulla est propter contemptum, sed quia in impetu celebrata est, & post appellationem legitimā aliàs legitimè interiectā.

7 ¶ † Scrutiniū fieri debet per tres de collegio, non plures, neque pauciores, nec aliunde nisi de collegio; possunt aūt canonici uices committere aliquibus uiris idoneis; non curo quot, & an sint de collegio,

legio,an non.¶ Sed circa hoc quæri consueuit quid si plures uel pauciores sint scrutatores. Respondeo si uerba decreta. obseruare uelimus, non ualet quod agitur; sed circa hoc curia contrariũ obseruat. ¶ Item quid si clerici uni de collegio uel aliundè uices cõmittant, & ille proui deat ecclesiæ uiduatæ? Respondeo secundùm alia iura ualet quod actum est,ut.j. eod.titu..c. causam.&.c.Cum inter canonicos.infrà de renun.c.post translationẽ, secundùm uerò uerba illius decret.quia propter,non ualet quæ dicit aliquibus uiris.& c. ¶ Itẽ quæritur, quid si clerici uel canonici dissentiunt circa formas; maior ac senior pars consentiat in uiam cõpendij,scilicet in uiã cõpromissi; pauci uerò consentiant in uiam scrutinij?tenet curia & obseruat ut præualeat cõtradictio paucorũ,& hoc tali ratione, uia scrutinij est uia ordinaria, per quam cuilibet saluum est in quem uult dirigere uotum suum,secus in compromisso contingit, per quod plerũque prouidetur de persona, de qua prius nec creditum est, nec speratum.j. eod.tit.c.cum dilectus fil.cum inuitus nullus sit dandus episcopus.ut.61.dist.c.nul-
8 lus.¶ † Item ad compromissum nullus inuitus compellitur.ff.de arbi.l.sed & si.§. si quis iudex.3.q.7.c.tria in uersi.quis uerò iudex. ¶ Sed quàmuis placere debeat quod curia seruat, tamen de rigore iuris contrarium suadetur: nã lex illa loquitur in compromisso quod pœna uallatur, ad quod graue esset aliquem inuitum arctari: decre.autem illa;Quia propter,nõ loquitur in compromisso, sed cõmisso;sic enim dicit, uel saltẽ aliquibus uices suas committant; vnde impropriè dicimus ꝓcedi per uiam commissi,potius debet dici per uiam compromissi uel cõmissionis, & ideò non obstante lege illa quæ non accedit, dici posset ꝙ in hoc paucorũ contradictio non præualeat, sed succumbat; hoc enim generale est in cunctis actibus ecclesiæ,ut obtineat sentẽtia plurimorũ, ut.j.de his quæ fi.à ma.par.capi.per totũ. 65.dist.c.j.¶ Sed uidetur hodie labor in electionibus duplicatus, olim enim labor erat in eligendo prælatũ;hodie & in hoc, & in scrutatoribus eligendis;imò certè labor est diminutus, & uia electionis satis aperta, nã facta publicatione uotorum & collatione secuta, dummodo nollent homines malignari, certum est & expeditũ quis sit eligendus,quia is est in quem maior & sanior pars consentit. ¶ Sed si partes quæ consentiunt sint equales? Et tũc etiã eligendus est is qui dignior esse uidetur: Nam pars illa,quæ in scrutinio nominat digniorem,in meliori zelo consistit; propterea si non maior numero , sanior tamen esse censetur; quia zelus considerãtur ex duobus, scilicet ex anctoritate eligentium,& dignitate electi,ut.j. eo.tit.c.ecclesia.Sed si tam ex parte consentientium,quàm ex parte eorũ in quos consentitur , concurrant omnia, ꝙ rarò contingit, & ideò ad hunc casum iura trahi non debent.ut.ff.de le.& se.con.l.nam ad ea.dici posset ꝙ in tali casu esset iterũ ad scrutinium recurrendũ, & noua ordinatione procedendum,ut.79.dis.c.si duo, uel deberet superiori totũ scrutiniũ præsentari,ut superior per gratificationẽ alterum præoptet.ar.j.de iure pat.c.cũ aũt aduocatus.ff.de relig.& sumpti.fu.l.ulti.
9 ¶ Ad † electionẽ aũt per scrutinium hoc ordine peruenitur,nam quilibet interrogatus à scrutatoribus sigillatim & secretò uotum suum exponet in certam consentiendo personã,uotis ergo omnium redactis in scriptis, facta publicatione,& collatione secuta, numeri ad numerũ, zeli ad zelum,& meriti ad meritũ,ut inf.eod. tit.c.in generali,patebit quæ pars sit maior & sanior, non respectu partiũ aliarũ, sed respectu capituli totius, ut in decret. ea.Et tunc maior pars dicet minori , cum maior & sanior pars in talem consentiat ipse est eligendus , unde si placet ipsum communiter eligamus ; si acquieuerint, tunc is qui maiorem uocem habet in capitulo surgens dicet, ego pro toto capitulo eligo talẽ , & oẽs acceptabunt. Si aũt non acquieuerint, tunc is qui maiorẽ uocem habet inter illos,qui maiorem & saniorem partem constituunt, dicet.ego ꝓ me & pro illis qui mecũ consentiunt,eligo talem,& illi dicent placet nobis;sic fit electio in communi: Aliter si quilibet singulariter diceret,ego eligo talem ,uel con-

cõtentio in talem, iã tot essent electiones, quot essent electores.ar.ff.de uerb. obli.l.Scire.&.l.quod dicitur.ff.de dona. l.senatus censuit, sed id quod factum est in scrutinio, repeti uidetur in eligendo. Hæc forma scrutinij locum habet in ecclesijs episcopalibus, & maioribus, & in minoribus, puta, i archipresbyteralibus, & in præposituris, & in plebanatibus; tales enim ecclesiæ per mortem suorũ prælatorum uiduari censentur, secus si agatur de archydiacono, archypresbytero, uel præposito maioris ecclesiæ: quia per mortem taliũ ecclesiæ nõ uiduantur quã diu episcopi sponsi earum uiuunt; unde in electionibus illarum personarum locũ non habet forma cõcilij sicut dictum est. Sed quod dixi, in prepposituris & alijs personalibus, quæ nõ consistunt in cathedra lipus ecclesijs, locum habere formam cõcilij, uerum est sed nõ in omnibus. Quid enim si aliqua ex talibus ecclesijs modicum collegium habebat, puta, trium uel quatuor; forma scrutinij non poterat obseruari, & ideò procedetur secundum morem antiquum, & ita intelligo infrà eodem titul. capitul. pri. ¶ Sed nunquid scrutatores dicent nota sua in scrutinio & cõsensus? sic, nã i cõstitutione concilij dicitur, is eligatur in quem oẽs &c. hoc nunquam accideret si scrutatores in aliquem non consentirent, duo aũt tertium scrutabuntur. ¶ Ad ele
10 ctionẽ † uocandi sunt oẽs qui debent, uolunt, & possunt commodè interesse, & qui in prouincia eadem consistunt.d.c.quia propter, & inf.eod.tit.c.coram; uocabuntur aũt per literas, uel per nuncium; illi uerò, qui manent in ciuitate, uocabuntur per campanam, ut infrà eod.titu.c.in causis, prouinciam aũt non intelligas talem & tantam ut dicit canon.5.q.3.c.scitote.nam multæ prouintiæ diffusæ sunt, & mora in electionibus periculosa est, ut infrà eodem titul. capitul. cum inter. & infrà eodem titul. capitul. ne pro defectu, hic ergo intelligo prouinciam illam, quę per se prouincia appellatur, ut Lombardiam, Tusciã, Campaniã, inspecta magis nuncupatione uulgari, quàm iuris interpretatione, sicut de dictis dici-

mus, ut not.s̃.de rescrip.c.nonnulli. ¶ Et est sciendum, quòd post consensus adhibitos in scrutinio, mox fieri debet publicatio in communi, & post publicationẽ & collationem electio, ut.j̃.eod.d.c.quia propter.&.c.cum post, ueruntamen non omne quod differẽdi causa fit, moræ annumeratur, ut.ff.de usu.l.sciendum. ¶ Itẽ nõ debemus præcipitare concilia nostra, imò tempore indigemus ut aliquid ma-
11 turius agamus.nt.l.dis.c.ponderet, † unde mox intelligo fieri si non diuertatur ad alios actus, ut.ff.ad.l.Iulian.de adul.l. quod ait.ff.de testa.l.hæredes palam, in fine.ff.ad tertul.l.2.§.consestim; ita tamẽ, ut nec moratoria cunctatione, nec præcipiti festinatione tã publicatio, quàm collatio, & electio fiant, ut.ff.de admini.tut. l.tutor qui repertorium.§.j.in fine.ff.ad
12 leg.falcid.l.j.§.nõ solum. ¶ † Quid ergo si post publicationem cum appareat plures in scrutinio nominatos, & discordiæ ianua sit aperta, diuertant aliqui ad angulum ecclesiæ cum aliquibus conferentes & quærentes quomodo ad electionẽ uniformiter & concorditer ueniatur; uel illi de parte maiori moneant illos, qui sũt de parte minori, ut à sua nominatione desistant, & illum eligant in quem maior & sanior pars capituli consentit, ut forte missa celebretur ad honorem spiritussancti, ut pax & concordia inspiretur, nunquid ex hoc uitiosa erit electio? Sed absit ut uirtutes in uitia conuertamus. ut. decimaprima quæstion. terza capitu. Væ qui dicitis. Sicut nec econuerso uitia non sunt conuertenda in uirtutes ut.40. distin.c.sepe: & ideò circa hoc lex cautè procedit, quæ dicit, tunc uitiari id quod in contextu fieri debet, cum actus cõtrarius intercedit.ut.ff.de duobus reis.l.duos.§.ultimo.ut tunc actum contrarium intelligamus omnem actum impertinentẽ.
13 ¶ Et notabis † quod circa electionem Summi Pontificis non habet locum hæc forma, de qua superius dictum est, sed illa quæ habetur.j.eod.c.licet. Is enim in uniuersali ecclesia Romanus Pontifex habeatur, qui à duabus partibus cardinalium electus fuerit & receptus, ut ibi dicit duas partes, quidem intelligunt cõputato

putato

putato electo, ut infrà eod.titu.c.cum in iure, Alij autem asserunt quòd illud tã-
14 tum in compromisso obtineat. ¶ † In scrutinio duę partes esse debent eligentes, ut dicit d.c.licet, non computato electo: Sed certè etiam idem uidetur in electione decurionum.ut.ff.decret.ab or.fa. l.3.ff.quod cuiusque uniu.l.nulli.&.ff.de decur.l.nominationes. Sed si uerè inspicias illas leges, non debes dicere quòd duæ partes eligere debeant decurioné, sed adesse. Veruntamen cardinales, quando uolunt, renunciant illi constitutioni, & agunt ut præualeat electio quæ à pluribus fuerit celebrata. ¶ Item sciẽ-
15 dum est quòd † electiones episcoporum maximè in ecclesijs cathedralibus sunt celebrandæ si fieri potest, ut infrà eod.c.quod sicut.&.c.cum terra.ar.infrà de appellat.c.qua frõte, alioquin nedum extra ecclesiam imò extra ciuitatem fieri possunt.ut.23.distin.c.in nomine domini.
16 &.64.distin.c.quanto. ¶ † Item sciẽdũ est quòd secunda electio facta, prima nõ cassata, non ualet, scilicet ut cum dubiũ sit de effectu prioris, ut infrà.eod.c.considerauimus &.c.auditis. Cæterùm si sit liquidum & euidenter apparens, primã ipso iure nullam, utpote de manifestè ineligibili, ut.j.eod.titu.c.uenerabilem. &.c.Vinconiensis. ¶ Item cum à suspenso, & de suspensis, ab excommunicatis, uel de excommunicato electio celebratur. ut.s.de consuetud.c.cum dilectus.j. de appellat.c.constitutis. Tunc prima nõ præstat impedimentum secundæ, & hæc locum habent cum duæ electiones fiunt non continuè nec in concursu; sed una prius, & ex interuallo alia. Cæterùm si fiant quasi in contextu uel concursu una post aliam, non habet locum hæc exceptio ex prima contra secundam, quia secunda celebrata sit prima, non cassata; sed habet locum consideratio cõparationis numeri ad numerũ, & auctoritatis ad auctoritaté, & zeli ad zelũ; ut illa q̃ his collatis inuenta fuerit à maiori parte capituli celebrata, alteri præferatur.j.eod. titu.c.dudum.&.c.in genesi. ¶ Item sciẽ-
17 dum est, quòd † electores ab electione resilire non possunt electo consentiente uel consentire uolente, ut.j.eod.tit.c.cũ inter canonicos. Sicut & aliàs hærede deliberante & inuentarium conscribente, nulla erit licentia creditoribus, uel legatarijs, seu fideicommissarijs eum inquietare uel ad iudicium uocare, uel res hereditarias uendicare.ut.C.de iure deli.l. ultim.§.donec. ¶ Item cũ à diuersis partibus electio celebratur, aliquando numerus unius partis præfertur auctoritati alterius partis, aliquando auctoritas numero, ut.j.eod.titu.c.dudum.ff.de pac. l.maiorem.C.qui bon.cede.poss.l.ultim. Aliquando excessus numeri ex una parte, cum auctoritate partis alterius præeminente comparatur. ut.19.distin.ca.in canonicis; in quo dicendum est quòd si multum excedat, præfertur auctoritati. ut.j.eod.c.dudum.& de appellat.c.constitutis; si autem modicum excedat succumbit numerus, & prefertur auctoritas. ut.j.de testibus.c.in nostra præsentia. In quot autem numerus excedere debeat ut præferatur, uel ut succumbat, uel ut æquiparetur auctoritati, non inuenio determinatum in iure; & ideò relinquo arbitrio iudicantis. ut.ff.de iure deli.l.pri. ff.de testibus.le.scio quæsitum. ¶ Item
18 † notandum est, quòd in electionibus cum quæritur, An digna sit persona quæ eligitur, an indigna, tempus electionis inspicitur, ut infrà eodem titul.cap. dudum il primo.& infrà de ætat.& quali. c.cum bonæ & infrà de cleric.excõ. cap. postulastis: nec obstat infrà eod.c.Auditis, ubi inspecto posteriori tempore electio conualescit; nam illud locum habet cùm electioni hoc solum deest, scilicet, consensus uel contemptus aliquorum; quo casu illorum accedente consensu, non inspecto tempore electionis, sed consensus postmodum accedentis, electio manet ualida, sublata exceptione de contemptu.ut suprà de postulatio. c.bonæ mem.il.2.§.fin.infrà eod.titul.c. quòd sicut.§.si autem.in extrem. uerb.
19 ¶ Sed quæritur † quid si absentes qui uocati debuerunt uocati non ueniant, nunquid expectandi sunt donec ueniant, si uocati responderint se uenturos? uidetur quòd expectari debent usque

usque propè finem trium mensium.ar.j. de offi.delega. c.consuluit.C.de iudi.l.properandum.2.q.6.c.ei qui.§.appellatore.j. de appella.c.oblatæ.ff.de uer.obliga.l.insulam. Sed certè cum mora in electionibus sit damnosa, ut.j.eod.tit.c.cum inter uniuersas.j.ut lite non cont.c.qm frequéter, durum est canonicos sic arctari ut d.c. consuluit.&.ff.si quis cautio.l.2.in fi.unde puto q̃ si uocati nõ ueniant infrà competentem terminum eis à uocantibus præfinitum, ulterius expectandi non sunt.j.
20 eod.tit.c.cum inter.&.c.cum nobis olim.
¶ † Facta electione fieri debet decretũ continens formam, seriem, & processum electionis, nomina eligentiũ, & electi, & subscriptiones eligentium singulares, & debet hoc cõscribi manu publica, uel priuata quæ sufficit propter subscriptiones. ut.C.qui potio.in pigno.habe.l. scripturas, uel sigillo, uel sigillis autẽticis sigillatũ.ut.j.de fi.instr.c.si autenticam scripturam.hoc aũt decretũ etsi fieri debeat.ut. infrà eod.tit.c.innotuit.61.dist.c.episcopus, non tamen est de substantia.ut.30. q.5.c.nostrates.C.de probatio.l.Cũ res.
¶ Itẽ post electionem & ante confirmationem si crimen obijciatur electo in modum exceptionis, nõ est necessarium opponentem ad extraordinariã penã astringi, ut.j.de accu.c.super his.secus si post.
21 † Et est ratio quia ante confirmationem spirituale coniugium est inchoatum, non tamen est ratũ.ut.j.de translat.c. licet; nam ante confirmationẽ non habet electus iurisdictionem, postea sic ut inf.eo. tit.c.nosti.&.c.transmissam. ¶ Item ante confirmationem metropolitani sui iudicio cedit secundùm quosdam.ut infrà de transla.præla.c.inter corporalia, postea secus; & si crimen obiectum ante cõfirmationem probatum fuerit, repellitur electus ab obtinendo: si post confirmationẽ, & ante consecrationem, etsi electus confirmatus repellatur ab obtento idest, ab electione & administratione ac alijs quæ per confirmationem quæsiuit & ab obtinendo, idest, à consecratione; tamen beneficia prius habita non amittit.ut inf.de accus.c.super his, & ob hoc ante consecrationem uel ante tempus de consecrandis episcopis non conferuntur.ut inf.eod. tit.
22 c.cum in cunctis. ¶ Confirmatio † prælati infrà episcopatũ ad episcopũ spectat. ut.15.q.ult.c.nullus.nisi aliquis non inueniatur exemptus. ut.3.de consuetu di.c.
23 cum uenerabilis. † Episcoporũ confirmatio spectat ad Metropoli.ut inf.eod.tit.c. cũ inter canonicos.inf.de transla.præla. c.inter corporalia.64.dist.cap.j.& ult.nisi aliqui subsint immediatè Romanæ eccle-
24 siæ ut inf.eod.tit.c.nihil.in fi. † Archiepiscoporum ad primates, uel Patriarchas q̃ in hoc & in quibusdam alijs parem morẽ & similia priuilegia habent cum Romana ecclesia.ut.65.dist.c. mos antiquus.&.c. qm̃ inf.de priuil.c.antiqua.in Auth.de ec-
25 clesiasti.ti.in princ. † Patriarcharũ ad Pa-
26 pam, ut inf.eod.tit.c.scriptum † Papæ aũt consecratio ad episcopum hostiensem, q̃
27 in hoc uicem metropolitani obtinet.† Et est sciendum quod is, ad quem spectat cõfirmatio, spectat & electionis, & electi examinatio. Ita enim confirmari debet electus si nihil est, quod ipsum impediat inf. eo.tit.c.postquàm.alibi dicitur, si non inueniatur in eo quæ in heptateucho continetur.ut.7.q.1.c.qualiter, ad fin. Vnde
28 triplex est scrutiniũ.† Vnum quod habetur ante electionem, de quo supradictum est. Aliud quod habetur ante confirmationem, ut inf. eo.tit.c.uenerabilem. Tertium quod habetur ante ordinationem. ut.23.dist.c.manus 28.dist.c.de Siracusanæ.23.dist.c.qui episcopus & 24.dist.c.qñ
29 episcopus. ¶ Per confirmationem † acqrit electus ea quæ ad administrationẽ & iurisdictionem pertinent ut inf. eod.titu. c.nosti.&.c.transmissam pr.resp.Saluo eo quod dicitur de prælatis ualde remotis & ultra Italiam constitutis, qui si in cõcordia eligãtur & fuerint Romanæ ecclesiæ subiecti, immediatè possunt in spiritualibus & temporalibus ministrare; ut tamen de rebus ecclesiasticis nihil penitus alienent, ut inf.eod.tit.c.nihil.§.cæterum ad
30 fi.& c.quod sicut. ¶ † Sed quæritur an rẽ ecclesiæ in iudicium deducere possit? & uidetur quod non, quia in iudicio quasi contrahitur, ut.ff.de pecu.l.licet.§.idem scribit: Et absurdum est ei, cui alienatio interdicitur, permitti actiones exercere ut.ff.

ut.ff.de iure delibe.l.ait prætor. Sed lex illa loquitur in pupillo deliberante, cui neutrum permittitur, nec alienare, nec actiones exercere, nec in aliquo diminuere res hæreditarias sine permissu prætoris; secus in electo confirmato, cui generaliter conceditur administratio temporalium & spiritualium rerum, qui potest in iudicio agere & defendere. Item acquiritur per confirmationem, quia sine metu calumniæ non pot crimen opponi cōfirmato: ut.j.de accu.c.super his. ¶ Ab
31 electione † autem electores resilire non possunt, sicut nec postulantes à postulatione præsentata: ut.s̄.de postu.c.bonæ me. il.2. in uer.si enim. Nā electus habet ius petendi confirmationem, imò publicato scrutinio uariare nequeunt electores, sed ad eligendū cogēdi sunt per superiorem, ut.j.eo.tit.c.publicato.& arg.ad idem infrà de iure patron.c.nullus.9.q.3.c.nunc uerò.8.q.3.c.Artaldus. sed hoc intelligo cum oēs in unum consentiunt, sed cū uota capituli diuiduntur, & consentiunt in diuersos, adhuc dico quòd illi, qui sunt ex parte maiori & saniori, resilire non possunt. Alij q̄ sunt ex parte altera possunt, imò debent; nā is eligendus est in quem maior &c. ueruntamen non intelliguntur uariare, hoc enim faciunt iuris auctoritate ut.ff.de colla.bono.l.nonnūquam.ff.de inoffi.testam.l.Pomponius.§. sed nec impuberis.ff.quorū lega.l.j.§.qa autem. Vel intellige hanc decreta.Publicato. quòd illi, qui in scrutinio consenserunt, non possunt uariare & à suis consensibus resilire post scrutinium publicatum ante collationem & electionē; quia secundùm consensus in scrutinio adhibitos, in scriptis redactos, & publicatos, facienda est collatio & electio nullius nar-
32 ratione admissa. ¶ † Sed facta publicatione ac collatione, cùm iam appareat quis sit eligendus, is scilicet in quem maior & sanior pars capituli consensit, illi qui sunt de minori parte, resilire possūt, & uariare, & adhærere illis, qui sunt in parte maiori, & unà cum illis eligere: ut no.s̄.eo.§. Ad electionē autem per scruti-
33 nium hoc ordine peruenitur. ¶ † Sed qd si publicato scrutinio appareat q̄ maior pars decepta est, eo q̄ consensit ignoranter in hominē minus dignum, numquid illi qui sunt i parte maiori, cū de iure suo diffidat, possint à suis consensibus resilire? uidetur quòd sic ut.s̄.de postula.c.bonæ memoriæ ii.2. Sed tamen secus est. Nā in hoc casu puto minorē partem saniorē esse, & ideò illum eligendum, qui fuerit à parte minori in scrutinio nominatus.
34 † Sed quid si oēs in uno scrutinio consentiant, & publicatione facta illū omninò ineptum inueniant? puto ad nouum scrutiniū posse redire: Sed si iam electio sit facta, uel postulatio præsentata fuit superiori, secus, ut in d.c.bonæ memoriæ & infrà de elec.c.bonæ.&.ca.innotuit: nec turberis ex eo quod dicitur in decre. Publicato. quòd consentientes in scrutinio cogendi sunt per superiorem eligere: nā hoc intelligo si idoneus sit is in quem cōsensum est, ut infrà eo.c.causam.ff.de mu. & ho.l.ut gradatim.in fine primi responsi. Sed hoc totū sine captione intelligas, cùm uitium, quod detegitur, est in aperto; tunc enim pœnitere licet.ut.ff.de interroga. actio.l.de ætate.§.Celsus.nā qui optauit acetum pro uino, pōt iterū optare uinum ut.ff.de ope.le.l.2.argumen.ff. de pignor.acti.l.eleganter.§.qui reprobis. & qui iurat aliter quàm ei defertur, iterū iurare debet ut.ff.de iureiur.l.qui per saltum. & qui male pronunciat, iterum iudicat.ut.C.de accus.l.4.ff.de arbit.l.quid tamen.j.Respon.& ar.infrà de accusat.c.qualiter. Sed in his qui iam elegerunt, uel postulauerunt, & postulationem superiori præsentauerūt aliud obseruatur, ut superius dictum est & meritò, uidetur enim officio eorum functi, benè uel malè ut.j.de offic.delega.c.in literis.ff.de iudi.
35 l.iudex.&.l.quod iussit. ¶ Et nota † q̄ si de aliquo facta fuerit postulatio. & non admissa, iterum in ecclesia eadem, & eadē ordinatione postulari non debet, ut.s̄.de postula.c.gratum. Et idem dico cum alicuius electio cassata fuerit uitio electionis.ut.j.eod.tit. c.considerauimus secundùm unam lecturam illius decret.præter istam ordinationem quæ facienda est in uacatione illa. Nam in alia uacatione potest idem in eadem ecclesia iterū eligi, ut

infrà eodem c. super eo. Vbi autem uitio personæ reprobatur electio, nec in uacatione illa, nec in illa ecclesia, nec in alia eligi potest. ¶ Sed obiicitur, cùm electiones cōsueuerunt cassari per modum exceptionis, ut. j. de accus. c. super his, mirū est quō exceptio tātā efficaciam habeat, cōtra id quod legitur. j. de ord. cog. c. cū dilectus infrà de excep. c. denique. §. ult. ff. de his qui not. infam. l. lucius. Ad quod Respondeo, in nullo uacillare debet opinio promouēdi ut 33. dist. c. laici. eius autem cōditio, cuius per modū exceptionis cassata fuit electio, grauata uidetur, sicut illius qui per exceptionē repellitur a testimonio. ut infrà de testi. c. testimoniū; & ideo huiusmodi promotio & in illa ecclesia, in qua uitio personæ reprobata fuit eius electio, & in alia impeditur, nam infamia facti onerat aliquos apud bonos & graues ut. ff. de obsequi l. honori, & a dignitate repellit. ut C. de dig. l. 2. Sed cū alicuius electio cassatur uitio electionis, tunc quia uitiū est in materia, non imputatur electo. ut. ff. ad l. Aquil. l. si seruus. §. si calicē. ff. de loca. & conduc. l. Itē quæritur. §. si gemma. unde in cassatū non committatur infamia. ut. ff. de re mili. l. qui cū uno. §. non omnis. &. §. exauthoratus. ff. de his qui nota. infamia. l. 2. §. ignominiæ.

¶ Nunc uidendū est de pęna malè eligentium. 36 † Et est sciendum q̄ si scienter eligant indignum, ab ecclesiasticis beneficiis triennio sunt suspēsi, & priuati tunc. id est, ea uacatione, uel tunc id est prima uice, uel electione, quæ occurrit faciēda potestate eligendi. ut j. eod. titu. c. cum in cunctis. §. clericū: ita ut si oēs deliquerint transferatur potestas eligēdi ad superiorem ut, infrà eod. tit. c. bonæ memoriæ. il j. §. nos igitur. &. c. innotuit. Si autem non oēs deliquerint, sed aliqui de capitulo, tunc potestas deuoluit ad alios, qui non deliquerunt, ut infrà eod. tit. c. cum Vincon. Et si illi ad quos deuoluit eligant, & eodem modo deliquerint, ut primi, potestas redit ad primos, non ad superiorem; sic intelligere uoluerunt quidam decre. illam, cum Vincon. dicentes tunc demū deuolui ad superiorem ius eligendi, uel prouidendi, cum omnes pariter, id est, simul deliquerint; colligentes hoc ex illo uerbo quod ponitur in d. decreta. bonę memorię ad fi. ubi dicitur, si electores pariter deliquissent, ad nos deuoluta fuisset ordinatio ecclesię Maguntinen. Sed ego aliter intelligo decre. illam, cū Vincon. sicut etiam glosaui. Et quod dicitur in illa decret. bonæ, pariter, non intelligo concursum in tempore delinquentiū, sed delicti similitudinē exposcere; ut sit sensus; si primi electores deliquerint, & secundi deliquerint paritate delicti, nō temporis, deuoluta est ordinatio &c. Absurdum enim esset dicere q̄ nunquam ius eligendi a capitulo exeat nisi canonici diuisi deliquerint, & q̄ uitiū delinquentium quasi purgetur ex delicto aliorum, ut ad primos ius redeat eligendi; illi tamen ad hoc respondebant quod iste regressus & circulus locum habet usque ad tres menses, qui dantur ad eligendum; ut. l. disti. c. postquam. 63. dist. c. obeuntibus. & quod dixi deuolui ius prouidendi ad superiorem canonicis eligentibus scienter indignum, locum habet cum canonici eligunt contra formas; hoc saluo quod in primo casu delinquentes priuati sunt ipso iure, in secundo priuandi per sententiā, ut patet hæc differentia ex illis decreta. j. eod. tit. c. cum in cunctis. &. c. quia propter; & nota q̄ cum in primo casu eligentes sint à beneficijs suis per triennium suspensi, durante suspensione alia beneficia acquirere non possunt, ut infrà eod. tit. c. per inquisitionem, infrà 37 de ætate & qualitate. c. cū bonæ. † Et est sciendum quod ab electo confirmato & consecrato exigitur sacramentum fidelitatis ut. j. eo. tit. c. significasti. secundùm formam, quā habes infr. de iureiu. c. Ego N. & idem si metropolitanus fuerit, Et ei conceditur pallium ad usum & nomen: ut. s. de postul. c. bonæ memoriæ. il. 2. in fi. in quo plenitudo Pontificalis officij cōfertur. ut. j. de usu pallij. c. nisi, scilicet in quinque, in uocatione concilij, crismatis confectione, dedicatione basilicarū, ordinatione clericorum, & episcoporum consecratione. ut infrà eod. titul. c. quod sicut. §. præterea.

SVMMARIVM.

1 *Translatio quid sit.*
2 *Transferri qui possint, & qui transferendi potestatem habeant, & nu. 3. & 4.*
3 *Episcoporum translatio ad solum Papam spectat.*
4 *Praelatus an inuitus cogi possit transire ad dignitatem maiorem.*
5 *Causae transferendi quae sint.*
6 *Translatum non sequuntur honores reales.*

¶ DE TRANSLATIONE Praelatorum. Rubri.

DICTVM est suprà de quibusdam modis, per quos prouidetur ecclesijs de praelatis; sed quia plerunque prouidetur, transferendo praelatos de ecclesijs ad ecclesias. Idcirco subijcitur hic rubrica de translatione praelatorum. Vel aliter continuabis. Dictû est suprà de postulatione, sed quia plerunque postulantur praelati alijs ecclesijs alligati. ut. s. de postu. c. bonae memoriae. il. j. & il. 2. & c. etsi unanimiter. quos transferri oportet, ideò hic de transla. tractatur. ¶ Videamus igitur quid sit trâslatio: Qui possint transferri: Ad quem pertinet potestas transferendi: & quae sit causa trâsfe-
1 rendi. ¶ Translatio † est de sede ad sedé commutatio, unde quod hic appellatur translatio alibi appellatur mutatio. ut. 7.
2 q. 1. c. mutationes. † Potest transferri aliquis de minori ad maiorem ecclesiâ; qui enim prouehitur, de minori ad maius prouehitur. 93. dist. c. legimus. in. ff. ff. de mu. & ho. l. ut gradatim; & maximè obtinet cum agitur de translatione episcoporum: cum enim episcopi transferri non possint de sedibus ad sedes, nisi per dispensationem. ut. not. s. de postulatio. facilius dispésatur, ut de minori quis transeat ad maiorem, quàm de pari ad parem, uel de maiori ad minoré. ut. j. eod. tit. c. j. & c. licet. Est igitur hoc secundùm ordinem, ut habens minorem dignitatem transferatur ad maiorem. ut. j. eod. c. j. & 7. q. j. c. muta-
3 tiones. Pertinet † autem translatio episcoporum ad Papam solum. ut. j. eo. tit. c. ff. & 7. q. 1. d. c. mutationes. & j. eo. tit. c. inter corporalia. Aliorû aût praelatorû inferiorum ab episcopis translationes fieri debent auctoritate episcoporum. ut 7. q. j. c. episcopus de loco, nisi praelatus is, qui transferendus est, subsit Romanae ecclesiae immediatè. ut. s. de consue. c. cum uenerabilis. ¶ Item requiritur consensus capitulorum, seu clericorum, a quibus sunt aliqui transferendi; est enim quędâ alienatio, & ideò consensus clericorum est requirendus. ut. 1 o. q. 2. c. ea enim. §. hoc ius porrectû. 12. q. 2. ea. sine exceptione. 1 o. q. 2. in c. ult. nam maior est alienatio personarum quàm rerû, quia personę preciosiores sunt rebus. ut 1 2. q. j. c. praecipimus in pn, & prius quaerenda est persona quàm iuris ratio. ut. ff. de iure. codic. l. quidâ referunt, & hominum gratia res natura comparauit. ut instit. de re. di. §. in pecudû: & qđ dico requirendum consensum clericorû, locum habet in his plátis, qui subsunt episcopis immediatè ar. 71. dist. c. clericos. infrà de renû. c. admonet, sed si alijs praelatis medijs subsint ut abbatibus seu praepositis, eorû êt côsensus est requirendus. ut. 5 8. dis. c. j. & 9. q. 3. c. côquestus. 5 4. dist. ca. j. sed si ad aliû episcopatû clericus uocatus sit, tûc siue habeat mediû praelatû, siue nô, consensus episcopi est requirédus. ut. 61. dist. p totû. 85. dist. c. Archiepiscopû
4 ¶ † Sed quid si prelatus aliquis uocatus ad dignitaté maioré nolit transire, dixerunt quidâ cogi nô posse; quia nemo cogitur crescere inuitus ut. 74. dist. c. gesta: sed si ex causa utilitatis uel necessitatis petatur translatio, puto fore cogendum. ar. 7. quaest. 1. c. omnis qui gemebat. Nec ob. quod dixi quòd nemo crescere inuitus compellitur, quia multa bona conferuntur inuitis. ut. 46. dist. in. c. & qui emendat: & inuitus aliquis liberatur ut. ff. de neg. ge. l. soluédo. ff. de sol. l. solutioné. arg. ad idé. ff. de lib. cau. l. j. & 2. ff. de appel. l. nô tantû. ff. quando appellan. sit. l. 3. §. ultim.
5 ¶ Transferre † autem episcopos & superiores, solius est Papae ut dictum est: nam hoc, & quaedam alia soli Papae competunt, quae his uerbibus notantur. ¶ Restituit Papa, solus deponit & ipse, Diuidit ac unit, eximit atque probat. Articu-

los soluit, synodumque facit generalem,
Transfert & mutat, non prouocat ullus
ab illo. ut hæc singula probãtur per iura.
2.q.6.c. Ideò.3.q.6.c. quamuis.&.c.dudũ.
16.q.1.c. præcipimus.c.& temporis. &.c.
frater noster.17.dist.c.regula.24.q.pri.c.
quoties.17.dist.c.1.2.& 3.7.q.1.c.tempo
ris qualitas c.mutationes.9.quæst. 3.c. cũ
6 cta. ¶ Translationum † causæ duæ sunt,
utilitas, & necessitas ut.7.quæstio.1.c.Oĩs
qui gemebat &.c.episcopus de loco: qui
enim ex altera istarum causarũ transfer-
tur, non transit, sed transfertur.ut 7.q.1.
c.mutationes; non mutat sed mutatur. ut
7.q.1.c.scias. ¶ Tres aũt sunt causæ tran-
situs, leuitatis, cupiditatis, & humilita-
tis. Cùm quis utilitatis causa transfertur
omninò eximitur & liberatur à prima ut.
ĩ de postu.c.bonæ memoriæ.il.2.in fi.Vt
nihil commune habeat cum priori.ut.21.
q.2.c.Si quis iam translatus, quod intel-
ligo cùm translatus est cum effectu,ita ut
possessioné illius habeat ad quam trãsfer
tur ut.ĩ.titulo prox.c.cũ in cunctis, Alio-
quin secus.ut 92.dist.c.si quis episcopus
ordinatus.&.c.si quis episcopus.&.c.si qui
episcopi.sic & ex eo tpe incipit quis pos-
se testari iure militari, cùm in numerum
militum est receptus, nõ cùm electus est
in tyronem ut.ff.de mili.testa.l.Ex eo tẽ-
pore; uel quod uerius puto, cùm episco-
pus absoluitur à uinculo quo priori ec-
clesiæ tenebatur,data sibi licẽtia ad alte-
ram transeundi, antequam ad secundam
transeat: uel si non admittatur ad secun-
dam, adhuc dico nihil commune habeat
cũ priori, à qua exemptus est: est tamen
episcopus nullũ possidẽs episcopatũ ut.ff.
de bon.poss.ex testa.mili.l.unica.in fi.ue-
runtamen quamuis possessionem ecclesiæ
non habeat ad quàm transfertur, domi-
nium tamẽ uel ius in ea quæsiuit.ut.ff.de
acqu.pos.l.cum hæredes. ¶ Cùm causa
necessitatis quis transfertur, idẽ est quod
suprà: aliquando enim ex causa necessita
tis fit translatio, ut cum prælatus in sua
ecclesia persecutioné patitur & hostilita
tem: Sed & tunc dici pòt causa utilitatis
transferri, cum in sua ecclesia infructuo-
sus existat, & ob hoc istæ duæ causæ ple-
runque coniunguntur, ut.7.q.1.c.scias.ĩ.
tit.proxi.c.in causis. Si uerò necessitatis
causa non transferatur sed trãseat,tunc
cessante necessitate quasi iure postlimi-
nij redit ad suam ecclesiam ut 7.q.1.c.pa
storalis. ¶ Transit quis de ecclesia ad ec-
clesiã causa leuitatis, in quo casu dixit
Hugolinus,quòd si alteri ecclesiæ adhæ-
reat sine monitione pòt priuari prima,ni
si prima uoluerit eum repetere. Si autem
adhæserit alteri: aut habet ecclesiã ꝓ de
relicto, aut non. Si habet, puta quia con-
trahit matrimonium uel fit miles, tunc si
ne monitione priuatur, & idem dixit in
alijs casibus, ut cum quis defuerit ab ec-
clesia per tres septimanas, uel duos mẽ-
ses sine iusta causa, & absque licentia sui
episcopi in studio, uel peregrinatione: In
his omnibus dixit posse priuari sine moni
tione; quasi in his omnibus ecclesia ꝓ de
relicto habeatur; honestum tantũ esse di-
cebat, ut admoneantur: ut 7.qu.1.c.si quis
in clero.&.c.si quis præsbyter.ĩ.de cler.
non resi.c.inter quatuor. Verius puto ꝙ
in his casibus & consimilibus admonen-
dus sit absens; ut infrà de appella.c.perue
nit.infrà de senté.excom.c.in audientia.
infrà de cleri.non resi.c.Ex parte.& ar.7.
q.1.c.peruenit.infrà de cle.non resi.c.ex
tuæ. nec enim facile præsumendum est
aliquem habere ecclesiã pro derelicto,
forte multis laboribus acquisitam ut.ĩ.
de renun.c.super hoc.nec ex sola absen-
tia hoc præsumitur, cùm possit quis ex iu
sta causa abesse. ut infrà.ut lite non con-
testa.c.quoniam frequenter.Sed si requi-
situs non inueniatur tunc procedatur se-
cundùm illam decre.ĩ.de cle.non resi.c.
ex tuæ. Vbi uerò certum esset ecclesiã nõ
habere pro derelicto, ut cùm quis ex su-
perioris licẽtia se absentat, et si ultra mo
retur quàm superiori placeat, admonen
dus est,& non sine causa remouendus.ut.
7.q.1.c.præsentium ¶ Item transit quis
causa cupiditatis siuè ambitionis, & tunc
priuandus est habita & ambita.ut.7.q.1.
c. Si quis episcopus.&.c.Eos ĩ.eo.tit.c.quã
to, in fi.sed ecclesia potest eũ repetere si
uult.ut 7.q.1.c.nõ oportet.Sed in hoc op-
ponitur. Nonne hodie perdit primam re
cipiendo secundam? ut infrà de præben.
c.de multa. Respondeo, perdit, sed nõ ꝑ-
ditur.

ditur: unde si ecclesia prima uelit repetere suum prælatū, si sine resignatione prioris ecclesiæ & sine superioris licentia trāsiuit ad aliam, bene potest; est tamen præsumptio canonis, quòd eo ipso quis trāsit ad maiorē, uideatur ambitionis causa transire, ut 7.q.1.c.si quis episcopus, nullus enim transit de maiori ad minorē.ut infrà de cler.non resi.c.j. ¶ Itē transit aliquis cā humilitatis, cum quis relicta sua ecclesia religionem ingreditur. Nā licèt in priuatis personis sufficiat licentia petita, etsi non obtenta. ut.j.de regu.c.licet, eo quod qui spiritu dei ducitur, nō est sub lege.19.dist.c.duæ; in episcopis tamen secus est, ut dicam infrà de renun. Ceteri uerò prælati inferiores episcopis etsi licē tiam petere debeant, possunt tamen ea nōn petita intrare. Præter hanc causam scilicet religionis, si quis uelit ecclesiam deserere, resignet in manu prælati, ut inf. de renun.c.admonet. uel in manu Papæ si ei subest immediatè, ut.j.eo.c.ul. Alioquin ecclesia potest eū repetere si uult. ut. 7.q.1.c.non oportet, uel ipse superior. ut. 7.q.1.c.Si qui uerò.&.c.si quis presbyter. ipso aūt repetere ecclesiam non ualet. ut. 7.q.1.c.eos. nam etsi inutilis sit renunciatio, habet tamen in se tacitum pactū ne petat, sicut & inutilis acceptatio. ut.C.de pactis.l.si unus.§.pe.ff.de accep.l.an inutilis, & hoc uerum est in prælaturis iam quæsitis, secus in acquirendis, ut infrà de his quæ fiunt à maio.par.cap.c.Ex ore, tunc si ex conscientia criminis dimissā prælatura ad uitam monachalem descendit, ad prelaturā secularem resurgere de iure non pōt. Alioquin secus. ut 7.q.1.c.hoc nequaquam. infrà de renun.c.post traslationem.ad princ. ¶ Vnum aūt in summa

6 † notabis, quod honores reales non sequuntur translatum: ut si primò fuerit palliatus & transferatur ad aliam ecclesiā, quę dignitatē pallij habeat, oportet translatum iterum palliari suprà de postu.c.bonæ memoriæ il. 2.in fi. quia licet pallium uideatur personale adeò ut cum persona sepeliatur. ut.j.de usu pallij.c.ad hæc. tamen gratia & cōtemplatione loci datur, & ideò reale censetur, unde persona cui conceditur non utitur eo ultra locum.ut infrà de usu pallij, c.ex tuarum, & si palliatus loco renunciet, non retinet usum pallij, ut infrà de renun.c.ad supplicationem.§.cui concessimus, & succedens palliato non utitur eo, nisi pallium ei concedatur. Sed iniuria fieret ei si palliū nō concedatur eidem arg.ad hoc.ff.de aqua quoti.& æsti.l. j.§.pe.

SVMMARIVM.

1 *Pallium quid sit.*

2 *Pallium cui, & sub quā forma uerborum cōcedatur. & nu.4.*

3 *Vtilitas per dignitatem augeri debet.*

4 *Pallio quibus in locis, & temporibus utendum sit.*

5 *Proconsul ubique proconsularijs insignijs utitur, & uoluntariam iurisdictionē exercet. Item & legatus de latere Papæ.*

6 *Mitram & annulum pastoralem ubique defert quilibet metropolitanus.*

¶ DE VSV PALLII. Rub.

DICTVM est suprà de postulatione, de electis, & de translatione. Sed quia per hos modos assumptos uti pallio decet, si ecclesijs ad quas assumūtur, dignitas pallij debeatur, ideò post illos tractatus ponit rub.de usu pallij. ¶ Videamus ergò, Quid sit pallium: Cui concedi debeat, & A quo. Item quibus locis & temporibus utendum sit pallio. ¶ Pallium † est insigne ornamentum

1 archiepiscopi, & episcopi, sumptū de corpore Beati Petri, ut suprà de electio.c.significasti. In pallio autem plenitudo pōtificalis officij confertur, ut.j.eod.tit.c.nisi: unde ante pallij receptionem ecclesia dicitur uiduata. ut.c.dist.c.quoniam, quia sine pallio quædam expediri nō possunt. ut.s.de elec.c.quod sicut.§.pterea. in Papa uerò pallium designat plenitudinē potestatis. ut.j.eod.tit.c.ad honorē. ¶ † Cō-

2 ceditur pallium archiepiscopis, & episcopis aliquibus ex speciali gratia. ut inf. de præsump.c.cum in iuuentute. in prin. Cōcedit pallium summus Pontifex alicui prælato in curia existenti, uel eius nuncio, uel mittit illud per apocrisarios Roma. ecclesi.

ecclesi.ut.s.de electi.c.significasti in prin. c.disti.c.pallium.&.c.scriptorū. Pallium

3 † conceditur fortiter postulanti.ut.c.dis. c.prisca.sicut & literæ dimissoriæ.ut.2.q. 6.c.post appellationem ad prin.sicut & peccatorum remissio.ut de pœniten.dist. 1.c.importuna.¶ Conceditur autem pallium his uerbis. Ad honorem Dei omnipotentis & beatæ Mariæ uirginis,& Beatorum Apostolorum Petri & Pauli,domini Papæ Gregorij & Roma.eccle.necnon ecclesiæ tibi commissæ tradimus tibi pallium,de corpore Beati Petri sumptum; plenitudinem uidelicet pontificalis officij, ut utaris eo inter ecclesiam tuam certis diebus,qui exprimuntur in priuilegijs ab apostolica sede concessis. Conceditur iuranti,ut.s.de electio.c.significasti.c.dis. c.optatum.cum augmento honoris pallij crescere debet cura pastoralis sollicitudinis,ut cultui uestium actionum ornamenta conueniant.ut. c. distinctione c.rationis

4 † Augeri enim debet utilitas per dignitatem.ff.de iudi.l.si longius.in fi.ff.de donatio.l.filiusfamil.ff.de usu.& ha.l.plenum.ff.de deleg.j.l.si seruus plurium.ff. de iudi.l.sed & si susceperit.§.j.& argum. infrà de offi.dele.c.sanè.24.q.j.c.qui contra pacem.2.q.8.c.quisquis. Sed heu decorari pallio uolumus, forsam moribus indecori.ut.c.distinct.contra morem. prope fi.

5 ¶ Summus Pontifex † utitur pallio semper & ubique. Alij autem prælati nec semper nec ubique, quia Ille in plenitudine potestatis, illi in partem sollicitudinis sunt assumpti;ut.j.eo.tit.c.ad honorem. Vnde illi in sua ecclesia.j.in qualibet ecclesia suæ prouinciæ si sit metropolitanus,uel suæ diœc.si sit episcopus utuntur pallio & certis diebus qui in priuilegio suæ ecclesiæ continentur.ut.j.eo.c.j. &.c.ad honorem &.c.ulti. Aliquando ex speciali concessione licet alicui extra suā prouinciā uel diœce. uti pallio pro missarum solennitatibus, pro cōsecrandis suffraganeis, & clericis ordinandis, dummodo fiat de permissione illius, in cuius diœce.celebrātur.ut.j.eod.titu.c.ex tuarū.& c.cum sis. Sed licet ita sit de iure communi,quòd quis uti non potest pallio nisi in sua prouincia uel diœcesi ut dictum est, sicut serica ueste utendum non est nisi in cena.ut.ff.de usufru.l.sed & si quidem.§. sed & si uestimentorum; uidetur tamen quodam argu. legali non esse absonum, si palliati utātur pallijs extra suas diœces.

6 Nam † procōsul suis utitur insignijs ubique post quàm urbem egreditur.ut.ff.de offi.procon.l.j.Sed illud contingit ratione mittentis, mittitur enim a principe,& ideò antequàm perueniat ad prouinciam sibi decretam,utitur insignijs, & exercet ea quæ sunt uoluntariæ iurisdictionis.ut .ff.de offi.procon.l.2.sicut & legatus domini Papæ,q dicitur de latere ipsius.ut.j. de offi.leg.c.q. translationem.&.c.excōmunicatis & infrà de senten.excom.c. ad eminentiam.

7 † Mitram autem & annulū pastoralem defert quilibet metropolitanus ubique in missa priuata , nam & flamines ubique pileū portabant. ut 21. dist. c.cleros.§.sacerdos. in fi.in eis enim non significatur plenitudo officij sicut in pallio. ¶ In summa notandum est q. pallium dandum est cum concessione noui priuilegij & renouatione antiqui.ut.c.disti.c. antepenul. & ultimo.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio quid sit, & quis renunciare possit.*
2 *Renunciari quibus possit.*
3 *Clericus an fori priuilegio renunciare ualeat, & nu.5.*
4 *Clericus a quo ordinem recipit, & iudicium recipere debet.*
6 *Renunciationis effectus qui sint.*
7 *Renunciare non compellitur quis inuitus.*
8 *Remittens dare intelligitur.*
9 *Renunciando beneficio in quo casu quis efficiatur simoniacus.*

¶ DE RENVNCIATIONE. Rub.

QVIA ea quæ postulationibus. electionibus, translationibus acquiruntur, plerunque renunciatione perduntur, ideò post tractatus illos subijcitur rubrica de renunciatione.¶ Videamus ergo, Quid sit renunciatio; Quis posset

possēt renūciare: Cui faciēda sit renunciatio: Quæ possint renūciari: Quis sit effectus renūciationis: Et an ad renūciandū qs cōpellat inuitus. Et an post renunciationē possit renūciantē, pœnitere. ¶ Renūciatio
1 est ppriæ rei uel iuris spōtanea refutatio. ¶ Potest renunciare is ad quē pertinet id quod renunciatur. Generaliter enim qui libet pōt renunciare rei suæ uel proprio iuri, ut probatur infrà per multa iura. & 7.q.j.ca. quàm periculosum.C.de pact.l.si quis in conscribendo infrà de foro cōpet. c.si diligenti.j.de reg.c.ad apostolicā.§. quæstionibus ad fi. Sunt tamen quidam, quibus libera non est resignādi potestas; ut prælati qui ligatas habent alas quibus satagunt uolitare ut liberum non habeat absque superioris permissione uolatū, ut infrà eo.tit.c. literas.&c.nisi.§.final.in fin. quorū causa renunciandi examināda est. ut d.c.nisi. Et est ratio quia prelatura nō datur alicui propter ipsum solū, sed propter alios, nō ut præsit sed ut prosit.ut j.q.j.c.si qui episcopt.§.ecce cum honoris ad fi.8. quest.j.c.qui episcopatū.& quia in p̄latura salus cōmunis agitur & lucrifactio animarum.iuxta quod Apostolus ait de seipso. Cū essem liber ex omnibus oīum me seruum feci, ut plures deo lucrifacerē.ut 28.quæstio.prima.c.iā nunc circa fi. unde dicit se plus cæteris laborasse.ut.j. eo.tit.c.nisi.§.quippe.& 23. q.4.c.quis nos potest. ¶ Renunciare non possunt furiosi & sui incompotens, nisi habeant dilucida interualla, in quibus renunciare ualent. ut 7.q.j.c.quamuis sit triste, & tunc renunciationis causa per superiorē inquiritur.
2 ¶ Renunciatur † his quæ sunt iuris priuati, ut patet per iura superius allega.ut.ff. de ędili.edicto.l.quare.§.si uenditor.j.de priuile.c.si de terra in extr.uerb.& c.acce dentibus ad fi.ff.de pactis.l.pacisci.ff.de minoribus.l.iudex.ff.de ferijs.l.prima.ff. à qui.appell.non lic.l.j. C.de tēpo.appell. l.ultima.in fi.& in multis aliis iuribus q̃ quilibet curiosus per se notare pōt.sed iuri publico, uel introducto in fauorem omniū nō pōt.ut.ff.de pact.l.ius publicū. infrà de senten.excom.c.contingit infrà de foro cōpeten.c.si diligenti.§.j. uel aliter iuri fauorabili tantùm pōt renunciari, iuri uerò fauorabili & odioso, sicut est illud de quo loquitur c.si diligenti.&.c. contingit. non pōt; illud enim ius quod clericis indulgetur de foro & priuilegio illius decre.17.q.4.c.si quis suadente.inductum est in fauorē clericorū, & in odiū laicorum qui oppidò infesti sunt clericis. ut 2.q.7.c.laicos. Et simile aliàs qa auxilio uelleyani renunciatur ut.ff.ad.uell.l. ult.C.quando mu.tu.off.fun.auth.mater: sed Macedoniano non pōt, unde & post sententiā datur ex eo exceptio.ff.ad Macedo.l.tamen. Et est ratio quia Velleyanū est fauorabile tantùm, id est, in fauorē mulierum inductum. Macedonianum est inductum in fauorē filiorūfamiliàs, & in odium creditorum: ut.ff.de cōdıti.indeb. l.qui exceptionē. Vel aliàs non pōt quis renunciare iuri suo, cum ex sua renunciatione etiam iuri alterius præiudiciū ge-
3 neretur, † unde clericus non pōt renunciare foro, quia ex hoc præiudicaretur episcopo. ut.11.q.j.c.clericum.3.q.6.c.nō
4 liceat; à † quo enim clericus ordinē recipit, & iudicium recipere debet.ut.9.q.2. c.nullus primas, forense & penitentiale: ut de pe.dist.6.c.placuit.j.de pæ.& re.c.
5 omnis. ¶ Præterea † si sic clerici fori priuilegio reuūciare posśēt, iā clerici de uno episcopatu possent sibi cōstituere aliū iudicē i alio episcopatu.ut.ff.de iud.l.in eo. modo clericus nō pōt renunciare priuilegio toti collegio indulto clericali.17.q. 4.c.Si quis, suadente. nā etsi actionē iniuriarū remittere posset.ut.23.q.4.c.si illic, iniuriā tamē factā ordini abolere nō pōt; unde eo remittente actionē suam, ei qui manus uiolentas in eū iniecit temerè, excōmunicatio durat: ut.j.de sent.excom.c. cōtingit. Quidā tamen dicunt quod clericus etsi fori priuilegio reunciare non possit expresśè, tacitè tamen potest arg. ff.de procu.l.filiusfami.§.ueterani.C.de iura.calum.l.2.quod nòn puto uerum. Itē renunciare non potest quis per quæ deo & homini obligamur, ut uotis, pollicitationibus, iuramentis, conuentionibus, & promissis, & per hoc matrimonio renū- 8
ciari non potest, quamuis iuri exigendi debitū renunciari possit.ut.j.de conuer.l coniuga.ca.quidam intrauit. Renunciari debet

debet ecclesijs, beneficijs, & præbendis apud eum, à quo hæc recipiuntur:ut inf. eo.tit.c.admonet.18.qu.2.c.abbas ꝑ humiliatione, ut inde fiat curæ priuatio unde datur.in auth. de defenso.ci.§. non habente. Alioquin si quis inconsulto suo episcopo dimittat ecclesiã, quamuis ecclesia absoluatur ab ipso ut.j.eo.tit.c.quod in dubijs. &.7.q.j.c.cos.ut ipse eam repetere non possit, repeti tamen pót ipse ab ipsa ecclesia.ut no.s.in summa de transl. prȩl.§.ult. Et hæc uera sunt, nisi habens ecclesiã transeat ad religionẽ, tunc enim ualet ingressus, nec reuocari potest ab ecclesia uel episcopo, quo inconsulto transiuit, quamuis licẽtiam petere debuisset, ualet tamen ingressus petita & non obtẽta, uel nulla petita: ut.j.de regula.c.licet. 19.q.2.c.duæ. Sed aliud est in episcopatu, quẽ etiã religionis causa deserere nõ licet, & hoc ideò, quia maior fructus inesse creditur curæ pastorali, quàm uitæ cõtemplatiuæ.ut.j.eo.tit.c.nisi.§.ult.qđ intelligo cum ita res geritur, sicut noster iubet Imperator.ut.40.dis.c.ante omnia.

6 ¶ Effectus renunciationis † est ut renuncians repetere non possit qđ semel renunciauit.ut.7.qu.1.quàm periculosum.ff.de ædi.edi.l.quæritur.§.si uenditor.C.de iureiur.l.si quis iusiurandum.23.q.4.c.si illic.ff.de successio.edi.l.j.§.qui semel.17.q.2.c. Gonsaldus.18.q.ultim. c.dudum.21.q.2.c.si quis iam translatus.92.dist.c.si qs episcopus uacans.7.q.1.c.hoc nequaquam ut.j.eo.tit.c.post translationem.C.de cõdit.inser.l.cum quidam.infrà de cau.poss. & proprie.c.pastoralis.in Auth.de testibus.§.quia uerò multi. † Renunciare non

7 compellitur quis inuitus:ut 7.q.j.c.quamuis: debet igitur renunciatio esse uoluntaria non extorta ut.j.q. me.causa.ca.ad audientiam: absolutẽ enim omninò quis renũciare debet rei spirituali:ut.j.de off. deleg.c.ex parte il.2.infrà de simo.ca.ex insinuatione, quia nec dari, uel remitti, uel renunciari debet aliquid spirituale pacto, uel conditione interueniente.ut.j. q.2.c.quàm pio.§.cauete ad fi.† qui enim

8 remittit intelligitur dare ut 8.q.3.c.talia.infrà de testibus c.ueniens.ff.de calumnia.l.quin etiam.ff.qui in frau.credi.

9 l.in fraudem, licet sit ar.contra.ff.eod.tit. l.si pignus.C.ad uel.l.etiam. ¶ † Sed pone q; renuncietur simpliciter & absolutè sine pacto & sine conditione; ueruntamen hoc renuncians gerit in mente, ut ex renunciatione rei spiritualis aliquid sibi tẽporale accedat, apud districtum iudicem qui scrutator est cordium & cognitor secretorum, culpabilis iudicatur.ut infrà

10 de simo.c.tua in fi. † sola enim uoluntas simoniacum facit.ut.j.qu.j.ca.qui studet:

11 † sicut & spes sola facit usurarium ut inf.

12 de usur.c.consuluit.14.q.3.c.j. † uoluntas enim & propositum distinguunt maleficia.ut infrà de sen.excom.c.cum uoluntate.ff.ad.le.Cornel.de sicca.l.diuus. Sed aliud est in prohibitis, quia simoniaca:& aliud in symoniacis, quia prohibita:quędam enim ꝓhibentur hodie, quia & olim in ueteri testamento simoniaca erant, ut uendere spiritualia, in his studiosa uoluntas inducit simoniam; Quædam uerò hodie simoniaca iudicantur, quia fieri ꝓhibentur, quæ tamen in ueteri testamento nec simoniaca nec prohibita inueniuntur, ut uẽdere castaldionatum & aduocatiam ut.j.q.j.c.si quis episcopus.dare pastum uel pastilum in receptione canonici, ut.j.de simo.c.Iacobus. In his & consimilibus non committitur simonia sola uo

13 luntate.† Et est sciendum quod simonia mentalis sola pœnitentia aboletur.ut.j.

14 de simo.c.ult.¶ Itẽ notandum est † quod episcoporum cessio in scriptis est faciẽda. ut.7.q.j c.sicut uir.§.ecce.&.c.qualiter.&

15 c.quamuis sit triste. ¶ Restat uidere † an renuncians ualeat pœnitere. Et est sciendum, q; si quis renunciare intendens uocet superiorem literis siue nuncio, ut ueniat recipere cessionem eius; si antequam superior ueniat, illum pœniteat, renunciatio non nocet.ut infrà eo.tit.c.lectæ.sicut non nocet uocatio patroni in ius sine uenia edicti.ut.ff.de i ius uo.l.quãuis, & tũc est pœnitentiæ locus ut.2.q.6.c.si quis.§. si autem.ff.de condi.causa. dat.l.si pecuniam.2.q.3.c.si quis iratus.j.de appe.c.directæ. ff.de interroga. acti.l.de ætate.§. Celsus.& hoc uerum est nisi pœnitentia esset alteri captiosa.ut.ff.de regu.iur.l.nemo.uel si res integra non est, ut insti.mãdati.§.

dati.§.rectè suprà de elec.c.in causis.procè fi.ff.de cessio.bo.l.is qui bonis. C.qui bo.ce.pos.l.2.puta si à superiore petita est cedendi licentia & admissa.infrà eod.tit. c.quidam. Et sunt duæ rationes quare tūc non est pœnitentiæ locus. Vna, ne superiori uideatur illusum, qui cessionem admisit.ut.s.de postula.c.bonæ memoriæ il 2.in uer.si enim. Alia, quia præsumptio iuris est ꝙ is qui cedit, utilitatem ecclesiæ respiciat in cedendo,dum se insufficientē recognoscit.ut.j.eo.tit.c.ult.uel ꝓpriam salutem attendit, dum conscientiā criminis habet.ut.13.distinc.c.nerui.&.j. eod.c.nisi.j.respon.j.de simo.c.ex insinuatione. Aliud tamen est in cessione bonorū secundùm leges. Nam post cessionem, rebus tamen integris manentibus, locus est pœnitentiæ.ut.ff.de cessio.l.is qui.Sed ibi cessant rationes superius assignatæ.

16 ¶ In summa est notandum † ꝙ renunciari non potest rei, quam quis sibi competere ignorat, ut.ff.de inoffi.testa.l.mater decedens.ff.de acqui.hære.l.is qui.§.si qs dubitet,&.l.is qui putat.& ar.ff.quib.ad liber.procla.non licet.l.penul.§.nemini.

17 Item † renunciari rei non potest, quæ non habetur nec haberi potest, ut.ff.de reg.iur.l.Eius.&.l.qui potest.ff.de acqui.& om.hære.l.nolle.&.l.is qui hæres.j.respō.&.l.is qui potest.ff.de suc.edic.l.j.§.decretalis.& ar.ff.ꝙ metus causa.l. Sed & par-

18 tus.§.Iulianus,in fi.† Pacto autem remitti non potest quod nondum competit.ut. ff.de pac.l.pactum, repudiari non potest nisi interuentu auctoritatis iudicialis. ut. ff.de cur. bo.da.l.prima.

SVMMARIVM.

1 *Negligentia quid sit, & qualiter puniatur.*
2 *Negligentia per quem supplere possit.*
3 *Negligentia sine mora, & in quibus purgetur, & in quibus non.*
4 *Intellectus ad c.literas, infrà eo.tit.*

¶DE SVPPLENDA NEgligentia prælatorum. Rub.

DICTVM est suprà de modis per quos assumuntur prelati ad dignitates & prælaturas. Sed quia in prælaturis perfunctoriè & adulatoriè res aguntur:ut.40.dist.c.ante omnia.in prin.& qđ negligitur supplendum est;quod autem omittitur instaurandum est.ideò hic subijcitur rubrica de sup.nego.præla.¶ Videamus igitur quid sit negligentia:Qualiter puniatur; Per quem suppleri possit qđ omittitur: Et an mora purgetur.¶ Ne-

1 gligentia † est, eius quod fieri debet & potest omissio. Punitur aūt negligentia, qa potestas exequendi quod negligenter omittitur, transfertur ad alium,ut infrà eo.tit.c.licet.&.c.literas, suprà de elec.c. ne pro defectu.§.intra quos.j.de conces. præ.c.nulla.&.c.postulasti. Aliquando in confusionem negligentis benedicere, nō benedictus pro benedicto habetur,ita ut liceat abbati non benedicto aliquem benedicere.ut infrà eod.tit.c.1. Nec ob.69. dist.c.quoniam.ubi dicitur ꝙ ita demum licet abbati manum imponere, si eidem manus impositio facta fuerit ab episcopo secundùm morem præficiendorum abbatum, inam illud intelligo de manu ordinatoria, quam non ordinatus non imponere pōt ut ibi: munus aūt benedictionis quod pro professis impenditur licet ei ꝓstare ut hic, quod in fauorē religionis est inuentum, sicut & illud ut non baptizatus baptizet.ut.32. dist.c.præter.§.uerū. ¶ Negligentia prælatorum diuersimodè punitur in iure secūdùm diuersitatem & qualitatem eorum quæ negliguntur. Vnde aliquando inuenio leuem pœnam imponi pro neglectu, scilicet, excommunicationem duorum mēsium.ut.j.q.j.c.quicquid.ad med. Aliquando grauem, scilicet, pœnam depositionis.ut.81.dist.c.dictum 86.dist.c.j 9.quæstio.3. c.placuit.c. dist. c.qm.s.de transla.præla.c.inter corporalia.infrà de statu. mo.c.2.§.qui uerò peculiū.C.de offi.præf.orien.l. si quos.ff. de custo.& exhi.re.l.carceri.&.l.milites. Sed distingui potest inter modicam negligentiam, & magnam, ut iura posteriora locum habeant in negligētia magna,quæ culpam sapit.ut.ff.de uerb.signifi.l.magis, priora uerò in modica: uel dici posset ꝙ iura posteriora locum habeant, cum quis monitus adhuc negligit, ut monitio ne-

gligentiam aggrauet, & pœnã grauioré
inducat.ut.j.de ele.ex.uel depo.minis.c.
2.j.de sente.excom.c.intimauit.&.c.cõ-
1 tingit.12.quæst.2.c.indignè.11.q.1.c.pe-
timus.2.q.7.c.qui nos tangit.j.de cleri.
2 non resi.c.ex tuæ. ¶ Suppletur † aliquã-
do negligentia maioris per minorem, ut
infrà de conces.præ.c.nulla.&.c.postula-
sti.9.q.3.c.cum simus, 89.dis.c.uolumus.
Aliquando minoris per maiorem.ut.j.
de conces.præ.c.dilectus.s.de elec.ca.ne
pro defectu.&.j.eod.tit. c.2.&.c.licet.&.
c.ultimo. ¶ Purgatur negligẽtia siue mo
3 ra † in quibusdam, scilicet, ut fieri possit
post tempus, quod in tempore faciendum
est: In quibusdam uerò non purgatur, nã
tollitur potestas faciendi: post tempus
purgatur, in canone per biennium nõ so-
luto infrà de loca.& cõduc.c.potuit.&.c.
propter sterilitaté. Purgatur in restitué-
do ecclesiæ ré alienatã.ut.j.de re.ec.non
alienã.c.si quis presbyterorũ. Ité purgat
in iudicijs usque ad lit.cõtesta.ubi ante
nõ interest aduersarij.ut.ff.si qs cau.l.&
si post tres.C.de fideius.l.sancimus.j.de
offi.dele.c cõsuluit. Nõ purgat in pœnali
bus obligationibus in qbus mora cõmit
titur p diei trãsfusioné.ut.ff.de uerb.obl.
l fundũ, &.l.ad dié.C.de cõtrahen.& cõ.
sti.l.magnã.C.de iure emphi.l.2.ff.loca.
& cõdu.l.quæro.§.inter.Ité nõ purgatur
mora liberti qui scripturã suæ libertatis
infrà annũ ordinationis noui pontificis
manifestare contépserit.ut.12.q.2.c.lon
ginquitate, in fi.Nõ purgatur in collatio
ne beneficiorũ, nã si infrà tépus à iure sta
tutũ beneficia nõ conferantur ab illo ad
qué collatio spectat, posteà nõ conferun
tur ab eo, sed transit potestas conferẽdi
ad aliũ, ut probatur hic.j.eod.tit.c.licet.
Nec obstat.j.eo.tit.c.literas.ubi uidetur
quod mora purgatur, qa ibi approbatur
collatio facta post tépus ab illo qui con
ferre neglexerat infrà tempus; sed certè
ibi non approbatur, sed de patientia tol-
leratur. Prælati igitur cautè inuigilent
ut circa executiones suorũ beneficiorũ,
& officiũ diligentes existent, nec credãt
sibi lectionem & orationem sufficere, sed
ad opera charitatis manus extendãt ut.
85.dist.c.fratrem nostrum.

SVMMARIVM.

1 *Ordines sacri quando conferri possint, & debent.*
2 *Virginum consecratio quando fieri possit.*
3 *Viduas nullus pontificum uelare potest.*
4 *Velum consecrationis à quo debeat imponi.*
5 *Velum quotuplex sit.*
6 *Velum prælationis etiam olim dabatur abbatissæ, Tempus an sit de substantia ordinum.*
7 *Ordines sacros conferre qui possint.*
8 *Sacramenta qui possint conferre.*
9 *Subditus sciens episcopum suum hæreticum, uel schismaticum occultum non præscitum non debet permittere se ab eo ordinari.*
10 *Sciens episcopum suum notorium fornicatorem, uel occultum simoniacum in ordine, nunquid à tali ordinem recipiat.*
11 *Subditus ignorans episcopum suum esse simoniacum, si ab eo ordinetur, an ordinum executionem recipiat.*
12 *Quid si sciat uel credat episcopum suum simoniacum non suo ordine, sed in collatione ordinum seu beneficiorum.*
13 *Omne quod fit contra conscientiam edificat ad gehennam, & quomodo intelligatur.*
14 *Mala de prælato audiens non facilè credere debet.*
15 *Simonia in beneficijs inter enormia computatur.*
16 *Ordinandus qualis esse debeat. & num. 20. 21. 26. 27. 29. 30. 33. 38. 44. 48. 49. 50. & 51.*
17 *Seruus fugitiuus quis dicatur.*
18 *Fur furti uitium non purgat, licèt rem restituat.*
Nec raptor uitium rapinæ.
19 *Delicta quæ non sinunt aliquem promoueri, quæ sint.*
22 *Ebrietas uitanda est.*
Ebrietas quid faciat.
23 *Ebrietas tribus modis dicitur.*
Ebrietas quando sit peccatum mortale.
24 *Pœna deseruienti ebrietati quæ sit.*
25 *Voracitas quare uitanda.*
26 *Episcopus sacram scripturam scire debet ad subditorum animas informandas.*
28 *Laicus qui omnino ignorat literas, an recipia*

pia

pit caracterem, si eum contingerit ordinari.

31 *Clerici in uestibus debent se conformari cõsuetudini regionis, & illis cum quibus uiuunt, & quare.*

32 *Clericorum incessus debet esse grauis.*

33 *Clericus hospitalis esse debet.*

34 *Eleemosina etiam excommunicatis danda est.*

35 *Filius an potius subuenire debeat patri infideli in extrema necessitate, quam extraneo fideli.*

36 *Eleemosina cordis sine terrena substantia sufficit.*

37 *In Eleemosina corporali quæ sint consideranda.*

39 *Rigor iustitiæ quando temperandus.*

40 *Superior excedens modum in corrigendo, & si peccet, tamen non cogitur à subditis ueniam postulare.*

41 *Prædicationis sermo in quibus consistat.*

42 *Consideranda circa actum prædicationis.*

43 *Grammatica in prædicatione exponi non debet.*

Nec hereticis secretiora fidei reuelari.

44 *Percussor an sit ordinandus.*

45 *Episcopus neminem debet suis manibus uerberare.*

46 *Clerici in quibus casibus, & per quos uerberandi.*

47 *Prælati & ecclesiarum rectores qualiter.*

48 *Litigiosus ex quib. cau. prohibetur ordinari, & quomodo ille se habeant. & numero. 51.*

49 *Cupiditas est omnium malorum radix.*

52 *Prælatus in ecclesia sublimior alijs sedeat, intra domum uerò collegam presbyterorum se esse agnoscat.*

53 *Neophiti qui dicantur, & quare prohibeantur ordinari.*

54 *Neophiti possunt & debent recipere minores ordines, sed non sacros.*

55 *Secularis clericus quare possit esse episcopus regularium, non tamen eorum præpositus, prior, uel abbas.*

59 *Ordinandorum examinatio per quos facienda sit.*

57 *Ordines omnes an & quando possunt simul conferri eidem.*

58 *Sacri ordines quare die sabati tantùm conferantur.*

59 *Ordinatus sine examinatione an sit deponendus.*

60 *Ordinandus si tempore suæ ordinationis suũ prodat impedimentum, & nihilominus ordinator non intendens dispensare ipsum ordinet, aut detecto postea impedimento, an ipse ordinandus sit deponendus.*

61 *Episcopus à quo consecrari debeat.*

¶ DE LEMPORIBVS ORDInationum, & qualitate ordinandorum. Rub.

DICTVM est suprà de promotio-
ne prælatorum, nunc tractemus
de ordinatione clericorũ, & quia
ordinationes clericorum fieri debent cer
tis temporibus, & cum scrutinio ordinã-
dorum, ideo subijcitur hec rubrica de tẽ
poribus ordi. & quali. ordi. ¶ Videamus
ergo quibus temporibus ordinationes fie
ri possunt, & per quos. Qualis examina-
tio habenda sit ordinandorũ, & per quos.
Item quot ordines simul & eidem confer-
ri possunt. Item quid iuris sit si quis sine
examinatione ordinatus sit, uel si in scru
tinio supprimat impedimentum. ¶ Sacri
1 ordines † conferri possunt & debent in
quatuor temporibus, in sabbato sancto,
& in sabbato ante dominicam de passio-
ne, hoc tamen fallit in summo Pontifice
qui subdiaconatum conferre potest quo-
libet die dominico, ut infrà eod. titu. c. de
eo. & c. j. Ad minores autem ordines lici-
tum est cuilibet episcopo diebus domini-
cis unum, aut duos, uel plures dummo-
do non uideatur generalem ordinationẽ
facere, promouere, ut in d. c. de eo. In
sabbato autem penthecostes non licet sa
cros ordines conferre, sed in septimana
sequenti, ut infrà eod. c. 1. nam in illa qua
tuor tempora celebrantur. ut. 76. dist. de
2 ieiunio. & c. seq. ¶ Consecratio † uirginũ
fieri potest in die epiphaniæ, aut in albis
pascalibus, idest, in tota septimana pascha
li, & in apostolorum natalibus; nisi uir-
gines magno languore detentę alijs pe-
tãt temporibus consecrari, nã tunc & illis
& alijs tẽporibus pñt cõsecrari, sicut de ba
ptismo dicit̃ qđ fieri debet ĩ sabbato ma-

gno,& in sabbato penthecо. sed in necessitate quolibet tempore baptizari potest & debet, ut probantur hæc.20.q.j.c.deuotis. de con dist.4.c.uenerabilis.&.c.baptizandi. ¶ Sed certè quod dicitur, prædictis temporibus posse sacrum uelamen imponi, exempli gratia dictum est, nam & alijs præcipuis & magnis festiuitatibus fieri potest, quia & diebus dominicis, ut infrà eod.tit.cap j.
3 † Viduas autem nullus pontificum uelare præsumat ut in prædicto.c.deuotis.ī fi. sed ipsęmet uelum suscipiant de altari.ut.27.q 1.c.uiduas quæ, & capitibus suis imponant, scilicet uelum professionis.ut.27.q.j.c.uidua quidē. Nec obstat infrà de his quæ ui.me.ue.causa fin.c.perlatū:ibi enim episcopus non imposuit uelum consecrationis illi corruptæ sed imponere simulauit. Vestem autē religiosam recipiat à sacerdote uidua uel ministro.ut.20.quæst.j.c uidua, & sic intelligo infrà qui cle.uel uo.c.cōsuluit, quod enim dicitur, de manu presbyteri uelum assumpsit, subaudio religionis, quod a presbyteris pōt assumi,ut dictū est, quod ex eo apparet quia in illa decretali dicitur, ꝙ illa corrupta professa non fuit,breuiter igitur sparsa recolligo.
4 † Velum cōsecrationis solenniter imponitur à solo episcopo, non ab inferiore, soli uirgini non corruptę, solemnibus diebus ut dictū est, non priuatis. Velum aūt non dico consecrationis sed professionis, quia corrupta non consecratur, quolibet tempore corrupta de altari suscipit,& sibi imponit. Sed uestem religionis uirgo uel corrupta à sacerdote suscipit quandocūque. Et quia incipit materia de uelis,& de his uariè iura loquuntur. ¶ Sciendum est
5 † quadruplex esse uelum,professionis, ꝑlationis, consecrationis, & ordinationis. Velum professionis suscipitur à uirgine uel corrupta cum profitetur, suscipiatur de altari uel de manu alicuius non multùm refert. Sed recipitur in.12.anno ad minus.ut.20.q.j.c.j.&.2.& ca.puellę.uelū consecrationis imponitur in 25.anno.ut.20.q.j.c.placuit.77.distin.c.placuit. Velum ordinationis est quod olim dabatur diaconissis.in.40.anno.ut.20.q.j.c.sancti-
6 moniales.27.q.j.c.diaconissam. † Velum prælationis olim dabatur abbatissis ī 60.anno.ut.20.q.j.c.iuuenculas. Et quod dixi cæteris temporibus sacros ordines cōferre debere, sic intelligendum est,ut tēpus non sit de substantia ordinum, nā & aliis temporibus sacro ordine collato caracter infigitur, ut infrà eod.tit.c.2.&.c.consultationem: sicut & certa ætas ordinandorum requiritur in quolibet sacro ordine.ut.77.dist.c.placuit. c.episcopus & c.in ueteri. tamen ætas non est de substātia ordinis, quia & in minori ætate sacro ordine collato caracter infigitur, quāuis ordinantes à collatione,ordinati ab executione ordinum suspendātur.ut infr.eo.tit.c.uel non est compos.§.Di. V.¶ Ordi-
7 nes conferre † possunt episcopi diœcesani suis clericis. Alij aūt episcopi clericis alienę diœcesis ordines conferre nō possunt, nisi fuerint inuitati ut ad alienas diœceses accedentes ordinationes celebrent,ut 9.q.2.per totum; uel nisi rogati fuerint ꝑ literas commendaticias,ut in suis diœcesis clericos ordinent alienos, ut 72.& 73.distin.per totum. In hoc tamen non sufficiunt literę archidiaconi,ut infrà de offi.archidi.c.significasti. Si tamen aliquis ordinet clericum alienum sine literis commēdaticijs uel formatis,& episcopus eius qui ordinatur, ratam habeat ordinationem, dummodo aliter canonicè & sine prauitate aliqua qs fuerit ordinatus, recipi potest ex indulgentia ad ordinis executionem,ut.9.q.2.c.Lugdunēsis.¶ Ordines conferre possunt illi episcopi qui ultimam manus impositionem, idest, ordinē episcopalem in ecclesia, hoc est, nō in hæresi,uel in schismate receperūt. Alioquin si qui in hæresi uel in schismate constituti, in episcopos fuerint ordinati, dixerūt antiqui doctores quòd nihil recipiunt per talem ordinationē: & ideò ordines non conferunt, sumentes fomentum sui erroris ex illis canonibus.9.q.2.c.ca.2.& 3.& in subsidium allegantes.j.qu.7.c.Daybertū.19.dist.c.propter.j.q.j.c.si quis cōfugerit,&.c.si qs inquit.j̄.de schisma.c.j.Sed hæc opinio reprobat.j.q.7.c. cōuenietibus.§.item Thorasius.il.1.usq;.in fi Dicas ergo ꝙ siue quis receperit ultimā manus impositionem in ecclesia, & postmodū lapsus

sit in hæresim uel in schisma, siue in schismate uel hæresi fuerit ordinatus & in ea persistat, dummodo in forma ecclesiæ fuerit ordinatus, ordinati ab eo & in forma ecclesiæ caracterem recipiunt & ordinē, sed non ordinis executionem, siue scienter siue ignoranter à tali fuerint ordinati. ¶ Sed in hoc differentiam notabis inter ordinatos ab eo qui recipit ultimam manus impositionē in ecclesia, & eos qui ordinantur ab illo qui extra ecclesiā suscepit; quia facilius tollerantur primi in executione quàm secundi, nam primi siue scienter siue ignoranter à tali ordinati fuerint, tollerantur si aliàs digni sunt, nisi in quatuor casibus, scilicet, si fuerint iterata unctione maculati, ut. j. q. 7. c. salu berrimum in ult. uerbis. i. si se fecerint in eodem ordine iterum ordinari. Si simoniacè uel a tali symoniaco in ordine se fecerint promoueri, ut. 9. q. j. c. ab excommunicatis. Item si unici hoc est singularis lauachri, id est baptismi iacturam fecerint. i. si se fecerint iterum baptizari, ut de con. dist. 4. c. eos. in prin. &. c. qui bis. Item si ad subuersionem fidei adhæserint hæreticis, & in contemptum ecclesiæ se ab eis ordinari fecerint. ut. j. q. 7. ca. conuenientibus. Vnde uersus. Siue bis ordo datur, seu baptismus repetatur. Siue ut euertatur fidei status ordo petatur. Vel si præstetur, ut utrunque simon operetur. Vt dispensetur, spes irrita prorsus habetur. Secundi si sciēter à tali fuerint ordinati nunquàm tolerantur; si ignoranter & hoc probauerint; puta, qa pueri erant præsentes, uel absentes, quando ordinator ipsorū fuerat præcisus; uel fortè qui fuerat in curia Romana præcisus, rediens mentitus est se absolutum, ut. j. q. j. c. si quis a simoniacis, &. 9. q. j. c. ordinationes in fi. prin. Hāc totā distinctionem intellige in prælato per sententiam ab ecclesia præciso. ¶ Hæc igitur
8 sit fides tua † quòd hæretici, excommunicati, simoniaci in ordine, schismatici, depositi, suspensi, uel interdicti uera conferunt sacramenta, & uerū corpus Christi conficiunt, dummodo in forma ecclesiæ gerant. ut. 1 9. dist. c. secundùm. j. q. j. c. dominus declarauit. & ca. ꝙ quidam. de cō. dist. 4. c. ostenditur. &. c. quomodo. Cæterū si in his forma ecclesiæ non seruetur nihil agitur, quia extra ecclesiam, id est formam ecclesiæ non est locus ueri sacrificij. ut. j. q. j. c. extra catholicā, & tales ordinationes irritæ fore dicuntur, ut infrà de schismati. c. j. Sed si i forma ecclesiæ fiant, ratæ sunt quo ad caracterem, irritæ quo ad executionem. ut. j. q. j. c. si quis à simoniacis, & sic etiam intelligi potest superior decret.
9 ¶ Sed quid † si sciam episcopum meū hæreticum uel schismaticū occultum per sententiā non præcisum, & cōpellit me ad ordines, nunquid permitiā me ordinari ab eo? Respondeo non, sed potius permittam me excommunicari, ut infrà de sen. excom. c. inquisitioni; tales. n. conferre non possunt executiones ordinū quam non habent, ut. j. q. 7. c. Daybertum, & pro non dato habetur, quod datur ab eo qui dandi potestatem non habet, ut infrà de iure patro. c. quod autem in fi. sicut pro non facto habetur, quod sit ab eo qui faciendi potestatem nō habet. ut ar. ff. de pœ. l. 2. §. ult. C. qui ꝓ sua iuri. l. j. C. si ante compe. iudi. per totū. & idem dico in prælato quem scio suspensum uel interdictum. Sed oppones nam secundū hoc idem uidetur dicendum in prælato, quem scio in peccato mortali constitutū. nam & ille suspensus est & peccat mortaliter celebrando, unde uidetur ꝙ nō habeat ordinum executionem. Ad quod respondeo, uerum est quòd prælatus in mortali constitutus suspensus est quo ad se, nō quo ad alios ut. j. q. j. ca. sacerdotes. Nam omnis peccator missam celebrare potest pręter simoniacum, ut infrà de simonia. c. tanta, quod intelligo de officij potestate, non de merito uitæ, saluis alijs expositionibus huius uerbi, quas faciemus deo dāte infrà de simo. & hoc intelligo de prælato peccatore tolerato nō pręciso, aliàs secus. Item hoc intelligo in prelato cōstituto in mortali peccato nō enormi, sed mediocri, non tamen notorio de iure uel de facto; nam enormia occulta etiā post peractam pœnitentiam, & mediocriā notoria impediunt executionem quo ad se, & quo ad alios. ut. s. de renuncia. c. nisi cū pridem. & infrà eod. titu. c. ult. ¶ Quid si
10 sciam episcopum meum † notorium fornicatorem

nicatorem uel occultum simoniacum in ordine, nunquid recipiam ordinē a tali. Hug. dixit q; sic quandiu toleratur ar. 28. dist. c. consuledum. 15. q. ulti. c. ultimo. Sed eius sententiā nō amplector. nā & isti sūt suspēsi quo ad se, & quo ad alios. ut. 32. di. c. nullus missam. &. c. si quis uerò, & maximè simoniacus in ordine uitiosum habet caracterem. ut. j. qu. j c. reperiuntur. & ca. quibusdam narrantibus. à quo nullo modo debeo ordinari, ut. j. qu. j. c. Si quis à simoniacis. infrà de simonia. ca. per tuas Hug. tamen intelligebat illud. c. si qui in præcisis, uel cum probare possum eum si-
11 moniacum, quod nō placet. † Sed si quid ignorem episcopum meum fore simoniacum, cum sit in ueritate & ab eo ordiner? Respondeo, non recipio executionem, & indigeo dispensatione, & hoc in detestationem criminis. ut. j. q. j. c. si qui à simoniacis: & licèt ita dicam in ignorante, aliud tamē dico in coacto qui recipit executionem ut j. q. j. c. Constat. & est ratio quia magis constat de uoluntate coacti quàm ignorantis. ut infrà de simo. c. sicut tuis. §. quàmuis. hoc tamen intelligas de coacto conditionaliter: nā absolutè coactus non reciperet caracterem. ut. j. de baptismo & eius effec. c. maioris infrà de his quæ ui. me. c. Sacris. l. dist. ca. presbyteros.
12 ¶ Sed † quid si sciam uel credā episcopū meum simoniacum non suo ordine sed in collatione ordinum seu beneficiorū? Respondeo, laborabo pro posse meo acquirere licentiam ab ipso, ut liceat ab alio ordinari, quam si non dederit sed me ad ordines cōpellat, securè ordinabor ab eo quandiu toleratus fuerit, non præcisus, & crimen fuerit occultum ut dictū est: Nec obstat si conscientia mihi repugnat, quia erronea est. ut. 13. distin. c. nerui. u. q. 3. c. cui est illata. licèt sit ar. contra. ff. de liberali causa. l. igitur. §. j. nec ob. auctoritas il-
13 la. † Omne quod fit contra conscientiā, ædificat ad gehennā. ut. 28. q. j. c. omnes. §. illud uerò. Nam illud sic debet intelligi, omne illud quod fit contra conscientiam informatam ex præcepto uel prohibitione; uel quod fit contra conscientiam non erroneam ut dictum est. Sed uidetur manifestè obstare infr. de simo, c. p tuas il. 2.

Ad quàm sic Respondeo, monachus ille non cogebatur ad ordines assumendos, sed quærebat an ab ipso, quem talem esse sciebat, ordines assumere deberet, unde Papa in sua responsione magis considerauit factum, scilicet difficultatem ortā in conscientia monachi & errorē impressū, quàmuis quasi pro modico habuit Papa, monachum illū non promoueri ad ordines superiores eo quòd non in sublimitate graduum, sed in amplitudine charitatis acquiritur regnum dei ut. j. eod. tit. c. Ad aures. Sed quia non gradus elegantior, sed uitæ melioris actio cōprobatur. ut. 23. q. 3. c. sicut excellentiam. §. cōcilii.
14 uerò † Vnum non omitto quòd si mala audias de prælato tuo nō statim credere debes. ut. 33. dist. c. habuisse. 86. distin. c. si quid uerò. 15. quæst. 7. c. si quid igitur, nec enim debes esse multum credulus. ut. ff. quod cum falso tu. l. j. in fin. ff. de eo per quē fac. erit. l. j. §. j. & arg. j. de integr. rest. c. ex litteris. Sed si forte uidebitur alicui quòd mihi ipsi sim contrarius. nam suprà eo. §. quid si sciam notaui. quòd si sciam episcopum meum in enormi crimine constitutum non permittam me ordinari ab
15 ipso. † & alibi notaui simoniam in beneficiis inter enormia cōputari inf. de accu. c. inquisitionis. Ad quod Respōdeo, simonia est enorme peccatū respectu eius q p simoniā beneficiū acqsiuit, q a pœnitentiā agere nō pōt beneficio retēto. Vel dicit enorme. i. indispēsabile, q dispēsari nō pōt cum simoniaco nisi beneficio resignato sicut in simoniaco in ordine contingit. ut in eod. c. dicitur. &. 13. dist. c. nerui testicu-
16 lorum. ¶ In qualitate † ordinandorum regulas apostolicas considerari oportet: Apostolus enim sic ait ad Tytum. Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris uirum, sobrium, prudentē, pudicum, ornatum, hospitalem, doctorē, non uinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidū sue domui bene dispositum. Et hęc omnia in his uersibus continentur. Primū præcipitur quod sit sine crimine præsul. Monogamus, sobrius, prudens, ornatus, & hospes. Castus, decens, non percussor, non litigiosus. Non cupidus, bene dispositus.

ſpoſitus, non neophitus u'c. Talis apoſtolica quòd præſit regula iuſſit. Et licet Apoſtolus has regulas in epiſcopo poſuiſſet, extenduntur tamen per Auguſtinum & Ambroſium ad alios clericos ordinandos. ut 81. diſt. c. Apoſtolus. 34. diſti. c. cognoſcamus: & quàmuis in his regulis plurima poſſent dici, nos tamen aliqua ſummariè in ſingulis proſequamur. ¶ Circa primam regulam, ſecundùm antiquos, tres erant opiniones. Hugol. cum ſuo rigore dicebat, quòd qui ſemel peccat mortaliter poſt baptiſmum, amplius non poteſt promoueri, uel aliquos actus legitimos exercere. ut. 25. diſt. c. primũ. 47. diſtin. c. quoniam prima. quæſt. 7. c. ſi quis omnem. l. diſtin. c. illud. 6. queſtion. prima. cap. qui crimen. 8. quæſtione. pri. c. in ſcri-
17 pturis. in fine. † & Mar. inducebat legem. ff. de ædil. edict. l. quis ſit fugitiuus, primo Reſpond. nam fugitiuus eſt ſeruus qui ea mente fugit ut ad dominum non redeat, quàmuis poſtea mutato conſilio
18 reuertatur. † Nec fur purgat uitium furti ſi rem reſtituat. ut. ff. de ſurtis. l. qui ea mente. nec raptor uitium rapinæ. ut. ff. ui. bon. rap. l. ultima. ¶ Alij dicunt quòd poſt quodlibet mortale pœnitentia acta quilibet poteſt promoueri, niſi ſit crimẽ enorme. ut 81. diſtinct. cap. Apoſtolus. & eſt argument. ad hoc. l. diſtin. c. ferrũ. ff. de ædilit. edic. l. quod ita ſeruatum eſt. quia defectus noſtri temporis &c. ut. 34. diſtinct. cap. fraternitatis. ¶ Tertij dicunt quòd quantumcunque ſit graue delictum, dummodo ſit occultum, poſt pœnitentiam peractam non impedit promouendum. ut. l. diſtinct. cap. de his uerò uerſ. qui autem. Iſtæ opiniones tolluntur unica decret. ut infrà eod. tit. cap. ultimo. Nam enorme delictum quantumcunque occultum, etiam poſt peractam pœnitentiam promoueri non ſinit, & impedit executionem ordinum ſuſceptorum; mediocre non notorium, de iure, uel de facto poſt peractam pœnitentiam & promoueri permittit, & non impedit in ſuſceptis. ſed ante pœnitentiam damnabiliter in ſuſceptis ordinibus miniſtratur; leue delictum, ſiue occultum, ſiue manifeſtum, nec promotum deijcit, nec impedit promouendum. Sed in his opus
19 eſt exemplis. † Enormia delicta quæ hoc operatur ut ſuperius dictum eſt ſunt tria, Homicidium. ut. l. diſtinct. c. miror. j. q. 7. c. ſi quis omnem. de conſe. diſtinc. j. c. j. & Hæreſis, in qua poſt uulnus ſanatum remanet cicatrix. ut. j. quæſt. j. c. uentum. ad prin. & Symonia in ordine. ut infrà de accuſ. c. inquiſitionis. Et eſt ratio, in homicidio horror ſanguinis; in hæreſi immanitas criminis: in ordine uitium & infectio ordinis. Sed hoc idem operantur mediocria, ſed notoria de iure & de facto ut infrà eod. titu. c. ultimo. Dicuntur & quædam alia enormia non hoc reſpectu, ſed alio, ſcilicet, quia indiſpenſabilia, ut ſimonia in beneficio. j. qu. j. c. Egra, & quæſt. ultim. cap. patet. diſpenſatur tamen cum ſimoniacis ſimoniacè promotis ut infra de ſimo. cap. de regularibus &. c. ex inſinuatione. ſuprà de elec. c. Si alicuius. j q. 5. c. præſentium. Nec obſtat infrà de ſimoni. c. nobis; nam illa alio, modo, quàm lego, litera ſonat ut ibi notaui. Itẽ ſi quis excommunicatus in contemptum clauium celebrauit. ut. 11. quæ. 3. c. ſi quis epiſcopus in concilio. Item omne delictũ quod ipſo facto inducit infamiam ciuilẽ. ut 3. q. 6. §. porro. Item infamia deſcendens ex delicto declarato per ſententiam 2. quæſt. 3. c. Euphemium. §. hinc colligi-
20 tur. † Monogamus debet eſſe ordinãdus .i. unius uxoris uir. ut. 16. diſt. c. j. quod negatiuè oportet intelligi. i. non plurium. ſicut & aliàs econuerſo exponimus in ore duorum uel trium ſtat omne uerbum. i. non paucorum. infrà de teſtibus cap. in nomine domini, & ſimilis expoſitio. 10. quæſt. 2. cap. caſella. 30. quæſt. 4. c. æqualiter. &. ff. de legatis. 2. l. eum pater. §. rogo. in caſu tamen neceſſitatis bigamus promouetur uſque ad ſubdiaconatum; hoc tamen intelliges. ut not. s. de reſcript. §. ſi contra ius. Aſſignantur autem quatuor rationes quare bigamus promoueri non poſſit. una propter defectum ſacramenti, quia non eſt in eo ſacramentum unitatis, quia diuiſit carnem ſuam in plures. 26. diſtinct. c. acutius. Item propter prærogatiuam ordinum. ut 26. diſtinct. c. una. Item propter ſignum incontinentiæ,

tinentiæ, pręsumitur enim incontinens
qui uxore mortua transit ad alteram.ut
80.dist.c.proposuisti. Item ex eo, q̃ non
habet frontem hortandi uiduitatem, qui
frequentator est cõiugiorum.ut d. c.una:
pleniùs dicemus de hac materia infrà de
21 biga.† Ordinandus debet esse sobrius in
potu,& cibo; à crapula & ebrietate ma-
ximè clerici abstinere bebent.ut.j.de ui-
22 ta & hone.cleri.c. A crapula. † Et hoc ꝓ
pter quinque,quia ebrietas cor aggrauat;
& sensus clerici semper uigere debet & te
nuis esse.ut.35.dist.c.1.Item quia luxurio
sa res est uinum, & cõtumeliosa ebrietas
ut ead.dist.c.luxuriosa.Item furiosa,nam
uenter mero estuãs facile despumat in li
bidinem,& ubi ebrietas ibi libido domi-
natur & furor. ut ead.dist.c.uenter. ¶ Itē
quia irrisioni exposita.ut in ſeped.dis.35.
c.sexto.§.manebat. ibi læsa pietas, dū
irridetur ebrietas;& generaliter, q̃a om-
nium uiciorum fomes est & nutrix.ut.c.
ante omnia.dist.ead. Vtere igitur clerice
modico uino propter stomachum, nā ex
frequenti potatione sequitur ebrietas.ut
infrà de iureiur.c. etsi.§. quædam enim
23 Christus.¶ † Et nota q̃ ebrietas dicitur
tribus modis. vno modo dicitur ebrietas,
pœna & obliuio mentis, & hæc non est
peccatum.ut.15.q.1.c. sanè. Secundo mo-
do dicitur actio siue frequens modus bi-
bendi, & hæc ut ait Aug.est ueniale pec-
catum, nisi sit assidua, quia hoc est mor-
tale,maximè si quis nouerit uires uini nec
aquam admisceat ut.25.disti.c.criminis.
Tertio dicitur quædam dispositio mentis
& studium ad inebriandum, & hoc sem-
per est mortale peccatū ut 35.disti.c.ante
24 omnia. † Pœna eius qui ebrietati deser-
uit est,ut si admonitus non desinat, si est
episcopus, presbyter, uel diaconus, de-
ponatur; si subdiaconus, inferior, uel lai
cus,communione priuetur. ut.35.disti.c.
episcopus.&.c.ante omnia.j.de uita & ho
nest cle.c.A crapula in fi.& est hic casus,
in quo peccatum mortale nō inducit de-
positionem.& simile? 47.dist.c.episcopus.
92.dist.c.ultimo. Similiter & in cibo so-
brius bebet esse clericus; ęqualiter enim
ebrietas & uoracitas prohibentur, ut ait
Apostolus, non in commessationibus &
25 ebrietatibus. ¶ † Vitãda est uoracitas ꝓ-
pter octo,quia inter epulas& lasciuias pu
dicitia non seruatur:& quia ignominia &
confusio est, Christum pauperem & esu-
rientē falsis prædicare corporibus; & ieiu
niorum doctrinas rubentes buccas tumē-
tiaque ora proferre.ut 35.dist.c.ecclesiæ
princeps:& quia abundantia morbū fa-
cit, molestias ingerit, ęgritudines gene-
rat, excessus ciborum consumit, & com-
putrescere facit corpus humanum, mace
rat egritudine diuturna,& tandem mor-
te crudeli consumit.ut de consecr.dist.5.
26 c.nihil. ¶ Prudens † debet esse ordinan-
dus. triplici peritia. Scientia sacræ scri-
pturæ.ut.36.dist. per totū. Item secula-
rium scripturarum.ut.37.dis.c.legimus.§.
sed contra &.c.turbat.Item seculariū ne-
gociorum.ut.39.dist.per totum. Sacram
autem scripturam scire debet ad subdito
rum animas informandas: ut 36.dist.c.3.
§.ecce &.c.si quis uult;& propterea statu
tum est, ut in ecclesijs metropolitanis te
neantur doctores theologiæ. Item secu-
lares scientias scire debet, ut per eas in-
struatur discernere uerum à falso, & uiā
habeat ad scientias pietatis,nõ aũt addi-
scere debet ad delectationem & uolupta
tem.ut 37.dist.c.turbat.§.cur ergo.& per
hoc soluitur contrarietas multorum capi
tulorum in ead.dist. Et proterea statutū
est,ut in cathedralibus ecclesijs & mino
ribus,quantùm sufficere poterunt facul-
tates, teneantur magistri liberaliū artiū,
de quo dicemus.j.tit.de magistr.hoc ta
men non intelligas de omnibus artibus
liberalibus sed de triuialibus tantùm,sci
licet Grammatica, Dialetica,& Rhetori
ca.illæ enim habilitant ad scientias pie-
tatis; secus de quadriuialibus.scilicet de
arithmetica,geometria,musica, & astro-
nomia,quæ licet in se cõtineant uerita-
tem, non tamen ducunt ad pietatem,ut
ait Hie.37.disti.c.si quis artem nouerit
Grammaticam. Item autores gentilium
legi possunt propter eundem casum,pro-
pter quem & scientia triuialis; & si quid
boni inueniatur in eis, illud tanquàm
proprium sumat lector & ad bonos usus
conuertat,non quia illi ita dixerint, sed
quia bonum est.ut.38.disti.c.turbat.&.c.
qui

qui de mensa.&.c.si quid ueri.&.c.relatũ: in fin.hoc enim fecit Paulus cum in epistola ad Tytum inseruit illud Epygmendis. Cretenses male bestiæ & pigri corde. Item in epistola ad Corin. Sępe bonos mores frangunt colloquia praua. Hiero. etiam usus est uersibus Virgi.de con.dist. 5.c.nunquam.& auctoritatibus Galeni & Hipocratis,ut de con.di.5.c.ne tales. Ité Augu.uersibus Lucani,ut 26.quæ.5.c.nec mirum, circa prin.Leges autem,& Phisicam possunt audire clerici dummodo nõ cupiditatis uel uoluptatis arg.37.distin.c. legimus il.j.& il 2.&.c.ideo.& hoc uerum est nisi sint monachi, uel regulares, uel sacerdotes, seu habentes personatus uel plebanatus,qui si audierint, nisi infrà spacium duorũ mensium ab his destiterint, hoc est,à legibus & Phisica audiẽdis, ipso ipre excommunicationem incurrũt,ut.j.

27 ne cleri.uel mona.c.super specula.¶ † Debet etiã ordinãdus habere peritiã secularium negociorum, quia non solum spiritualia sed etiam tẽporalia subditis & necessitatem patientibus ministrare debet ut 39.distin.per totum.&.s. de renuncia-

28 tio.c.nisi 86.dist.c.fratrem.¶ Sed † nunquid laicus qui omnino ignorat literas reciperet caractcré si eũ cõtingeret ordinari? Dicunt quidã quod non quia substantia summi sacerdotij sunt eloquia diuinitùs tradita.ut.38.dis.c.omnes.& arg. 40.dist.c.sicut in uerb.clericatus & sacerdotium. Alij dicunt, ꝙ est uerius ꝙ bene receperint caracterem; quia ex quo baptizatus est susceptibilis cuiuslibet sacramenti,cum baptismus sit ianua omniũ sacramẽtorum.ut.32.dist.c.præter hoc.§. uerũm, circa.fi.& facit ad hoc.j.q.j.c.uentum, in uerb.sed dicitur; & quod in illo. c.uentum, dicitur. omne.referendum est ad executionem ordinis, quæ sine literis

29 fieri non potest. ¶ In summa nota † ꝙ sufficit ut habeat scientiam competenté, etsi non eminentem.ut.s.de electi.c.cum nobis olim. Item propter simplicitatem repellitur quis ab obtinendo, sed nõ deijcitur ab optento, sed datur ei coadiutor ut 39. dist.c.Petrus.7.q.j.c.quia frater.s. de electio c.Cum in cunctis. Item propter illiteraturam potest episcopus petere licentiam resignandi.ut.s.de renun.c. nisi. Sic scripsit Raimundus in summa sua in fi.illius rubricæ De prudentia ordinãdorum.& uidetur uelle quod remoueri non possit episcopus propter illiteraturã, sicut proximè dixi in simplicitate. cũ tamen contrarium sit expressum infrà de æta.& quali.in or.præf.c.quamuis. Ignominiosum est etiam episcopo,si quærat ab alijs doceri, cũ ipse alios docere debeat. ut in Auth.de sanctis.episcop.§.damus.col la.9.&36.dist.c.qui ecclesiasticis.§.ecce.j. q.j.uilissimus. 8.q.j.ca.licet.& argu.ff.de eden.l. argentarius.§.prohibet.imò talis debet eligi in episcopum, cuius comparatione cæteri grex dicantur.ut.25.disti.c.

30 unum oratium.§.nunc autem. † Pudicus debet esse ordinandus ut & moribus & uerbis pudorem suum indesinenter ostendat, ut in canticis canticorum, Genæ spõsæ.i.prędicatores turturi comparantur propter pudentiam. turtur enim est animal ualde pudicum; unde uerecundos & uerẽtes faciie uobis filios ab omni immunditia ut probantur hæc.43. dis.c.j.& 32.qõ 4.c.in eo fornicator. Debet esse ordinandus duplici ornamento ornatus interiori, & exteriori. Interior consistit in uirtutibus; Exterior autem in quatuor consistit, scilicet cibo & potu de qbus superius dictum est in.§.sobrius. Item in habitu,& incessu. de habitu legitur infrà de uita & ho.cle.c.clerici.21.q.3.per totũ.& sub habitu comprehenditur quod statutum est de coma & barba non nutriendis.ut infrà de ui.&.ho.cl.c.clericus.qui ad modum spęrę caput rasum debet habere. ut 23.dist.c.prohibete. & sic incedere attonso capite & patentibus auribus ut.23.dis. c.non liceat il.2.Quid autem significet rasio capitis. quid depositio capillorum,legitur.1 2.q.j.c.duo sunt genera ¶ Et no-

31 ta † quod in uestibus clerici conformabunt se consuetudini regionis,& illis cum quibus uiuunt, ne alijs superstitiosi & hypocritę uideantur.ut.4.dist.c.erit.30.dis. c.si quis uirorũ.&.argu.41.dist.c.quisquis; in prin.semper tamen honestate seruata. Sed aliquando ex causa timoris,uel alterius necessitatis, licet habitum transformari.ut infrà de uita & honesta.cle.c.cle-

32 rici officia.1r.qu.3.c.episcopi. † Incessus clerici debet esse grauis, & moderatus;ut grauitate itineris, mentis maturitatem ostendat: nam incompositio corporis, mētis indicat qualitatem. unde Salustius arguit Catellinam eo q incessus eius modò citus modò tardus erat.ut 41.dist.ca.fin.

33 ¶ Debet † etiam ordinandus esse hospitalis, quia ut ait Hieron. domus clericorū omnibus debent esse communes.ut 16. q.j.c.quoniam. Et hoc triplici de causa, quia non pōt is clericus esse hospitalitatis hortator,qui hospitibus hostia claudit ut.42.dist.§.j.Secundò, quia pietas hospitalitatis remuneratur tēporaliter& æternaliter, iuxta illud Apostoli. Exerce teipsum ad pietatem, nā corporalis quædā exercitatio admodicum est, pietas autē utilis est ad omnia habens promissionem uitæ,quæ nunc est, & futuræ. Itē Abrahā & Loth qui erant hospitales, angelos recipere meruerunt. Sed circa hospitalitatem discretio est habenda, eorum nāque qui petunt eleemosynā,alij petunt quasi ex debito,ut prædicatores & prælati,alij simpliciter pro corporis sustentatione. In primo casu subdistingue, quia aut sunt noti,aut non. Si sunt noti.& cōstat eos missos & institutos ad prædicandum, uel ad prælaturā recipiendā. Si uerò sint incogniti, & dubitatur an tale officium sit eis concessum, debet hoc examinari an ita sit, quia circa maiora periculū maius uertitur: Tu enim das tantùm temporalia, sed accipis spiritualia ab eis;in quibus uertitur magnum periculum, si ab alio percipiantur, quàm ab illo, qui dare potest. ut 42.dist.c.quiescamus. In secundo casu scilicet cū petit pro sustentatione corporis, similiter subdistingue; quia aut potes omnibus abundare, aut non. In primo casu debes dare omnibus indigentibus. Inuitant nos ad hæc, exēpla Loth& Abrahæ,qui quoniam omnes indifferenter recipiebant, inter omnes & angelos recipere meruerunt:nam si non omnes recepissent, forsitam inter aliquos & angelos repulissent. ut in præallegat. c. quiescamus.

34 † Danda eleemosina est etiam excommunicatis. ut 11.quæstio.3.c.quoniam, in fin.& idē dico in quolibet peccatore nisi de cibo securus iustitiam contemnat, nā in tali casu, ut dicit Augustinus, utilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus iustitiam negligat,quàm ei panis frangatur ut iniustitiæ seductus acquiescat. ut.5. quæstio.5.c.non omnis. Sed si iustitiam negligat & esuriat ad mortem, alendus est.ut.81.dist,c.pasce. In secundo casu cū nō potes omnibus sufficere,dicit Ambro. nouem consideranda sunt, fides, causa, locus, tempus, modus, necessitudo siue sanguinis propinquitas, ætas, debilitas,& cōditio siue nobilitas, ut exponuntur hæc
35 omnia.86.distin.c.non satis. ¶ † Sed pone, pater tuus infidelis,& extraneus fidelis egeant,non sufficit prouidere utrique, cui magis prouidere teneris? Pe.manducator dixit hanc quæstionem esse tenebrosam aquam in nubibus aeris. Hugon. dixit patrem preferendum, & hoc ex illa auctoritate, honora patrem tuum & matrem tuam, ut sis longeuus super terram.&.argu.30.distin.c.j. Ioannes autem scripsit patrem qualemcunque extraneo etiam sancto præferendum in exhibitione necessariorū, nisi extraneus magis egeat: quia tunc extraneus præfertur ut in d.c. pasce. Sed huic opinioni uidetur obstare uerbum Ambro. in canticis super locum illum, ordinauit in me dominus charitatem, aut enim, multorum charitas inordinata est,quod enim primum est ponūt tertium, uel quartum. Primò diligendus est Deus,Secundò parentes, inde filij,postea domestici,qui si boni sint, malis filijs præponendi sunt. Sed hæc auctoritas intelligenda est de effectu dilectionis, non de nutrimenti exhibitione: magis enim diligere debemus extraneos bonos quàm propinquos malos, licet istis magis teneamur in necessarijs subuenire; hanc sententiam tenet Ray.& ego assentio. Sed quidam cōtrarium dicunt,scilicet,extraneum preferendum in exhibitione nutrimenti, allegantes pro se illud. desudet eleemosina in manu tua donec inuenias iustum cui des. Sed hæc auctoritas non loquitur in eo casu quem in quæstione præmisi, sed generaliter quando iustis subueniendum est; nam etsi omnibus misericordia debeatur, iusto amplius. ut in d.c.

in d.c.non satis, circa princ. Item: allegant illud uerbum, domesticos fidei. Item illud, castum præstat natura non gratia. ut in d.c.non satis. Fit & alia diuisio circa eleemosinam, alia enim est exterior, alia interior, alia spiritualis, alia corporalis. Prima consistit in tribus, ut dimittas à quo lesus es; ut corrigas delinquentem; & in his, quæ ad salutem pertinent, instruans ignorantem. Secunda consistit in uno, ut des egenti quicquid poteris, ut 45. dist. c. tria. Item prima excedit secundam in duobus; quia remittere delinquẽti, quando uolueris, tibi redundat; sed dare indigenti, aliquando quæris, & nõ
36 inuenis. † Item eleemosina cordis sine terrena substantia sufficit; illa uerò quę corporaliter datur, si non benigno corde tribuitur, omnino non sufficit. ut 45 dist.
37 c. dux. † In corporali eleemosina tria sunt attendenda, scilicet ut des ex charitate, non ad uanam gloriam, non ad importunitatem pauperis expellendam. Item ut discreteris des cõsideratis ijs quæ leguntur 86. distin. c. non satis. Tertiò ut des his, qui non subiacent repetitioni uel
38 restitutioni. ¶ † Debet ordinandus esse Doctor, cuius doctrina debet consistere in duobus, uidelicet in doctrina correctionis, & sermone prædicationis; nã latratu canum, & baculo pastorũ lupi arcẽdi sunt. ut 43. distin. in princ. In disciplina, ut non corrigat ex odio, sed ex charitate, uera enim iustitia compassionẽ habet, falsa dedignationem. ut 45. dist. c. uera. Item cum discretione corripiantur tumidi, tolerentur infirmi, & quod seuerius castigare necesse est, ne sæuientis plectatur animo, sed medentis. ut 86. dist. c.
39 2. † Rigor enim iustitię temperandus est ex duobus, ex multitudine peccantium. ut infrà eod. titu. c. 2. l. distin. cap. ut constitueretur. j. quæst. 7. c. quotiens. unde uersus. Ob populum multum crimen per transit inultum. unde tunc discretus prælatus incipiet a spiritualib. aut spirituali bus proximis, ut eorum exemplo cetera multitudo frangatur. ut 44. distin. c. commessationes. Item puniet maiores de uniuersitate, qui alios trahunt ad peccatum. ut infrà de cle. excom. cap. latrones. Item temperatur rigor ex qualitate peccantium. ut infrà de offi. deleg. c. Sane. & c. a pastoralis. j respond. 45 dist. c. cum beatus. ff. de pœ. l. in seruorum 24. quæst. j. c. a qui contra pacem. 2. quæst. 7. cap. quisquis. l. dist. c. contumaces infrà de ma. & obe. c. per tuas. Vnde triplex est iustitia. uitæ, iustitię, doctrinæ. prima nunquam dimittitur, alia causaliter sic. unde uersus. Est uerum uitæ, doctrinę, iustitiæque, Vnum semper habe, duo propter scandala linque. quia ut ait Augustinus; sine plectendo, sine ignoscendo, hoc solum bene agitur, ut uita hominum corrigatur. ut 23. q. 5. c. prodest. ex duobus autẽ augetur rigor, cum peccatum ex auctoritate defenditur. ut de pœni. dist. 6. c. i. in fine; Item cum usitatum est malum & multis crassantibus opus est exemplo. ut j q. j. c. reperiuntur. ff. de pœ. l. autem facta. De culpa nõ se corrigẽtiũ platoris legitur 81. dist p totũ; de pœna. 81. dis. c. dictũ 11. q. 3. c. Theugualdũ. De magnitudine tã culpæ quàm pœnæ 37. dist. c. lega-
40 tũ ¶ Et nota q. † si superior excedat modũ in corrigẽdo, etsi peccet. ut 23. q. 4. c. q peccat. in fin. nõ tñ cogitur à subditis ueniã postulare; ne, dũ nimia seruatur humilitas, regẽdi frãgatur auctoritas. ut 86. dist. c. quãdo, sæpe enim ex cõuersatione æquali nascitur cõtemptus dignitatis. ut ff. de offi. præsi. l. obseruandũ debet aũt prælatus dignitatẽ suam ingenio suo augere, ne contemptibilis habeatur. ut. ff. de offi. procõ. l. nec quicquã. §. circa. l. dis. i cap. pr. infrà de accu. c. qualiter & quan-
41 do. ¶ † Consistit autem hæc doctrina in sermone prædicationis, circa quam tria sunt consideranda. Primum, interius charitas ardens. Secundum, exterius uita luces. Tertium, ipse actus prædicationis. De primo Apostolus, si linguis hominũ loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, fac. sum uel. es so. De secundo. Gregorius. cuius uita despicitur restat ut eius prædicatio contemnatur. ut 3. q. 7. §. porro. in fin. Ambro. Iudicet ille de alterius errore, qui in se nõ habet quod corrigat. ut i 3. q. 7. c iudicet. in princip. & Gregor. in grauibus peccatis quis positus dum suis premitur pec-

catis, aliena non diluit.ut.c.in grauibus cad.cau.& quæ;talis enim dum malè uiuit & bene prædicat,Deum instruit qualiter ipsum punire debeat.ut.40.dist.c.multi.iste a Hieremia comparatur cineri per quem lixiuia doctrinæ transiens lauat,& non lauatur.ut.83.dist.c.ult.& ab Augu. lapideo canali per quem aqua doctrinæ transit ad aureolas.i.ad corda subditorũ in quibus aliquando facit fructũ quamuis in ipso canali nihil generatur.ut.j.q.j.c. si iustus fuerit. & Papa Nicola.faci ardenti,quæ se ipsam consumens alijs lucẽ ministrat.ut 15.q.ult.c.ulti.Contra tales ꝓlatos inuehitur Hiero.35.dist.c.Ecclesiæ principes,Talibus iura minantur 2.qu.7. c.securi sunt in fi.11.quæsti.3.c.præcipuè.

42 ¶ † Circa tertium,scilicet circa actũ prædicationis quatuor sunt attendenda.Tẽpus, locus, qualitas audientiũ, & qualitas dicendorũ, Tempus,ut non semper loquatur sed temporibus oportunis, Si enim semper plueret terra nũquã germinaret: unde contra tales in Leuitico. Vir qui fluxum seminis patitur inmundus erit. Itẽ insta opportunè, dicturus importunè; ꝓmisit opportunè.ut 43.dist.c.sit rector, in fi. Locus est attendendus quia predicatio fieri debet in ecclesia uel in alio loco publico & honesto, non in domibus & in locis priuatis,ne ex hoc oriatur suspicio hæresis.ut 30.dist.c.si quis.Item fiducialiter & libere prædicandum est.ut.11.qu.3.ea. nolite.possunt tamen aliqua in locis priuatis, & non solenniter,proponi in modũ simplicis exhortationis. ut infrà de hær.c. Cum ex iniuncto, circa prin. Item qualitas auditorum & dicendorum consideranda est, nam secundum capacitatem audientium dicenda sunt alta & plana ut.43. dist.c.sit rector.&.8.q.j.c.oportet: Aliàs si non intelligentibus alta prædicat, percussor est, qui sermone inutili percutit cõscientias infirmorum.ut 45.dist.c.sane ꝑcussor. nam uitium animi est indignis secreta uulgare; & propterea qui hoc facit, aut ex loquacitate incauta ad adulationem , aut ad sui iactationem facere uidetur.ut.43.dist.c.ultimo.

43 † Item in prædicatione grammatica exponi non debet ut 46.dist.c.cum multa; nec hæreticis secretiora fidei reuelari.ut no.§.de summa trinit.& fide catho.fides autem.

44 ¶ † Percussor non debet esse ordinandus.ut 45. dist.per totum. Sed in hoc breuis adlubetur distinctio: Nam duplex est percussor spiritualis, & corporalis. Spiritualis fit, cum indiscretus prælatus sermone inutili corda percutit infirmorum.ut 41.disti.c. ultim. Corporalis percussio fit manu uel flagello, hæc aliquando fit ex malitia uel odio, uel ut uerberans magis timeatur. Aliquando ex charitate & causa correctionis. In primo casu prohibetur eo quod est mortale peccatum, & per hoc pœna depositionis inducit.ut.45.distin.c.j.&.c. episcopum. In secundo casu,omnibus habentibus potestatẽ licita est in suos subditos.ut.35.dist.c.ante &.45.dist.c.cũ beatus.

45 † Fallit hoc in episcopo qui neminẽ debet suis manibus uerberare.ut.86.dist. c.non liceat. potest tamen per aliũ subijcere uerberibus delinquẽtes ut.5.q.c.illi qui;non tamen per laicum sed per clericum, si clericus uerberandus sit, alioquin & mandans & uerberans incidunt in excommunicationem. ut.j. de sent.excõ.c. uniuersitatis:

46 & uerum est † nisi clericus penitus esset incorrigibilis , tunc enim posset per laicum uerberari.ut.j.de sent. excom.c.ut famæ.17.dist.c.nec licuit;laici tamen uiolentia non amplius se extendat,quàm exegit rebellio clericorum, ut in d.c.ut famæ. Circa clericos tamẽ hæc distinctio habenda est,ut clerici in minoribus ordinibus constituti, & pro leuibus culpis, uerberibus subijciantur.ut.65.dist. c.cum beatus.§.Salomon; constituti aũt in maioribus ordinibus,non nisi pro maioribus criminib. ut.35.dist.c.ante.& 45. dist.c.cum beatus. sed hæc distinctio locũ habet in clericis secularibus tantùm.Regulares enim secundùm regulas eorum subijciuntur uerberibus etiam pro leuibus culpis.ut infrà de appella.c.reprehensibilis.in fi.infrà de accu.c.qualiter, in fi. Caueant tamen regulares prælati, ne ex charitate, & correctionis causa uerberẽt fratres, uel cõuersos, per se,uel per alios regulares, seu clericos; nam si per laicũ, & uerberans & mandans incidunt in sententiam excommunicationis,& sic loquitur

tur c.uniuersitatis de sententia excōmu.
47 ¶ Caueant igitur prælatis, † & rectores ecclesiarum, ut in correctionibus & disciplinis stateram in manibus gestant in utroque penso, iustitiam & misericordiā portent; ut iusto libramine quedā per equitatem corrigant, quædam uerò per miserationem indulgeant. 45.dist.c.omnes q; & ex utroque temperamentum faciāt, ut nec uigor iustitiæ sit rigidus, nec mansuetudo sit dissoluta.ut.45.dist.ca.disciplina. & cap. sunt nāque; non est enim constantis & recti iudicis breui lachrymula, atq; ad tempus parata, uel uberioribus fletibus de facili commoueri: nam cū uni indulget indigno, ad prolapsionis contagiū prouocat uniuersos; facilitas enim ueniæ incentiuum tribuit delinquēdi.ut.23. q.4.c.est iniusta.in fi.&.ff.de offic. præsi.l. obseruandum; & alibi, si negligenter quę malè usurpantur omittimus, excessus uiā
48 alijs aperimus.ut.93.di.c. puenit.¶ † Sequtur nō litigiosus, ꝓhibetꝰ aūt litigiosus ordinari tribus de causis prima, est uitiū, qđ cōsistit ī doctrina ꝑdicationis ipsius; cū sit superbus & arrogans, nescit humiliter ꝓferre quod docet.ut 46.dis.c.j.nihil enim est impudentius arrogantia rusticorum. ut d.c.j.Secunda, est uitium quod attenditur circa conuersationem, quia litigiosus solet esse adulator, proditor, detractor, maledicus, inuidus, ioculator, scurrilis, & ad ulciscendam iniuriam facilis.46.dis. c.hoc habe.§.fi.&.c. sequentibus. Tertia causa est, cùm ipse, quia sit litigiosus, & per consequentiam prouocet alios ad discordiā, non posset alios ad concordiam reuocare, quod tamen tenetur ex officio facere.ut.90.dist.c.j.& per totam distin.
49 ¶ † Debet ordinandus esse non cupidus. ut.47.dist.c.j. c. Archidiaconsu.85.disti.c. duplex est autem huiusmodi prohibitionis ratio, prima, quia cupiditas est omniū malorum radix.ut 47.dist.c.bonorum. Secunda ratio, quia mens excæcata cupiditate non uidet, quid expediat, semper uidet aurum, redditus computat, gratius intuetur aurum, quàm solem.47.dist.c.sicut hi.in prin.3.q.5.c.accusatores uel testes
50 suspecti.¶ † Sequitur domui suæ benè dispositus, scilicet familiæ suæ intelligitur, autē familiæ suæ benè dispositus siue benè præpositus, qui eam regit honestè exemplo & uerbo trahendo à uitijs ad uirtutes.ut 47.dist.c.sicut hi.§.necesse.huius prohibitionis duplex est ratio.una q̃a non habet frontem reprehendendi alios qui negligit corrigere suos. ut in d.c.sicut hi alia, quia præsumitur uehementer contra eum de crimine negligentiæ, quia magnum est.& magnam pœnam inducit. ut no.s.eod.tit.§.ex duobus. si tamen familiam suam correxerit quantum in se fuit, ipsa nihilominus in sua malitia permanens in correpta remansit, non imputaretur patrifamiliàs, nec repelletur à ꝓmouendo.ut 47.dist.d.c.sicut.§.fi.c. quantumlibet & c.quod ad nos. præsumitur tamen prima facie contra eum q̃ per eum steterit donec cōtrarium probetur.ut 18.
51 dist.c.peruenit. ¶ Promotus † autem ad curam ecclesiæ & maximè ad episcopatū debet esse benè dispositus ecclesiæ suæ, ut canonici uel clerici canonicè uiuant, obseruantes diuinæ scripturæ doctrinam, & documenta sanctorum patrum, nihil incompositè præsumant agere.ut de consecrat.dist.5.c.in omnibus.ut tales ad ministerium eligat quæ dignę possint sacramenta dominica tractare.ut 23.dist.c.tales.ut singula officia singulis committat. 80.dist.c.adhæc, ne promiscuis actibus rerum turbentur officia.ut C.de testa.l.cōsulta diualia. Item non committat tyronibus sed expertis. ut 49.dist.c.si officia, ut quatuor fiant portiones de redditibus ecclesiæ.ut 12.q.2. c. Vulteranæ c.quatuor ca.concesso.& si quid de portione fabricæ remanserit recondantur in thecis, ut si maior emerserit fabrica, sit subsidio quod diuersi temporis diligētia potuit custodire. aut certè ematur possessio quæ utilitates communes respiciat:ut 12. q.2.c.nobis:ut nullus in ecclesia degens sit indigens, sed omnia necessaria ab episcopo, suisque ministris percipiat.ut.12. q.2.c.uidentes. ut precarias ecclesiæ possidentes professiones faciant, ne per retentionem diurnam præiudicium ecclesiæ afferatur. ut 12.q.2.c.sæpe:ut pro cōpendio suarum rerum possessiones ecclesię nullus excollat negligēter.ut 12.q 4. c.quodcun-

quodcunque, ut sic prælati tam custodes chartarum quàm defensores rerum creditarum, ut preceptum est, iudicentur. ut 16. quæst. 1. c. in canonibus. ad fin. ¶ Item
52 prælatus † in ecclesia sublimior aliis se dicat, intra domum uerò collegam præsbyterorum se esse agnoscat. ut 95. dist.
53 c. episcopus in ecclesia. ¶ † Sequitur nõ neophitusu'e. Vnde uidendum est qui dicantur neophiti. & quare prohibeantur neophyti ordinari. Neophyti dicuntur noui in fide. ut 48. distinct. c. quoniam. à neos quod est nouum, & phytos quod est fides, inde neophyti dicuntur noui in religione. ut 48 dist cap. sicut olim ¶ Causa prohibitionis est duplex. Vna ne incidát in superbiam, putantes quòd fides catholica, siue religio multũ eis indigeat 48. di. c. 1. & c. quoniam. Alia causa est, quia neophyti non sunt experti statum ecclesiæ, uel religionis; & ideo nescirent esse graues & se contemperare pro diuersitate personarum sibi subiectarum. ut 48. distinct. c. sicut. Graue enim est inexpertis hominum obsequijs sociari. in 19. quæst. 3. monasteriis. & simile 61. distin. c. miramur, in fin. ff. de ua. mune. l. prætor. § ult. & alibi lex dicit, honoris augmentũ non obiectione sed labore ad unumquemq; conuenit deuenire. ut. C. qui milit. non pos. l. ij. quidẽ. li. 12. ¶ Sed nũquid his causis cessantibus potest neophytus promoueri. Videtur quòd sic nam prohibitiones ecclesiæ proprias habent causas, quibus cessantibus cessant & ipsæ. ut 61. dist. c. statuimus. §. his omnibus. & c. neophytus. & infrà de appel. c. cum cessante: è contra uidetur quòd licèt causæ cessent, non tamen cessat prohibitio. ut 19. q. 2. c. duæ 32. q. 1. c. dixit. Ad hoc dico quod clericus secularis quantumcunque sit humilis & instructus in regula monachali uel regulari, non potest eligi in abbatẽ uel rectorem ecclesiæ regularis, nisi professus sit, & expertus asperitatem regulæ: non enim sufficit scire sed necesse est experiri, probari, & probare. ut suprà. de elect. c. cum ad nostram. & c. officij. 19. q. 3. c. monasterii. imò si aliqui non profesi ordinem regularem, sint iam in abbates assumpti, debent sublato appellationis obstaculo remoueri. ut suprà de electio. cap. cum in magistrum & c. cum causam. propter hoc non sufficit Domino beatum Petrum scire fragilitatem humanæ conditionis, sed uoluit ipsum in seipso potius experiri, ut disceret qualiter esset aliis miserandum. ut 1. distin. c. considerandum; monachus tamen potest eligi in episcopum. ut 61. di. c. benè. quod intelligo præmissa postulatione & admissa, aliàs secus. ut 58. dist. c. 1. & 2. Item laicus dummodo literatus postulari potest
54 in episcopum. ut 61. dist. c. Osius. ¶ † Item neophytus potest & dicunt quidem recipere minores ordines, sed non sacros. ut 48. distin. c. quoniam & c. sicut. Alij contra. quòd nec etiam minores, donec sit probatus. ar. 19. q. 3. c. monasterijs, quod uerius est. Nec obstat his quæ dicta sunt quod legitur de Nicolao, Seuero, & Ambro. qui neophyti sunt electi. Illud enim factum est inspiratione diuina. De Nicolao fuit reuelatum cuidam episcopo ut in legenda continetur. Seuero insedit columba suprà caput. Ambrosio assurrexit terra pro cathedra. & ideo non sunt trahenda ad consequentiam, aliàs exemplo Ambrosii posset quis eligi ante baptis-
55 mum, quod esset absurdum dicere. † Sed quæritur, quare secularis clericus possit esse episcopus regularium, non tamẽ eorum præpositus, prior, uel abbas? Respondeo, propter excellentiam episcopalis dignitatis. quasi episcopus sit religiosior monacho. uel ideò, quia abbates & priores intersunt priuatis disciplinis monachorum, episcopus nõ, tanquam qui ignorat ea quæ sunt regulæ; illud ergo committet alicui monacho, ipse uerò puniet ea qui maiorem discussionem exigunt & maiorem animaduersionem: unde circa hoc consueuit distingui, ut si de excessu monachi in figura iudicii agatur, episcopus pro tribunali cognoscet & puniet. Si autem de plano, tunc abbas uel prior corriget secundùm monachales disciplinas ut 11. q. 1. ca. de persona. infrà de offi. or. c. quanto. & ar. C. de emen. propinquorum. l. una. C. de pa. potestate. l. 3. uel aliàs prima. correctio spectat ad Abbatem seu priorẽ, quia hoc generale est

est quòd quilibet prælatus habeat iurisdictionem siue sit Abbas siue prior. ut. j. de immu. ec. c. non minus, infrà de maior. & obed. c. cum in ecclesijs. uerius est in his consuetudinem attendi, quæ dat iurisdictionem. ut. C. de emancipa. l. j. 9. quæst. 3. c. conquestus.

56 ¶ Nunc uideamus † per quos hæc examinatio ordinandorum facienda sit. Et est sciêdum, quòd quamuis secundùm antiqua iura tempore scrutinij episcopus eligere debeat de suo latere aliquos gnaros diuinæ legis qui examinent ordinandos. ut 24. dist. c. quando episcopus: hodie tamen hoc uidetur spectare ad officium archidiaconi, ut infrà de offi. archi. c. Ad hæc & c. ut nostrum. & facit ad hoc 22. dist. c. psalmista, & præterea si indignus presentetur ad ordines, tenetur is qui examinauit & præsentauit. ut 54. dist. c. si seruus, tenetur etiam & episcopus ordinator. ut. j. de æta. & qualita. ord. c. accepimus: nam & post examinationem archidiaconi, nihilominus ipse ordinator debet examinare, uel tenetur episcopus de facto sui Archidiaconi, sicut & exercitor nauis de facto sui magistri. ut. ff. de exercito. l. j. §. magistrũ: unde si archidiaconus represenret aliquem ordinandum ad titulum sui patrimonij cum nullum habeat, & hoc archidiaconus non ignoret, episcopus autem ignorat, puto quòd ordinatus agere posset primo loco contra archidiaconũ. Nec obstat si de dolo ipsius ordinandi excipiatur, ne per hoc mendicare compellatur in ignominiam cleri. ut 93. dist. c. diaconi. Sed si archid. non sit soluendo, agetur secundo loco contra episcopum, quia in culpa fuit nõ examinando, sed in archid. de dolo, dolus autem præponderat culpæ. ut. ff. ad. l. Acqui. l. Item si obstetrix.

57 ¶ Ordines † minores possunt simul oẽs conferri eidẽ ut infrà de eo qui ord. fur. susc. c. cum. h. lator. Et ar. 77. dist. c. quicũque: dum tamen consuetudo contraria non impugnet, quæ non seruata scandalum generet, uel secundùm alios, si consuetudo loci hoc habeat. & hoc tenet Tan. & ego. Sacri autem ordines singuli, & per certas interstitias temporum debẽt conferri. ut 77. dist. c. in singulis. & c. quicunque; & licèt plerunque contingat, ꝙ ordinator continuet ieiuniũ à die sabbati usque ad diẽ dominicũ, ut illi qui ordinari nõ potuerũt die sabbati in sero, ordinẽtur ĩ die dominico in mane. ut 57. dis. c. quæ à patribus; nõ tñ intelligas, ut illi ijdẽ qui pmoti sũt in die sabbati ad aliquos sacros ordines possint die dominico ad alios pmoueri, sed illi tãtùm ꝙ die sabbati ordinari nõ potuerũt, ut dictũ est: cũ enim ppter cõtinuationẽ ieiunij fingatur sero diei sabbati, & mane diei dominicæ unũ diẽ efficere, si ordinatus ĩ sabbato, ordinaret in die dominico, iã bis idẽ eodẽ die ordinaretẽ, qđ esset absurdũ, & de hoc arguit bononiẽsis epus. j. eod. tit. c. literas. ¶ Sed an sero diei sabbati trahat ad mane diei dominicę, uel mane diei dominicę ad sero diei sabbati retrahat, dubitauerũt antiq, & adhuc sub iudice lis est. circa hoc dixerũt qdã ꝙ mane trahitur ad sero, ita ut si aliqũ cõtinuato ieiunio mane diei dominicę ordines cõferũtur, in die sabbati cõferri uideãtur Nã iura loquentia de ordinationibus dicũt quod in quatuor tẽporibus & die sabbati ordines cõferuntur. ut. j. eo. tit. c. j. & 2. 75. dist. c. ult. Fallit hoc in cõsecrationibus episcoporũ quæ ĩ diebus dominicis fieri debẽt. ut 75. dist. c. quod die dominico. Itẽ fallit in minoribus ordinibus & cõsecrationibus uirginũ quæ in diebus dominicis cõferũtur. ut hic. c. j. Illud uerò c. quod die dominico. quod ualdę est cõtra eos, intelligũt in cõsecrationibus episcoporũ nõ in ordinibus cõferendis, & hoc patet per exẽpla ibi posita de apostolis qui tũc consecrati fuerũt. Hugo. & sui sequaces dicũt die dominico cõferri oẽs ordines & ẽt baptismũ de con. dis. 5. c. uenerabilis. facit p ipsis illud. c. quod die dominico, & illud. c. quod à patribus. in uerbo illo. Sed post diem sabbati &c. Ad quod primi Respondent; post diẽ sabbati cęptũ, & nõ finitũ. Prima opinio magis placet ꝙ die sabbati ordines conferantur; & quòd mane diei dominicæ trahatur ad uesperam diei sabbati cõtinuatione ieiunij, cum contingit mane diei dominicæ ordines conferri: nam si uera esset opinio Hug. quare necessaria esset continuatio ieiunij? cum & fit in sero.

in sero diei sabbati comedat ordinator, in mane diei dominicæ ieiunus inuenietur, unde sicut posset consecrare, eodem modo secundùm eum & ordinare. Teneas
58 ergo quod superius est dictum: † Et si tu quæras quare tãtùm die sabbati sacri ordines conferantur; Ratio est, quia sabbatum significat requiem, & qui transit ad clericatum, quod fit irreuocabiliter per assumptionem maiorum ordinum, de labore secularium negociorum transit ad ocium scematis clericalis; & ideo hoc fit die sabbati: quia uerò per minores ordines non obligatur aliquis clericatui, quin redire possit ad licentiam datam ab apostolo. ut 28. dist. c. de his, in fi. icircò minores ordines alio die quàm die sabbati conferuntur, maiores autem non nisi die
59 sabbati, ut dictum est. ¶ Restat † uidere quid iuris sit, si quis sine examinatione fuerit ordinatus, uel si in scrutinio suum suppressit impedimentum. In primo enim casu distinguo. Aut enim est ignotus, aut notus. Item aut est aliàs dignus, aut indignus. Si ignotus & aliàs dignus, eo tamẽ ipso ꝙ sine examinatione se patitur ordinari, se fecit indignum & debet deponi. ut 24. dist. c. ultim. Si ignotus & indignus, tũc duplex causa depositionis subest. vna, quia sine examinatione se ordinari permisit, ut dictum est. Alia, quia cum sciret se indignum, debuit in ordinatione sua prodere crimen suum, uel impedimentum ut. l. dist. c. ex pœnitentibus. Si uerò notus & dignus, tunc in nullo peccatur: Noti enim examinandi non sunt ar. 24. dist. c. nullus il. 2. c. 47. dist. c. de Petro. 94. dist. c. ualde. tamen fallit in consecratione in qua etiam noti examinantur. ut 23. dist. c. qui episcopus. Sed si notus & aliàs indignus, in causa depositionis existit; quia crimen suum & defectũ occultum debuit confiteri. ut. s. dictũ est. Sed quod dixi, ignotum & dignum sine examinatione promotũ deponi debere, hoc fit uel in odium sui, qui se fecit taliter ordinari; uel in odium ipsius, ꝙ ipsũ taliter ordinauit, ad hoc 70. dist. c. 1. 16. q. 7. c. decernimus. 21. q. 2. c. 1. &. 1. q. 4. c. ecclesia in prin. ubi in odium consecratoris dicitur ecclesia excerata potius quàm consecrata. Item quod dixi, notum & indignum sine examinatione promotum in causa depositionis existere, quia crimen suum non fuit confessus; intelligo de graui crimine, secus in leui. ut 68. dist. c. j. Itẽ quod dixi suprà, tales sic promotos deponi debere, intelligo non per ordinatores, sed per superiores. ut. j. de ele. coniu. c. diuersis fallacijs, in fi. cum & ipsi ordinatores sint in causa depositionis, quia sic ordinauerunt. ut. j. quæ. j. c. si qui episcopi. in Auth. quomodo oportet ele. ad ordi. pdu.
60 §. oportet. † Vnum tamen non omitto, ꝙ si aliquis tempore suæ ordinationis proprium prodat impedimentum, & nihilominus ordinator nõ intendens dispensare ipsum ordinat; detecto postea impedimento, ordinatus est deponendus, & est casus illius c. si qui sine examinatiõe. 81. dist. ¶. In secundo casu, scilicet cum aliquis impedimentum suum in ordinatione non prodit, uidetur esse in causa depositionis, nam quilibet in ordinatione sua impedimentum prodere debet ut 24. dist. c. quando. &. c. ulti. 81. disti. c. Tantis. &. c. quicunque. 8. q. 3. c. Artaldus. in fi. Et eodem modo quilibet tenetur in iure crimen suum detegere, de quo agitur, si fuit super eo interrogatus. ut 11 q. 3. c. quisquis 35. q. 5. c. uidetur si duo 15. qu. ulti. c. 1. & pen. quod Hug. putat tam in ordinatione quàm in iudicio. Sed in ordinatione dicit sufficere, si quis dicat in genere se criminosum, & sic petat dispensationem. Sed si specialiter pro aliquo crimine fuerit interrogatus, respondebit se pœnitentiã egisse, uel non respondebit: nam specialiter interrogare magis uidetur suggerẽtis quàm quærentis ut. ff. de quæst. l. 1. §. q quæstionem. Non obstat ei, quod superius dixi, quod legitur de pœni. disti. 1. c. quis aliquando. §. his auctoritatibus ad med. ubi dicitur non tibi dico ut te prodas in publicum; quia illud loquitur de pœnitente qui non debet in publico se prodere; secus in examinatione ordinandi, in qua quis se prodere debet; nisi enim se prodat non poterit secum dispensari, & debet se prodere coram pluribus, quia prodere, est in publico dicere. ut. 2. q. j. c. si peccauerit: Sicut enim episcopus non

pôt audire causam nisi cum clericis suis.
ut 15.q.7.c.episcopus, sic nec solus potest
dispensare; qualiter enim quis probabit
secum dispensatum fuisse, nisi coram plu-
ribus factum fuisset, ut. j̄. de schismati. ca.
fraternitati. Alij dicunt quod nec in iudi
cio, nec in examinatione ordinandorũ
tenetur aliquis se prodere, quia & Deus
occultat peccatũ, de quo aliquem pœni-
tuit. ut 32.q.j.c.Apud. in fi. Et sicut licitũ
est alicui redimere sanguinem suũ quali-
tercunque potest. ut 2.q.3.§.notandum. ff.
de bonis eorũ qui ante sent. mor sibi cõ-
sci.l.j. sic & honorem suum. Circa quod
uidetur dicendum, q de occultis pecca-
tis, & de non enormibus, de quibus acta
est pœnitentia, non tenetur ordinandus
in genere uel in specie confiteri; nõ enim
eget dispensatione, quia illa non deiici-
ciunt iã promotum, nec impediunt pro-
mouendum ut no. s̄. eo. tit. §. circa primã
regulam. Vel siue in specie siue in genere
quæratur, poterit sic respondere; si hoc,
de quo quæritur commisi, uel aliqua mor
talia commisi, pœnitentiam inde egi. Sed
quid si in specie interrogatus super ali-
quo mortali respondeat ordinandus se
commisisse, & pœnitentiam non egisse,
nunquid hæc confessio præiudicat ordi-
nando, & possit inde puniri? uidetur q
sic, ut. s̄. de elec. c. per inquisitionem. & j.
de excess. prelat. c. quàm sit graue; uerius
tamen est contrarium, ut non præiudicet
nisi in hoc solo, ut non admittatur ad or-
dinationẽ. ut. 24. dist. c. quando. in fi. & ar.
ad hoc. j̄. de excep. c. Denique. §. ult. j̄. de
ordi. cog. c. cum dilectus. ff. de his qui no.
61 infa. l. lucius. ¶ In summa † notandum
est, q episcopus consecrari debet à metro
pol. cum tribus uel duobus episcopis. ut. j̄.
eo. tit. c. nec episcopus. j̄. de sacra un. c. j. in
principio, uel tres episcopi de mandato
metropol. hoc possunt. ut 64. disti. c. com-
prouinciales. Metropolitanus aũt conse-
crabitur ab omnibus suffraganeis, si tamẽ
omnes conuenire possunt; & fiet conse-
cratio in ciuitate metropolitana. ut. j̄. eo.
tit. c. si archiepiscopus. 51. dis. c qui in ali-
quo, in fi. 65. dist. c. quia 66. dist. c. archiepi
scopus il. 2. 43. distin. c. metropolitano. Et
idem intelligo in primatibus, & patriar-
chis; sed quamuis ita sit de iure, de con-
suetudine tamen obtinet, & sic hodie ser-
uat generalis ecclesia q nullus archiepi-
scopus, Primas, uel Patriarcha consecra-
tur, nisi à Papa uel alijs de mãdato ipsius.
& argumen. ad hoc. 24. q. prima. c. pudẽdã.

S V M M A R I V M.

1 *Scrutinium quid sit.*
2 *Scrutinium quando & per quos fieri debeat.*
3 *Scrutinij forma quæ sit.*
4 *Dignus quilibet præsumitur nisi contrarium probetur.*
5 *Excommunicatus quis in dubio præsumitur.*
6 *Fornicatio potius præsumitur quàm matrimonium.*

¶ DE SCRVTINIO IN ORdine faciendo. Rubrica.

DICTVM est suprà de ordinãdis,
sed quia ordinandi examinandi
sunt, ideo subijcitur rubrica de
scrutinio in ordine fa. ¶ Videamus igi-
tur, Quid sit scrutinium: Quando fieri
debeat. Item per quos. Item quæ sit for-
ma scrutinij faciendi. ¶ Et est sciendum
1 q † scrutinium nihil aliud est, quàm exa-
minatio, & ideo iura dicunt neminem si-
ne examinatione ordinari debere. ut no.
2 suprà ti. proxi. §. restat. † Fieri autem de-
bet scrutiniũ feria quarta ante ipsam or-
dinationem. ut 24. dist. c. quando. in prin.
Per quos autẽ debeat fieri no. s̄. tit. proxi.
3 §. nunc uideamus. † Forma scrutinij quæ
sit uideamus. Et est sciendum q duplex
est scrutinium. Vnum quod habetur ante
ordinationẽ ut superius dictũ est. Aliud
de quo hic tractatur. Forma primi scruti
ni habetur 24. distin. c. quando episcopus.
Forma secundi habetur hic, nam in Ro-
mana curia prior diaconorum, in alijs ec
clesijs maiores diaconi, idest, archidiaco
ni dicunt. Postulat sancta mater ecclesia
hunc subdiaconũ ad onus diaconatus uel
presbyteratus assumi; & ordinatore inter-
rogante, si eum nouerit esse dignum. Re-
sponet diaconus. ut hic dicit. j̄ c. unico. &
ex hac decret. illud generale colligitur.
4 † quemlibet præsumi esse dignũ nisi pro-

 betur

betur contra.simile, infrà de præsump.c. dudum.ff.de manu.testamen.l.testamento seruos.ff.de leg.2.l.cum pater.§.rogo. infrà de iudi.c.cū deputari.ff.de fideicōmis.liber.l.Thays.§.sorore. Sed contra psumitur non idoneus, nisi probetur idoneus.C.de his qui ueni ęta.impe.l.3.C. de probatio.l.2.ff.de magistratibus.l.j.§.
5 magistratibus. † Item in dubio præsumitur quis excommunicatus.ut.j.de senten.
6 excom.c.cum desideres.§.secundæ; † & potius præsumitur fornicatio,quàm matrimonium.ut 30.q.5.c.aliter.&.c.nostrates. Solutio, primum generale est, & secundum casuale, quod in casibus superioribus locum habet,& maximè in his quibus timetur periculum animæ, ubi præsumimus aliquem fore pagnum.ut de cōsec.dist.4.c.paruulos.&.c. nulla.j.de bap. & eius effec.c.j.præsumimus ecclesiā nō consecratā.ut de consec.dist.j.c.solenniter.&.c.ecclesię.præsumimus inordinatū. ut 68.dist.c.presbyteri.&.c.sc.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus renuncians episcopatus an & quando possit conferre ordines.*
2 *Minores ordines à quibus conferantur.*
3 *Ordines quot sunt.*

¶ DE ORDINATIS AB EPIscopo qui episcopatus resignauit. Rubrica.

IN tractatu ordinandorum, qui præcedit & sequitur, interponitur rubrica de ordinatis ab episcopo qui resignauit epis.uel excōmunicato. ¶ In quo
1 † breuiter est distinguendū; an episcopus renunciet loco tantùm, uel loco & dignitati. In primo casu renuncians,episcopus remanet, nullius tamen episcopatus, & ideo ordines cōferre potest in sua quondam diœcesi, & in aliena de consensu tamen & uoluntate diœcesani loci. In secundo uerò casu, nec minores nec maiores ordines conferre potest Si tamen aliqui minores ordines à tali receperunt ne scienter, tolerantur in illis, & ad maiores licitè promouentur. Sed si à tali sacros ordines scienter receperint, executionem officij non habebunt. Si ignoranter, nisi crassa & supina fuerit eorū ignorantia, cum eis poterit dispensari.ut.j.eo.tit.c.1.Facilius autem pontificalia exercere permittitur ei qui cessit loco tantùm, quàm ei qui cessit loco & dignitati. Et est ratio, quia in primo casu præsumitur quis cessisse ex debilitate; uel ex alio iusto impedimento, uel saltem contemplationis amore. In secundo uerò casu,uidetur ex cōscientia criminis resignare.ut.s. de renū.c.post translationem.§.ulti.quāuis sex sunt causæ, propter quas cedendi licentia postulatur.ut.s.de renūc.nisi cū pridem. in prin. ¶ Toleratur autē si ab his, qui renunciauerunt dignitati & loco, minores ordines conferantur, & est ratio
2 quæ hic assignatur; † quia minores ordines à non episcopis conferuntur ut psalmistatus, hostiariatus, & lectoratus, scilicet à corepiscopis olim, & ab abbatibus hodie.ut 69.dist.c.quoniā. Item presbyter confert psalmistatum.ut 24.dist.c.psalmista. Quidam tamē intelligunt illud dictum psalmista non de ordinis collatione, sed de ordinis executione, sed hoc nō placet, quia ibi dicitur, quòd psalmista potest sumere officiū sola iussione presbyteri, non dicit officij executionē: Illi aūt qui dicunt ordinem psalmistatus conferri ab episcopo executionem uerò iussione presbyteri, mouentur ex eo, quod fit in collatione aliorum ordinum. Nam & in alijs ordo confertur ab episcopo, & in signum executionis datur ab eodem episcopo aliquid ordinato, quod in hoc ordine non seruatur. ¶ Sed obijcitur, nullus debet sine titulo ordinari.ut 70.disti. c.1.&.2.Sed solus episcopus confert titulū.ut 16.q.7.c.nullus.ergo &c. Ad quod Respondeo,quia hoc locum habet non in minoribus ordinibus, sed in sacris. ¶ Et
3 no. † quòd nouem sunt ordines, quinque minores & non sacri,quatuor autem maiores & sacri. Minores sunt psalmistatus, hostiariatus, lectoratus, exorcistatus, & accolitatus. Maiores sunt subdiaconatus, diaconatus.presbyteratus,& episcopatus. Alij uerò dicunt.7.esse ordines, negant enim psalmistatū & episcopatū esse ordines,

net, sumunt hoc ex illo decreto.77.dist. c.illud. Sed quòd psalmistâtus sit ordo, probatur.34.dist.c.psalmista.21.dist.c.cle ricos.32.dist.c.seriatim.82.dist.c.clericũ infrà de ęta.& quali.c.cum cõtingat.27. q.1.c.si quis episcopus. & ad d.c.illud qđ primi pro se inducunt, sic respondent, ꝙ ibi dum dicitur, primò fit hostiarius, illud primò non recipiat præcedentia, sed sequentia; licèt aliàs primus & proximus dicatur, quem nemo præcedit.ut infrà de uer.signi.c. Ioseph.ff.eo.tit.l.ꝓximus. De episcopatu quòd sit ordo ꝓbatur.77.dist. c.1.infrà de presbyt.non bapti.mi.c.ueniens.21.dist. c.cleros.54.dist.c.si, seruus, in uerb.episcopalis ordo.&c.& quod dixi presbyterum posse conferre ordinẽ psalmistatus, intelligo de presbytero parrochiali, ad quem spectat cura ecclesiæ, & competentius in archypresbytero uel plebano. Item intelligo hos posse conferre in diebus dominicis, & in alijs festis, sicut in episcopo dicitur suprà eo.c.de eo.

3 † Et nota quòd cum his, qui ab excommunicatis recipiunt ordines ignoranter, poterit dispẽsari per suos episcopos.ut infrà eo.tit.c.2.Fiet autẽ hæc dispensatio quo ad executionem; excommunicatus enim etsi caracterem cõferat quem habet, executionem tamen quam nõ habet, conferre nõ potest.1.q.1.c.gratia.&.c.statuimus. &.9.q.7.c.Daybertum.

SVMMARIVM.

1 *Ordinandorum ætas & qualitas.*
2 *Aetatis defectus repellit ab ordinatione.*
3 *Episcopi ubi debeant consecrari; & ubi Metropolitani, Primates, & Patriarchæ.*
Papa ab episcopo Hostiense consecratur.
4 *Forma ordinandi episcopos.*
Sacramenta ecclesiastica unitatis sunt, & diuidi non debent.
5 *Substantialia ordinum quæ sint.*
6 *Missa an sit de substantia ordinum.*
7 *Promotus in episcopum aliquo ordine prætermisso, an alios ordinans, ordines conferat.*
8 *Mulier ordinata caracterem non recipit.*
Mulieribus quæ sint prohibita.
9 *Clauis regni cælorum Apostolis tradita fuit.*
10 *Prælatus an possit cogere clericos inuitos ad ordines recipiendos.*
11 *Ordinem an recipiat qui coactus ordinatur.*
12 *Clerus promoueri & petit ordinari ubi nullo prælato, autem remitente quid fit.*
13 *Ordinati ab episcopo alieno sine licentia proprij episcopi, an recipiant ordinis executionem.*
14 *Ecclesiæ parrochialis iura uel regimen cui cõmitti debeant.*
15 *Clericus an plures ecclesias habere possit.*

¶ DE AETATE ET QVALItate ordinandorum. Rubrica.

DICTVM est suprà de ordinãdis, nunc dicendum est de præficiendis; & quia in præficiendis tria requirũtur, scilicet ætas, qualitas, & ordo.idcirco subijcitur rubrica de æta.& qualit. in ordine præfi. ¶ In præficiendo in episcopum requiritur ætas 30.annorum exacta & completa.ut.s.de elec.c.cum in cũctis, in.j.resp. Sed uidetur quòd sufficiat inchoata secundùm quod legitur.ff.de mu. & ho.l.ad rem publicam. Sed illud obtinet in secularibus dignitatibus; uel hoc est speciale in episcopali dignitate; uel distingue breuiter. Quãdoque fauor est in causa ut in usucapione, & tunc uel minimo momento nouissimi temporis sufficit inchoari.ut.ff.de diuer.& tempo.præ.l.in usucapione in prin. Quandoque odium, ut in præscriptione 30.an.& tunc oportet annum impleri.ut.ff.de actioni & ob.l.in omnibus: Quandoque utrunque est in causa fauor & odium, & tunc computatur tempus de momento ad momentũ.ut.ff. de mino.l.3.§.minorem In præficiendo personatum uel ecclesiæ parrochiali requiritur ætas 25.annorum.ut in d.c.cum in cunctis.§.inferiora.& in hoc casu sufficit, si qs ultimũ annũ attigerit.ut ibi dicit.Sed obijcit,ꝙ ꝓficiendi sũt decanatui, præposituræ, archypresbyteratui, & ecclesijs parrochialibus, presbyteri fieri debẽt. ut.j.eo.&.c.præterea; uel esse debẽt ut 60.dis.c.1.2.& 3.sed presbyter esse uel fieri nõ põt nisi in 31.anno.ut in sequentibus apparebit.ergo &c.Ad quod respondeo,ꝙ in his, de quibus ꝓximè dictũ est, tẽpus sacerdotij arctatũ est per d.c.cum in cũctis.& ad huiusmodi personatus assumpti in 25.an. possunt & ad sacerdo-

tium promoueri, quum illis personatibus & regiminibus ecclesiarum parrochialiũ onus sacerdotij sit annexum. ¶ Hic circa ætates præficiendorum, & circa ætates ordinandorum distingue; quia aut quis ab infantia traditur militię clericali: aut est grandęuus, qui postulat ordinari. In primo casu à 7.an.usque ad 12.potest recipere omnes minores, usque ad accolitatum; post. 12.an.quandocunque recipiet accolitatum in 20.an.uel in 21.recipiat subdiaconatum.ut 26.an.diaconatũ. in 31.presbyteratum.ut.77.dist.c.in singulis c.quicunque.&.ca.seq.quamuis hodie in quibusdã tempus sacerdotij sit artatũ, ut superius dictũ est. ¶ In secundo casu, scilicet cum grãdęuus postulat ordinari, potest recipere ordines hoc modo. In primis duobus annis postquam clericus fuerit, recipiet omnes minores; in reliquis quinque, omnes maiores.ut 77.dist. c.quicunque, dispensatiuè tamen propter necessitatem ecclesiæ posset laicus grandęuus recipere omnes ordines infra annum & dimidium, monachus uerò per annum ut.77.dis.c.monachus. Sed quamuis hæc temporaliter sint statuta: Episcopi tamen nostri temporis in clericorum multitudine gloriantes, pueros ad sacros ordines promouent, his interstitijs non seruatis.ut.ĩ.de temp.or.c.uel non est compos. facit hoc nimia episcoporum remissio, qui pompã multitudinis quærunt, & putant ex hac turba aliquid sibi dignitatis acquiri; aut quibus aliud præstare non possunt, ordines largiuntur, quod tamen oportet districti semper esse iudicij; rarum est.n. omne quod magnũ est ut.59.dist.c.si officia ad si.

2 † Et est sciendum, ꝙ propter defectum ætatis repellitur quis ab ordinatione.ut 77.dist.c.in ueteri, & ab electione.ut.ĩ.de electi.c.cum in cunctis. Hos omnes ordines conferre debet episcopus de consilio suorum clericorum ut 24.dis. c.episcopus. Maiores conferre debet in ecclesia episcopali.ar.77.dist.c.1. Minores in qualibet ecclesia sui episcopatus. ar.75.dist.c.quando.

3 † Episcopi autẽ cõsecrantur ubi Metropolitanus elegerit.ut 51.dist.c.ult.in fin.Metropolitani, Primates, & Patriarchę in suis ecclesijs, ut no.ĩ. de tem.or.in fin.quod intelligo, nisi necessitas aliud exigat ar.63.dist.c.quanto 23.dist.c.in nomine domini. Papa consecratur ab episcopo Hostiensi, qui in hoc uicem Metropol.obtinet, & in sua ecclesia, si hoc fieri potest, alioquin in quacunque & extra urbem.ut 23. dist.d.c.in nomine domini. 4

De forma † ordinandi seu cõsecrandi episcopos legitur 23.distin.c. episcopus 65.dist.c.1.&.ĩ.de sacra unc.c. cum uenissent. De forma ordinãdi alios clericos legitur 24.dist.c.presbyter, cum reliquis c.usque ad c.psalmista. ¶ Et est sciendum, ꝙ si contra formam ecclesiæ ordinetur, nihil agitur.argu.12.qu.2.c.sine exceptione 30.quæ.5.c.aliter de cõse. dis.2.c.reuera.68.dis.c.corepiscopi.quod intelligo cum committitur aliquid, quod est de substantia arg.ĩ.de statu. monac.c. cum ad monasterium in fin.ĩ.de conditi. appo.c.ult.32.q.2.c.solet quęri; substantialia enim mutari nõ possũt inst.de here di. quæ ab intesta.defe.§.minus.ff.de cap. dimi.l.eas obligationes, Si ergo unum de substantialibus omittatur, nõ ualet quod agitur.arg.38.dist.c.quæ ipsis; & idem dico si diuidatur, si unus episcopus manum imponat, & alius episcopus, uel simplex presbyter benedictionẽ infundat. ut 23. dist.c.quorundam. Nam sacramenta ecclesiastica unitatis sunt, & diuidi non debent ut de con.dist.2.c.quia passus.24.q. 1.c.quia loquitur. Sed ijs obstare uidetur quod in eodem.c.quorundã., dicitur gradum sacerdotij, uel leuitici ordinis, quẽ peruersè adepti sunt, amittant, factum respiciunt & non ius; & quatenus de facto adepti sunt, catenus de facto amittant.

5 Quæ † autem sint de substantia ordinum dubitatur, credimus tamen librum, qui ponitur super ceruicem cõsecrãdi.ut 23. dist.episco, us, fore de substantia. Item numerum consecrãtium nã Metropolitanus cum duobus episcopis ad minus consecrabit.ut.ĩ.de tẽp.or.c.nec episcopi.ĩ. de sacra.unc.c.1.in prin.uel tres episcopi ut 64.dist.c.cõprouinciales c.dist.66.porro. Item quod unus ordinationem totã perficiat. nã si unus partem ordinationis faciat, & alius aliã partem, nihil agitur; sicut & si unus baptizandum immergat, & alter

alter proferat uerba, uel si unus proferat partem illorum uerborum. Ego te batizo &c. & alius aliā partem; sicut & etiam nihil agitur, cum uerba canonis diuidūtur: non sic in his, quæ canonem missæ præcedunt, uel sequuntur, quæ diuidi possunt, & per plures expleri.ut.7.qu.1.c.nihil. Sed quid si duo episcopi simul ordinant, ita ut uterque manum imponat, uterque omnia uerba proferat? puto ordinem eundem cōferri simul, & ab utroque. Et eodē modo dico cōferri baptismū cum duo simul immergunt, & simul proferunt uerba; Sic dico eandem sententiam simul & à pluribus ferri, cum plures iudices uel arbitri simul pronunciant.ut.ff.de arbi.l.Item si unus.§.Item si plures. Vnctionem autem non putamus esse de substātia, & ideo omissa suppletur.ut.j.de sac. unc.c.1.in prin. Item impositionem manus; uel si quis pro chrismate, oleo fuerit delinitus.j.de sac.non ite.c.1. Quidā tñ dixerunt ꝙ in ordinatione necessaria nō est manus impositio cum tactu corporali, sed sufficit sola manus extēsio.arg.ad hoc .ff.de aequi.pos.l.quod meo; sed hoc non placet. ut.j.de sacra.non iterā.c.ult.Item tempus ordinationis, & ætas ordinandi, non sunt de substantia.ut.not.s.de tempo. or.§.1.in fi.Itē ꝙ qs ordinetur a suo episcopo, nō est de substantia.9.q.2.c.Lugdunen. ꝙ à latino, non à græco, ordinetur latinus.ut.s.de tempo.ord.c.cum secundū.& c.quod translationem.Item quòd quis ad singulos ordines & per debitas interstitias temporum ordinetur.ut.s.de tempo. ord.c.literas. Item dubitatur an ieiuniū ordinātis & ordinādi sit de substantia? uidetur ꝙ sic.ut 75.dist.c.quod à patribus. & idem uidetur in alijs sacramentis, ut non conferantur à nō ieiunantibus uel à pransis.ut 67.dist.c.reliqui.de conse.dist. 2.c.liquido.& di.4.c.ut ieiunij.&.c.ut episcopi. & maximè in ordine hoc dicendū uidetur, quòd Pau.& Barnabas apostoli ieiuni manus imponebant.ut 75.dist.c.ꝙ die dominico, quod ob reuerentiam sacramentorum est inductum. Hugu.tñ dixit ꝙ pransus confert ordinem, & prāsus recipit; & idem dicit in quolibet alio sacramento, excepto sacramento Eucaristiæ. quod non credit confici, nisi tātūmodo à ieiunis, ut de con.disti.2.c.liquido. Sed Ber. Lauren.& Io. dicunt contrarium ex eod.c.nā ibi dicitur, post cenam dominus discipulis corpus & sanguinem suum tradidit; quamuis ibidem statuatur, ne pransus conferat, aut prāsus accipiat.

6 ¶ Item quid de missa, † nunquid est de substātia ordinum? Responsio dubitatur; & ideo in hoc, & in alijs, quæ in ordinationibus obseruari mandātur, nec cōstat an sint de substantia, uel de solennitatibus, nec ꝑ aliqua iura inueniatur ꝙ omissa suppleri debeant, credendū est his omissis ordinem non fieri, & ideo iterandum; nec tunc intelligitur iterari, quia non intelligitur iteratum quod ambigitur esse factum.ut.j.de presbyt.nō bap.c.ueniēs. uersus fi.66.dist.2.c.presbyteri: de cons. dist.1.c.solennitates. ¶ Sed quæritur de

7 illo, † qui prætermisso aliquo ordine, nō tñ sacerdotali, promouetur in episcopū; an ordinans alios, cōferat ordines? & est dicendum ꝙ sic, dummodo non conferat illum ordinem, quem non habet, quia tunc nihil ageret.ut 1.q.1.c.gratia &.j.q. 7.c.Daybertum. De eo autem, qui nullos ordines habens celebrat, dicemus infrà de presbyt.non ord.mini. ¶ Quid de

8 muliere, † nunquid si ordinetur, recepit caracterem? Respondeo non, impediente sexu & constitutione ecclesiæ; nā mulieres quamuis doctę, sanctę, ac religiosę, & etiam abbatissæ nec prædicare, nec benedicere nec excommunicare, nec absoluere, nec pœnitentias dare, nec iudicare, nec officium aliquorum ordinum possunt exercere.ut.23.dis.c.mulier & c. sacratas 33.q.5.c.mulierem infrà de sent.excō.c. de monialibus. quāmuis abbatissis obedientia & reuerentia debeatur, & ipsarū salubria monita & mādata debeant obser

9 uari.ut.j.de ma.& obe.c.delicta.† Nā licèt beatissima uirgo dignior & excellentior fuit omnibus Apostolis, non tamen illi, sed istis dominus claues regni cœlorum commisit.ut.j.de pœni.& re.c.noua. Nec præmissis obstat quod legitur.27.q. j.c. diaconissam.&.c.si quis rapuerit; iura enim illa loquuntur de diaconissis, non quæ ordinem diaconalem habeant, sed

quę

quæ inter aliâs moniales prærogatiuam aliquam obtineant, fortè circa omelias in matutinis legendas. Item non obstat. 32.dist.c.presbyter; ibi enim appellatur presbytera quia presbyteralis, non quòd esset ordinata, sed ordinati socia: unde in sequenti canone appellantur tales fœminæ, seniores uniueræ, uel matricuriç.i. matronæ, curam habentes ecclesiæ. sicut dicuntur matresfamilias. ¶ Sed quæritur 10 † an prælatus possit cogere clericos inuitos ad ordines recipiendos? & certè quidam canones dicunt, non debere aliquē inuitum cogi, ut 24.dist.c.1.& 2.&.c.ubi. quidam uerò dicunt contrariū, ut 74.dist. c.si qui clerici. &.c.placuit. ¶ Item circa modum cogendi etiam iura uariare uidētur; alicubi enim dicitur aliquem cogēdum per subtractionem beneficij, uel dignitatis ut 74.dist.c.episcopū; alicubi uerò dicitur, quòd minores maioribus in ordinibus præferantur, ut sic maiores in dignitatibus & priores in tempore uidentes, minores & posteriores ad ordines maiores promotos, honorem quem refugerant appetere cogātur & quæstum. ut 74. dist.c.consuluit. Prima discordia canonū sic consueuit ad concordiam reuocari, ut iura illa, quæ dicunt inuitum non compelli, loquantur in absoluta coactione; alia uerò, quæ dicunt inuitum fore cogēdum, loquantur in coactione conditionali. Secunda discordia circa modum cogēdi sic sedatur; ut canon ille, qui dicit aliquem cogendum per subtractationem dignitatis, locum habeat cum necessitas exigit aliquem ordinari: Alius uerò canon, qui dicit sic inuitos cogi debere, scilicet ut minores maioribus in ordinibus præferantur, intelligatur cum utilitas exigit aliquem ordinari; sed hæc solutio impugnatur per decre. quæ loquitur ī utroque casu scilicet necessitatis uel utilitatis alternatiuè, & tamen in utroque casu inuitum cogi debere per subtractionem loci & beneficij ut.j.eod.tit.c.quæris: Ad quod dic, diuersas inueniri circa hoc pœnas in iure, erit aūt in arbitrio prelati p quem modū, & per quam pœnam compellat, ita tamen ut una à principio sit contentus, ad alterā nihilominus processurus, si hoc meruerit proteruitas contumacis. ut infrà, ut lite nō cōtest.c.q̄m frequēter. Vel distingue plenius cum Raymundo, quia aliquando uult episcopus cogere clericū ad recipiendum ordinem annexum beneficio, uel dignitati quā habet; aliquando ad recipiendum alium. In primo casu uidelicet cū electum in archidiaconatū uult cogere ut fiat Diaconus; electū in Decanū, Archisprebyterū, uel Præpositū, uel Abbatē, ut fiat presbyter, pōt p subtractionē illius dignitatis uel beneficij, & appellatiōe remota. ut 60.di.c.innouamus. suprà de elec.c.cū in cunctis.j.eo. tit.c.1.in fi. Fallit tamen hoc in uno casu, scilicet cùm sine culpa sua post electionem & confirmationem, sed ante ordinē incidit in irregularitatem ar. ad hoc in d. c.cum in cunctis de elect. in uerbo illo, si canones non obsistant. Quidā tamen nō admittunt hunc casum per decre.j.eo.ca. 1.in fi. Sed illa intelligit, cùm sua culpa cōtraxit irregularitatē, & sic nō obstant iura quæ illi contraria assignantur. infrà de cle.ægro.c.1.ff.de sta.ho.l.qui furē.ff. de postu.l.1.§.casum 60.dist.c.præcepta. In secundo casu, cùm uult aliquem compellere ad recipiendum ordinem nō annexum beneficio uel dignitati, subdistingue; quia aut necessitas uel utilitas ecclesiæ exigit aliquos promoueri ad ordinē illum; aut non. In primo casu iterū subdistingue; quia aut ille clericus excusat se ratione criminis quod se commisisse proponit, aut ratione alterius impedimenti quod se dicit incurrisse, aut sola uoluntate. Si se excusat ratione criminis, debet episcopus promouere inferiores idoneos ad ordinem, & ipsum contradicentem remouere à beneficio quod obtinet in illa ecclesia, nisi aliter sit ualde utilis uel necessarius illi ecclesiæ. ut.j.eod.tit.c. quæris, & sic pōt intelligi illud c.cōsuluit 64. dist. ¶ Si uerò excuset se ratione alterius impedimenti, puta, propter infirmitatē, uel aliud impedimentum tēporale, uel perpetuū, nō proueniēs ex delicto suo, nō est cogendus; & si cogeretur, esset eius appellatio admittenda: sicut dicitur in tutore cuius legitima excusatio non admittitur. ut.ff.quando app.sit.l.1.§.si quis tu-

tor.

tor. Si autem sola uoluntate clericus se excuset, nullam aliã causam prętendens, nisi quia non uult, debet compelli app. remota per subtractionem officij & beneficij. ut 74. dist. cap. 3. & 4. & infrà eod. tit. c. quæris; & ubi non exigit utilitas uel necessitas ecclesiæ, non debet eos cogere inuitos; & si faciat, est puniẽdus. ut 74. dist. cap. 1. & 2. & cap. ubi; dicitur aũt exigere utilitas ecclesiæ, quando ecclesia indiget aliquibus ministris, & non sunt in ecclesia alij idonei præter istũ, quem episcopus uult compellere; necessitas autẽ exigit, quando ecclesia indiget ministro, & nullus alius est idoneus ĩ ecclesia præter istum, quem episcopus uult compelle-

11 re. ¶ Circa † hanc distinctionem quæritur utrum recipiat caracterẽ, qui coactus ordinatur. Ad hoc dicas quod sic, si coactio est cõditionalis ar. 74. dist. c. ubi ista. 45. dist. c. de iudæis. 1. q. 1. c. quod quidã. Nã in tali casu est ibi uoluntas ordinati saltem indirecta. ut 15. q. 1. c. meritò. Sed si fuerit absoluta coactio, tunc nec caracter infigitur, sicut nec in tali casu confertur baptismus, ut infrà de bap. & eius effectu. c. maiores. arg. 1. dist. c. presbyteros. infrà de his quæ ui. metus'ue causa fin. c. sacris. Sed nunquid continere tenetur is, qui cõditionali coactione est ordinatus? uidetur ꝙ sic, ne aliàs uideatur ordo contemni. ar. 45. disti. c. de iudęis. in fi. quia coacta uoluntas, est uolũtas. ut 15. q. 1. c. meritò, & hæc maximè secundùm illos, qui dicunt uotum continentię fore annexum sacro ordini. ar. 28. dist. c. diaconi 84. dist. c. cum in præterito. ¶ Ad hoc dicunt quidam ꝙ talis continere tenetur, nam licèt non debuerit cogi ad ordinem suscipiendum, susceptum tamen etiam per coactionẽ seruare tenetur per. d. c. de iudæis. Io. dicit non teneri, si metus uel coactio fuit talis, quę posset cadere in constantem uirum, aliàs sic. ut infrà quod met. causa c. 1. & c. cum dilectus filius. Itẽ quia integritas corporis res uoti est, non præcepti, suaderi potest, imperari non potest. ut 32. q. 1. c. integritas, & continentia non debetur, nisi uoluntaria. ut dist. 31. c. ante triennium 20. q. 3. præses. Pone ergo, quòd non tenetur continere, quia talis metus interuenit, qui potest cadere in constantem uirum, nunquid utetur priuilegio clericali? Videtur quòd sic, si uelit uiuere clericaliter arg. 32. c. si qui uerò sunt clerici. quod credo uerum, nisi pœnitus transiret ad contrarium actum. ut 84. c. quisquis. Vel aliter dicas, quòd si prius habeat uxorem legitimam, poterit illa uti sine peccato, & secundùm hoc solue præcedentem quæstionem: Si tamẽ ipsa uellet continere, & ipse nollet, non haberet priuilegium; aliàs si ipsa nollet, & ipse uellet quantum in se esset, nã tũc haberet priuilegium si uiueret clericaliter, ut dictum est. arg. 27. q. 2. c. multorũ. Si uerò ante non habebat uxorem legitimam, tenetur præcisè continere. argu. il-

12 lius. c. de iudæis. ¶ Quid si † clericus uult promoueri, & petit ordinari, prælatus autem non uult, quia forte nouit eum secretò impeditum, ratione criminis non enormis? Respondeo, si est clericus secularis, monebit eum ut desistat à tali proposito. Sed si monitus nihilominus instat, prohiberi non potest, uel impediri. ut. ĩ. de tempor. ordin. cap. ulti. non enormis ideo dixi, quia quod operatur crimẽ mediocre manifestum, hoc operatur crimen enorme occultum, ut probatur. ĩ. de tempor. ord. c. ulti. & notaui. eo. tit. §. circa, & idem intelligo, cum prælatus nouit clericum impeditũ, uel irregularẽ ex defectu, puta, propter bigamiam, uel defectũ natalium; quia tunc nec ordinabit, nec faciet ordinari. Sed opponitur de corpore Christi, quod maius est omnibus sacramentis, ut de conse. disti. 2. c. nihil; & tamen dispensator non prohibebat pingues terræ, id est, peccatores mensam domini manducare, sed exatorem timere moneat. ut de conse. distinctio. 2. cap. non prohibeat; & dominus Iudæ buccellam tradidit, ut de conse. distin. 2. c. sancta. & c. sicut Iudas, scilicet, die Iouis sãcta cùm præcedenti die proditionem fecisset. ut de conse. distin. 2. cap. liquidò. Ad primũ respondeo, illud locum habet in corpore Christi, ad quod suscipiendum sola contritio facit habilem. ut de consec. disti. prima c. quotidie; secus in ordine, ad quem nec peracta pœnitentia dignum facit

facit si de crimine enormi agatur, ut in prædicto.§.Circa notaui. Ad secundum sic. Hoc fecit dominus qui superior est omni iure, cui dici non potest cur ita facis? quod tamen ideo fecit, ut nos institueret, occultos peccatores per tolerantiã sustinere ut 2.q.j c.unus.in fi.Vel potest ad utrunque simul responderi, ut dicã aliud in sacramẽtis necessitatis,& aliud in sacramentis dignitatis.1.q.1.c. remissionẽ.§.sed notãdũ.si ergo decretalis illa. ex tenore literarũ.loquitur in clerico seculari cuius peccatum non enorme occultum est, notum tamen prælato: uel loquitur in clerico, qui petit ordinem ratione beneficij uel dignitatis,cui est ordo annexus; secus si ius petendi nõ habeat.ut eo. tit.c.de tempo.ord.c.ad aures: uel dic, ꝙ illa loquitur in regulari, qui contra uoluntatem sui prælati fortè scientis aliqua secreta commissa ipsius promoueri non debet; regulares enim fortius sunt astricti suis prælatis, quàm seculares.ut 12.q. 1.c.non dicatis. Item pone ꝙ episcopus uult aliquem compellere ad recipiendũ ordinem, & hoc facit propter odium, & nihilominus hoc exigit utilitas ecclesiæ illum ordinari, nunquid tenetur iste recipere ordinem? uidetur quòd non, quia episcopus non potest sibi taliter præcipere,scilicet propter odium uel aliã causam inhonestã; & si compelleret illum, uidetur quòd deberet deponi, licèt utile esset illum ordinari.ar.45.dist.c.1.&.c.Episcopum.j.eo.tit.c.tuã.Credo tamen contrarium, quia licèt episcopus sic peccet præcipiendo,iste tamen debet parere ex quo non est malum quod præcipitur,imo iustum & utile ecclesiæ 11.q.3.c. quid ergo 23.q.1 c.quid culpatur, in fin.33.qu.5.c.
13 manifestum. ¶ In summa nota † ꝙ ordinati ab episcopo alieno sine licentia proprij episcopi non recipiunt ordinis executionem,ut.s.de tempo.ord.c.quòd trãslationem; qui autem extra tempora debita se faciunt ordinari, debẽt deponi.ut.s. de tempo.ordi.c.sanè, potest tamen proprius episcopus cũ talibus dispẽsare.ut.s. de tempo.ord.ca.consultationem. ¶ De qualitate præficiendorum non amplius hic prosequor, quia de ea tractaui.s.de tempo. ordi.ubi prosecutus sum regulas
14 apostolicas. † In summa tamen notabis, quòd cura uel regimẽ ecclesiæ parrochialis minori 25.annis committi non potest. ut.s.de elect.c.cum in cunctis.§.inferiora.Nec obstat infrà eo.tit.c.indecorũ.Nã licèt prohibeatur committi regimen ecclesię parrochialis.j.14.annum, non sequitur quòd in 15.nõ posset cõmitti, uel ante 25.nisi morũ probitas suppleret defectum ætatis.ut 77.dist.c.ulti.C.de ꝓxi. sacro scinio. libr.12.l.j.&.l. unicuique; uel in illo.ca.cum in cunctis. ostenditur quid de iure cõmuni debeat,in illo. c.indecorum.à quo anno episc. possit dispen-
15 sare. ¶ Item plures † ecclesias clericus habere non debet.ut 21.q.1.c.1.&.2.nisi in quinque casibus. Primus propter unionem,ut 10.q.3.c.unio.j.de reli.do.c.quia. Secundus propter raritatem clericorum. ut 21.q.1.c.cleri.in fi.Tertius cum ecclesia est annexa præbẽdę uel dignitati.ut.j. de præben.c.Extirpandę. Quartus si quis unam habet intitulatã & aliam commendatam.ut 21.q.j.c.qui plures. Quintus est una dependet ex altera.j.eod.titu.c.Eam te. ¶ Dicitur autem una ecclesia dependere ex altera sicut loquitur decr.de rel. do.in c.quia sicut,& duæ arbores uniuntur,si iũcturam habeant supra terram.ut .ff.arb. fur.ce.l.si gemina arbor. & sic si una ecclesia subsit alteri,licet ꝑlato utrique pręesse; ita tamen ut in maiori resideat & in minori seruiat per uicariũ.ut.j. de præben.c. Extirpandæ.¶ Item si maior ecclesia construat aliquam minorem in proprio fundo, nihil impedit eundẽ præesse utrique, scilicet,maiori & minori.nã & episcopi dispensatione unus prelatus diuersis ecclesijs pręesse potest.ut 70.distinctione c. sanctorũ. ¶ Item nota, quòd qui reputatur dignus ad unum ordinẽ uel honorem,non debet ad alium reputari indignus.ut.j. eo.tit.c.Accipimus 74.dist. c.gesta.1.qu.1.c.Christus.arg.ad illud.j. de accus.c.nulli.j.de sent.excom.c.in ꝓsentia.ff.de libera.causa.l.qui sciens.ff.ad legẽ Iul.de adulterijs.l.si uxor.in fi ff.sol. matr.l.uiro atque uxore. Sed arg.contra .ff.de suspect.tut.l.3.§.quæri põt 12.disti. c.nos consuetudinem 15.qu.ultima.c.1.& c.Si quis

c. Si quis presbyter 34. dist. c. locorum & l. dist. c. quicunque. circa hoc sic puto fore dicendum, quòd si ordinator illum, quē ad unum sacrum ordinem ordinauit, per se examinauit, ab illo repellere non pōt, nisi forte postquam promotus fuerit, reddiderit se indignum ut in d. c. accepimus; secus autem si per alium examinauit, frequentius enim Archidiaconus examinauit ordinandos, ut no. s. de tempo. ordi. §. Nunc uideamus.

SVMMARIVM.

1 *Vnctio quid sit, qui & à quo inungantur. & nume. 2.*

2 *Vnguntur manus sacerdotis chrismate cum ordinatur.*

3 *Christianus quilibet bis ungitur ante baptismum.*

4 *Vnctiones sacræ quid significent; & quid operentur & nu. 5. remissiuè.*

DE SACRA VNCTIONE. Rubr.

DICTVM est suprà de ordinādis, & de præficiendis; sed quia aliqui ex ordinandis, & aliqui ex his q̄ præficiendi sunt dignitatibus, inunguntur, ideò subijcitur hic rubrica de sacra unctione. ¶ Videamus igitur Quid sit unctio; Qui & à quo inungantur: Quid significent unctiones. Item quid operen-
1 tur. ¶ Et est sciendum † quòd duplex est unctio, exterior, & interior. Per exteriorem uisibiliter corpus inungitur. Per interiorem inuisibiliter cor inungitur. Exterior signat interiorem. Interior autem est significatum exterioris & signum inuisibilis gratiæ, quam unctio uisibilis agit, & auget si dignè sumatur. ut in hoc tit. in 1. respon. ¶ Est autem unctio, quod ipsum uerbū sonat ut. ff. iudi. sol. l. iudicatum. ¶ Chrismate, quod ex oleo & balsamo conficitur, caput & manus episcopi
2 consecrantur. ¶ Quid † autem significet oleum, quid balsamum, quid unctio capitis, quid manuum, in litera explanantur. ¶ Vngitur princeps, nam in ueteri testamento ungebantur reges, ut 70. disti. c. 1. Sed tūc ungebantur in capite, sed unctio capitis in brachium est trāslata, unde hodie principes inunguntur in brachio, humero uel armo. Quid autem hæc significent, in litera continetur. ¶ Et est sciendum, q. princeps oleo delinitur ut hic. §. Vnde, ad fi. Vnguntur manus sacerdotis chrismate cum ordinatur. unde oratio illa, Consecrare & sanctificare digneris domine manus istas per istam unctionē & per nostram benedictionem, communis est & episcopis & presbyteris. ut hic, & 16. qu. 1. c. generaliter. §. hoc idem, circa fi. Inunguntur & reges, ut infrà eo. §. quia
3 uerò in prin. † Inungitur quilibet christianus bis ante baptismum, scilicet oleo benedicto primùm in pectore, deinde inter scapulas; & bis post baptismum, scilicet, chrismate sancto, primùm in uertice, deinde in fronte. Chrismate autē signare, munus episcopale est. ut 95. disti. c. peruenit. & c. presbyteros. de conse. dis. 5. c. omnes c. de his c. manus. & c. nouissimè: & 68. dist. c. quāmuis. §. de consue. c. quan-
4 to. ¶ Quid † autem significent illæ unctiones ante baptismum, & quid illæ quæ fiunt post baptismū, dicitur hic, & de cō. dist. 5. c. spiritussanctus. ¶ Vngitur ecclesia, cum dedicatur; altare, cum consecratur; calix autem, cum benedicitur. ut. j. eod. §. ungitur: & hæc consecratio ecclesiæ, uel altaris fieri habet cū missa & alijs solemnitatibus, quæ leguntur de consec. dist. 1. c. t. & 2. Sed quod dixi suprà, paruulos bis iungi ante baptismū, & bis post baptismum, sed ante baptismum oleo, post baptismum chrismate, recipit contrarium ex eo q. legitur. 11. dist. c. ecclesiasticarum, quod c. duobus modis obstare uidetur. Primò, quia dicit quod ter inungitur puer. Sed dico quòd ter inungimus quos baptizamus, unde ter inungimus usque ad baptismum, semel in scapulis, iterum in pectore, & hoc oleo sancto, tertiò in uertice, & tunc chrismate & tēpore baptismi, quarta autē unctio fit post baptismum in fronte, & illa fit chrismate. ¶ Secundò uidetur obstare in eo q. dicit, ter inungimus oleo; cum duæ tantùm primæ unctiones fieri habeant oleo, tertiò uerò chrismate, ut dictum est, dico illud

uerbum,oleo,quo ad duas primas vnctiones, significare propriè: quo ad tertiã unctionem,quæ fit in uertice,impropriè: Nã ponitur oleum pro chrismate,sicut econuerso chrisma ponitur pro oleo.ut 95.dis. c.illud.Vnctio igitur Principum,Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum spectat ad summum pontificem; Episcoporum ad Metropolitanos; sacerdotum, ecclesiæ,altaris,& calicis, ac paruulorum consignatio post baptismum, respicit ad Episcopos. Vnctio uerò paruulorum ante baptismum spectat ad simplices sacerdo-
5 tes. Quid autem † istæ unctiones significent, & quid operentur. satis hic in litera declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentum quid sit, quid signum, sacrificium, & misterium.*
2 *Sacramentorum quot species sint.*
3 *Sacramentorum effectus quis sit.*
4 *Sacramentorum quæ sunt reiterabilia, & quæ non.*
5 *Sacramenta quare instituta fuere.*
6 *Baptismum reiterans qua pœna puniri debeat.*

DE SACRAMENTIS NON iterandis. Rubri.

DICTVM est suprà de sacramento unctionis: sed quia quædam sacramenta iterari non debent, nam per iterationem iniuria fit sacramẽtis, quasi primò collata & in forma ecclesiæ nihil ualeant.ut de cons.dist. 4. c.ostẽditur. 1.q.1.c.quod quidam, ideo subiicitur hic rubrica.de sacra.non ite. ¶Videndum est igitur Quid sit sacramẽtũ: Quid signũ: Quid sacrificiũ: & Quid misteriũ. Secundò,quot sint species sacramentorũ. Tertiò, quis sit eorum effectus. Quartò, quę sacramenta possunt iterari & quę nõ. Quintò, quare sacramenta fuerint insti-
1 tuta. ¶Quid † autem sint, sacramentum, signum,sacrificium, & misterium, probatur 1.q.1.c.multi de cõs.dis. 2.c. sacrificiũ. &.c.signum. ¶Species sacramentorũ sunt
2 duæ † quædã sacramenta sunt generalia, & necessaria; quædam specialia,& uoluntaria. Generalia & necessaria sunt, quæ oẽs contingunt,& oĩbus conueniunt,& sine quibus uix aut nũquã saluus quis esse potest.Et sunt quinque,Baptismus,Confirmatio,Eucharistia,Pœnitentia,& Extrema unctio.Probantur hæc.de cõs.dis.4.c. nulla præter baptismũ.de cons.dis.5.ca.j. & 2.de cons.dis.2.c. & si non frequentius. inf.de pœ.& re.c.omnis utriusq;. de pœn. dist.1.c.nõ potest quis.95.dist.e.presbyteros.§.sed istud,Primũ est introeuntium ut baptis.unde ianua dicitur omniũ sacramẽtorũ.ut 32.dist.c.præter hoc.§.uerum.Secundum pugnantium, unde datur ad robur.ut de cõse.dis.5.c.spiritussanctus.Tertium est progredientium, unde & uiaticum appellatur.ut 26.q.7.c.qui recedũt. c.si quis de corpore.c.de his uerò.de cõse.dist.2.c.Iteratur. Quartum est redeuntium, nã redeuntibus datur, unde & secunda tabula post naufragium appellatur. de pœn.dist.1.§.secunda. Quintum exeuntiũ,nam tantùm exeuntibus de hac uita confertur. Sed magis propriè hic dicitur de baptismo, quod sit necessariũ quàm de alijs; quia in quibusdam, ut in pueris, nunquam est salus sine eo; sed in alijs sic, ut de conse.dist.4.c.nulla; in adultis uerò & discretis sæpe est salus sine eo, & sine alijs, non dico spretis, sed non receptis. Vel posset dici quod nec adultis est salus sine baptismo, uerum est interiore; in adultis uerò reqrit baptismus interior,ĩ pueris sufficit exterior ablutio. Specialia & uolũtaria sunt,quæ nõ omnibus, qui uiuunt, conueniunt; sed quibusdam, cum quibus & sine quibus salus esse potest, & ad quę nullus compellitur; & est ratio, quia & sine eis & salus est; & sunt duo,scilicet ordo & coniugium. Istorum specialium & uoluntariorum quædam sunt sacramenta dignitatis, & ideo Gratianus alibi distinguit, sacramenta quędam necessitatis, quędam dignitatis. ut 1.q.1.ca. remissionem.§.sed notandum. dicũtur autem sacramenta ordinis in plurali,eo quod plures sint ordines;dignitates autem dicuntur, uel quia à digniorbus in ecclesia cõferuntur, hoc est episcopis;uel quia ad ordines non nisi digni admittuntur.i.sine crimine;sine infamia,& sine irregularitate

tate, cum ad alia omnes liberius non admittantur, & est ratio quia alia sacramenta recipiunt homines propter se tantùm; sacramenta uerò ordinum recipiuntur nõ propter se solum, sed propter alios ut. 1. q. 1. c. si q Epi. §. ecce; cũ ad hæc sacraméta ordinis & matrimonij nullus cõpellatur, ꝓbatur 74. dist. c. ubi ista 30. quæ. 2. c. ubi non est consensus. ĵ. de spon. c. Cum locũ Fit & alia diuisio sacramentorum. Quædam sunt in quibus confertur gratia. ut. 1. q. 1. c. quicquid, ut sunt sacraméta ordinis, uel necessitatis, & quędam sunt in quibus gratia non confertur, ut sunt matrimonia siue cum contrahuntur, & ob hoc in eorũ contractu pretia interueniunt. ut. 32. q. 2. c. honorantur; & conditiones pecuniariæ ut. ĵ. de condi. appo. c. de illis; siue cum cõ summantur. ut 32. q. 2. connubia. ¶ Effectus

3 † sacramentorum est ut talia sint accipiẽtibus, qualia corde & conscientia accipiũtur. ut 1. q. 1. c. si qui episcopi. §. ecce: cũ dominus declarauit. ut de cõse. di. 2. c. & sancta malis. nam non pœnitentibus sacramẽta dari nõ debent. ut 95. dist. c. illud, quod intelligo de peccatis manifestis, nam propter occulta, non possunt alicui sacramenta negari, nisi per amonitionem secretam uel publicè in genere factam; ut de cõse. dist. 2. c. nõ prohibeat.

4 † Horum ergo septem sacramentorum quædam sunt reiterabilia, quædam nõ. Tria sunt quæ secundum omnes iterari non possunt. s. baptismus ordo, & confirmatio. De primis duobus probatur. 1. q. 1. c. quòd quidam, i prĩ. Et est ratio, quia per reiterationẽ fit iniuria sacramentis ut in prin. dixi. & probatur. 1. q. 1. c. sacramenta, de tertio uerò probatur de cõse. dis. 5. c. dictum est nobis. & c. homine. Alia uerò quatuor reiterantur, ut matrimonium. ut 30. q. 1. c. aperiat. & c. sequentibus. Eucharistia, ut de con. di stin. 2. c. quotidie. & c. si nõ frequentius. Pœnitentia non solennis, de pœni. & re. c. omnes utriusq; sexus. Nõ solennis ideo dico, quia solennis non iteratur, est enim sacramentalis. ut. l. dis. c. in capite, & ideò non reiterabis. ut. l. dis. c. quamuis, de pœ. dist. 3. c. quamuis; nisi contraria consuetudo alicubi uigeat. ut de pœ. dis. 3. c. nihil prodest. §. ex persona. Similiter & extrema unctio reiteratur, nã cũ sit medicina corporis & animæ, uidetur ꝙ adueniẽti morbo apponi possit & debeat medicina, & hoc ꝓbatur 95. disti. c. illud; quidã tamen dicunt, ꝙ nec ista quatu r reiterantur, nã in secũdo coniugio benedictio nõ repetitur, ut. ĵ. de secun. nu . c. uir aũt. Itẽ nõ eadẽ hostia iterũ benedicitur; & idem in oleo infirmorum. Similiter pœnitẽtia, quæ cũ solennitate imponitur, nõ repetitur; mouentur aũt ex eo ꝙ canon dicit simpliciter sacramẽtũ nõ iterari, ne per reiteratione iniuria fiat eis, ut de conse. dist. 4. in c. ostẽditur. ¶ Si q̃d igitur omissum est in ordine, non est iterandũ, sed cautè supplendũ est quod incautè fuit ꝑtermissũ. ut. ĵ. eo. tit. c. 1. & ulti. 5 2. disti. c. solicitudo.

5 ¶ Restat † uidere quare sacramenta fuerũt instituta. Satis. n. & sine eis poterat dñs saluti humani generis ꝓuidere. Respondeo, tribus de causis instituta fuerũt, ꝑpter humiliationẽ, eruditionẽ, & exercitationẽ. Humiliationẽ, ut dũ homo rebus sensibilibus & inferioribus se reuerenter subijcit, ex hac obediẽtia magis apud Deũ mereamur. Propter eruditionẽ, ut p illud, quod foris in specie uisibili cernitur, ad inuisibilẽ uirtutẽ sacramentorum agnoscendã erudiamur. Propter exercitationẽ, q̃a homo ociosus esse nõ debet; q̃a ociũ & uoluptas arma sunt hostis antiqui ad miseras animas captiuãdas, ut. š. de renũ. c. nisi cũ pridẽ. §. uerùm; Et alibi, Ocia si tollas, periere cupidinis artes. Itẽ alibi. Quare Aegisthus, quare sit factus adulter. In prõptu causa est, desidiosus erat. Vnde Hiero. facito aliquid operis, ut te inueniat dyabolus occupatũ. ut de cõse. dis. 5. c. nunquã. Proponitur ei utilis & salubris exercitatio in sacramentis, per quã uanam & noxiam ociositatem declinet.

6 ¶ In summa † notandum est ꝙ pœna iterantis baptismũ est ultimũ supplicium secundùm leges. ut. C. ne sanctum baptismum ite. l. 2. Sed ei, qui sanctitatẽ baptismi geminat, pœna depositionis imponitur tãquã indigno sacerdotio ut. C. eo. tit. l. 1 Illi aũt qui spõte fuerũt iterũ baptizati uel cõditionaliter coacti, ꝓmoueri non pñt; & idem intelligo si ignoranter, & postea cum sciuerint ratum habeant:

Item si ab hereticis scienter.ut.l.distin.c. confirmandum.1.q.1. c.uentum.in fi.1.q. 7.c.qui in qualibet.& cap.couenientibus. In habitu tamen clericali debent isti uiuere, & sic retinebunt priuilegium clericale.ut 81.dist.c.dictum.de con.distin.5. c.dictum; qui autem ignoranter sunt rebaptizati, sicut frequentius fit de infantibus, uel coactis, absolutè possunt promoueri secundùm quosdam de iure; secundùm alios, q. tutius est, de dispensatione episcopi.ut.1.q.4.ca. placuit. De utrisque habetur de con.dist.4. c. eos quos, quod contradicit uehementer c.qui bis co.tit. & dis.ubi dicitur, q. si ignoranter aliquis rebaptizatus est, non indiget pœnitentia, & tunc est irregularis & promoueri non potest. Sed illud dictum fuit olim in odiū rebaptizantiū; uel de magno rigore; uel de ignorantia iuris, quæ non excusat in talibus. Et quod dictum est in rebaptizato, intelligas in reordinato, & confirmato.ar.68.dist.c.1.ale.confec.dist.5.c.dictū.

SVMMARIVM.

1 *Clericalis dignitas triplici causa turpibus & infamibus committi non debet.*

2 *Dignitates ecclesiasticæ spurios non admittit. & nume.4.& 5.*

3 *Dispensatio fit circa filios sacerdotum, & circa illegitimè natos; aliquando ipso iure, aliquando per hominem.*

4 *Filius an possit habere ecclesiam, quam pater habuit.*

5 *Dispensatio de filijs presbyterorum an & quādo sit admissibilis.*

6 *Filiatio qualiter probetur si quis neget se filiū sacerdotis.*

7 *Sacerdos si generat filium de uxore legitima, cum qua matrimonium contraxit in laicatu, uel constitutus in minoribus ordinibus, an sit filius legitimus.*

8 *Dispensatiō cum illegitimè nato facta, ut ad clericatum promoueri ualeat, an in solis minoribus ordinibus facta uideatur.*

9 *Dispensatio facta cum aliquo ut promoueatur ad omnes ordines, an extendatur ad dignitates & prælaturas.*

10 *Dispensatio facta cum illegitimè nato quo ad ordines & beneficium, an extendatur ad personatum, uel regimen ecclesiæ parrochialis.*

11 *Episcopus quare dispensat cum committentibus crimina adulterij et cætera; non aūt cum patientibus defectum.*

12 *Beneficia quæ dicuntur habere curam.*

¶ DE FILIIS PRESBYTERORUM ordinandis uel non. Rubrica.

DICTVM est suprà de ordinādis, sed quia ordinandi impediuntur uarijs ex causis, inter quas uitiū originis præstat impedimentum; ideo uideamus de filijs presbyterorum ordinandis, uel non. ¶ Videndum est igitur, Quę causa prohibitionis: Quę circa tales dispensatio adhiberi possit: & Quis eū eis ualeat dispensare. ¶ Causa prohibitionis
1 † est triplex, Prima est, dignitas & excellentia clericalis, quæ turpibus & infamibus committi non debet.ut.j.de exces. prela.ca.inter dilectos.C.de dignita.lib. 12.l.neque famosis.C.de infa.l.una.propter quam dignitatem lex diuina prohibuit spurios, manseres, & huiusmodi turpes personas intrare ecclesiam usque in decimam generationem.ut.s.de electio. c.Innotuit.j.qui fi.sint legi.c.per uenerabilem. ¶ Secunda, Detestatio criminis paterni, quod plerunque detestamur in filijs, & punimus temporaliter.ut 6.q.1. c.uerum.C.ad l. Iul.maiest.l.si quis cum militibus.j.de hære.c.uergentis. Et est ratio, quia magis puniuntur parentes in filijs, quàm in seipsis.ut ff. quod me.cau.l. isti quidem ¶ Tertia, quia filij solēt esse imitatores paterni uitij. iuxta illud. Sępe solet similis filius esse patri.ut 1.q 5.c. eos.§.ex hoc.56.dist.c.si gens; uel tales non promouentur, quasi maculati & dehonestati incontinētia patrum; sicut dehonestatur maritus de incontinētia uxoris.ut 34.dist.c.si cuius 32.q.1.c.in coniugio; sicut dehonestatur quis ex contractu matrimonio ancillę.ut 34.distin.c.si quis
2 uiduam. † Et quod dixi spurios non admitti ad dignitates, intelligo ecclesiasticas; nā ad seculares dignitates admittuntur ut.ff.de decu.l.spurij. &.l.generaliter

ter.§.spurios. Item quod dixi filios puni-
ri pro delictis parentum, casualiter locũ
habet, aliàs generaliter contrarium ob-
tinet; nullum enim delictum patris inno-
cẽti filio pœnæ esse debet.ut.ff.de decur.
l.2.§.nullum.ff de pœnis,l.crimen.1.q.4.
c.nullius.&.j.de his quæ fiunt a ma.par.
capit.c.quęsiuit.C.de pœn.l.sancimus. Itẽ
quod dixi filios sacerdotum promoueri
non posse, intelligo de filijs in sacerdo-
tio, uel in sacris ordinibus parentum su-
sceptis: Cæterum si quis ex legitimo ma
trimonio genitus fuerit, quamuis postea
pater eius ad sacros ordines promouea-
tur, & demum ad sacerdotium, & etiam
episcopatum accedat, filius eius legitimus
liberè potest ad sacros ordines & digni-
tates ecclesiasticas promoueri in alijs ec
clesijs, non in ea, in qua pater pręfuerit
uel præest, nam in ea non potest nisi sim
plex beneficium obtinere.ut.j.cod.tit.c.
ad hoc; Canonicatum autem in ea obti-
nere non pôt.ut.j.eod.c.ad abolendam.
Hic obtinet in filio illegitimè nato & ma
ximè in spurio.ut in litera eiusdem decr.
ad abolendam. Sed magister Ray.in sum
ma sua scripsit contrarium. Dixit enim
q legitimus filius sacerdotis potest de iu
re habere canonicatum in ecclesia, in qua
præfuit pater, uel pręest. per d.c.ad hęc,
sed spurius sacerdotis nõ ut in d.c.ad abo
lẽdam.& quod ibi dicit, maximè spurius,
exposuit maximè.i.tantùm ; sed hoc non
placet, quia spurij nedum in ecclesijs pa
ternis, sed neque in alijs possunt canoni-
cari de iure: Vnde exempla illa de sum-
mis põtificibus susceptis ex sacerdotibus,
quę ponuntur. 56.dist.in prin.sic intelli-
go, scilicet, de his qui in laicali statu uel ĩ
minoribus ordinibus parentum suscepti
sunt, quando parentibus suis uti uxori-
bus licebat; secus post sacros ordines.ut
31.dist.c.ante triennium 32.distin.c.pla-
cuit.&.c.feriatim.in fi.77 dis.c.episcopis.
unde suscepti ex legitimis matrimonijs
sed post sacros ordines patrum, promoue
ri nõ possunt.ut.j.eo.tit.c.literas. ¶ Cir
3 ca filios † sacerdotum & alios illegitimè
natos dispensatur aliquando ipso iure, ali
quando per hominem. Ipso iure per in-
gressum religionis.ut.j.co.tit.c.1.Ingres-
sus enim religionis tollit ingratitudinẽ.
ut 19 q.ulti.c.non liceat.& monachatus
omnem maculam abstergit.ut in Auth.de
mona.in prin.ita tamen ut præ ationem
nullatenus habeant.ut.j.c.1. Quidam ta
men dicunt q non ipso iure dispensatur
cum talibus per ingressum religionis, sed
prodest eis religio ad dispensationem fa
ciliùs obtinendã ar.l.dist.c.si ille.55.dis.
c.priscis; sicut fauore religionis inductũ
est, ut per absentem dispensetur cum re-
ligioso qui ante religionem ordines fur-
tiuè suscepit.ut.j.de eo qui fur.ordi.su-
sce.c.cum.h.lator;& cum eo qui ante re-
ligionem in excommunicatione suscepit
ordinem per ignorantiã iuris, uel per fa-
cti obliuionem.ut.j.de senten.excom.c.
cum illorum.§.circa quos. Sed quod pri-
mò dixi uerius est. Per hominem adhi-
betur dispensatio circa tales,& triplex.
Aliquando magna, aliquando maior. ali-
quando maxima. Magna ut ordinetur in
ecclesijs alijs à paternis.ar.à contrario
sensu.j.eo.tit.c.præsentium. Maior in pa-
ternis, media tñ interueniente persona.
ut.j.eo.tit.c.ex transmissa. Maxima ut in
paternis admittãtur immediatè.ut.j.eo.
tit.c.ex tua. Sed licèt hæc distinctio ma-
gistralis sit & antiqua, patitur tamen ca-
lumniam in medio membro. quia d.c.ex
transmissa.uidetur loqui in filio sacerdo
tis legitimo, qui de iure communi admit-
titur ad illum personatum, quem pater
habuit, media interueniente persona. Sal
uo nihilominus c.remanente, quod suc-
cessionem in ecclesia dei hæreditariam
detestatur, quod locum habet cum me-
dia persona non intercidit; unde non de
dispensatione loquitur, sed de iure com-
muni, ut dictum est. Media autem perso
na tollit impedimẽtũ,& facit ut liceat ali
cui habere personatum uel ecclesiã, quẽ
uel quã pater habuit, quia uarietate suc-
cessionis uitium aboletur.ut 1.q.1.c.cito.
2 q.1.c.in primis.ff.de her.uel act.uend.
4 l.uenditor. ¶ Et nota † q, siue pater ha-
buit personatum, filius immediatè habe-
re non potest.ut.j.cod.tit.c.quoniam.siue
pater habuit uicariam, filius immediatè
habere non potest, ut.j.eo.tit.c.ad extir-
pandas. Sed si pater habuit personatum
filius,

filius uicariam habere nō potest.ut.j.eo. tit.c.Michael.uel è conuerso si pater habuit perpetuam uicariam,filius immediatè personatum habere non potest.ut.j. eod.tit.c.constitutus. Et ratio est,quia perpetuus uicarius curam habet ecclesiæ, cuius uicarius existit.ut.j.de offi.uica.c.ex parte tua. Vnde habens uicariam perpetuam, aliam habere non potest.ut infrà de offi.uica.c.prouideas.suprà de rescri.c. postulasti.unde perpetuus uicarius quasi ius habens in ecclesia.ut.j.de fid.instru.c. G.perpetuus. amoueri sine causa non potest.ut infrà de offi.uica.c.ad hęc; sicut & emphyteuta, qui ad non modicum tempus conducit, ius habet in re ut.ff.si ag. uecti.uel emphy.l.1.& ult.ff.de superficiebus.l.1.§ ꝙ ait. Sunt ergo duæ prohi-
5 bitiones in hoc tractatu. † Vna de filijs presbyterorum non promouendis. Alia ꝙ filii non assumantur ad ea, quæ patres immediatè habuerunt. Circa primū impedimētū dispensat aliqñ ꝑ ingressum religionis;aliqñ ꝑ hominē dispensat cū talibus in seculo remanentibus.ut j. eo.tit.c. uenies.&.c.ex transmissa; nō.n.inuenit ꝓhibitum episcopis circa ordines & simplicia beneficia cū talibus dispensare, unde intelligitur eis permissum.ut infr. de sen. excom.c.nuper. Hodie tamen cum talibus in dignitatibus & personatibus & in beneficijs curam animarum habentibus, non nisi per sedem Apost. dispensatur.ut infrà eo.c.ulti.& maximè in episcopatu. ut.s.de elect.c.innotuit 56.dist.c.apostolica &.c.cenomanensem.&.c.quia simpliciter. Circa aliud impedimentum dixerunt quidā & scripsit Ray.in ti.hoc,quòd episcopi & archiepis.dispensare possunt ꝑ c.ex tua.j.eo.tit.in quo respondetur ad consultationem;loquitur ergo de iure cōmuni, & sic dispensatio, quæ per episcopum Eboracensē facta existit, de iure processit. Sed salua reuerentia dicentium & scribentium, non sic intelligo, imò si hoc modo decre.illa intelligat, multùm erratur. Nam inconsultatione illius decret.non agitur de dispensatione facienda, sed de iam facta non reuocanda;fuerat enim dispensatum cum aliquibus, authoritate literarum domini papæ,in quibus generaliter dicebatur, posse filios in paternis ecclesijs sustineri, quos probatæ uitæ & sanæ conuersationis archiepiscopus idem agnosceret, uel quos longo tēpore illas tenuisse cōstaret, dubitabatur autē an per literas speciales contra quosdā ex illis obtentas,cum quibus iam fuerat dispensatum, dispensatio facta reuocari deberet; & dicitur ibi quòd non, sic nec semel facta remissio reuocatur ut 23. q.4.c.si illic. Nā beneficium mansurum esse debet.ut in Auth.cōsti.quæ de dignitatibus.§.illud quoque collat.6.& Deus multiplicat & cumulat suæ liberalitatis dona, non reuocat.ut de pœni.distin.1.c. quantumlibet. quòd autem non liceat archiepiscopo uel legato nedum episcopo dispensare cum filijs in ecclesijs, quas patres eorum nullo medio habuerunt,ꝓbat j.e.tit.c.dilectus.nec mireris de hoc, nā talis dispēsatio esset cōtra Apostolū ut 8.quæst.1.c.apost.& c. ex transmissa j. eo. quia sanctuariū Dei iure nō cōueit hæreditario possideri.ut j. de insti.c.ad decorem. Et est sciendū quòd hæc prohibitio secunda,de qua dictum est in.§.sunt igitur,locū habet etiā in filijs legitimis clericorum; unde errauerunt illi hodie, qui scripserunt sublatā esse distinctionē hāc, utrum pater immediatè uel mediatè ecclesiā habuerit proximè uel nō proximè in ecclesia ministrauit, quia ut dixerunt hodie qualitercunque uaries,non licet nisi solo Roma. pontifici cum filijs clericorum dispensare in personatibus,dignitatibus, & in beneficijs curā animarum habentibus per decre.infrà eo.tit.cap.ultimo. Sed certè decre.illa locum habet in filijs clericorum, & alijs non legitimè natis: Sed in filijs legitimis clericorum locum habet præmissa distinctio, dum quæritur, an filius possit habere ecclesiam, quam pater habuit; oportet autem inquiri an media intercesserit persona,uel nō, ut sciatur an prohibitio de successione hæreditaria obstet, uel non obstet, ut superius dictum est,& probatur infrà eod. tit.c.ad extirpandas. De hac secūda prohibitione quæritur, an extendatur ad nepotes; & uidetur quòd sic, quia filiorum nomine nepotes continētur,ut.ff.de uer

sing.l.

sing.l.liberorum.ff.ad Mace.l.filium puto aūt contrarium, nam hic de pœna agitur, & ideo significatio filiorum restringenda est, non amplianda; nam lex dicit quòd senator nō potest ducere in uxorem filiam illius, qui uel quę artem ludicram exercuit, potest tamē ducere neptem.ff.de ri.nupti.l.hoc capite.& ar.56.
6 dist.c.dominus. ¶ Quid † si quis neget se filium sacerdotis, & asserat se filium alterius ex legitimo matrimo.susceptum, qualiter hoc probabit cum difficilis sit filiationis probatio.ff.de condit.& demonstr. l.Lucius? Respondeo probatur filiatio, si appareat aliquem natum ex his qui matrimonialiter sunt coniuncti; nam filius est, quem nuptiæ demonstrat.ut.ff.de in ius uo.l.quia mater; uel probatur filius ex affectu, ut infrà de presumpt.c.afferte.2. q.6.c.ad romanam.C.de inoffi. testa.l.si iure.infrà qui fil.sint leg.c.transmissæ.& statur his coniecturis donec probetur cōtrarium.C.de proba.l.non nudis C.de testa.l.neque professio.ff.de inoffi.test.l.si instituta.§.1.C.de hęre. insti.l.si pater. Quid si quis natus sit de damnato coitu, postea pater ducit matrem istius in uxorem, nunquid de iure communi poterit promoueri tanquam legitimus? Ad hoc dicas, quòd si pater potuit illam habere legitimam uxorem tempore conceptionis, quia nullum suberat impedimentum, & postea duxit eam legitimam uxorem, legitimatus est filius antea genitus per subsequens matrimonium; & ita succedet in hæreditatem tanquàm legitimus, & ad omnes actus legitimos admittetur; quod uerum credo etiam si mater post filij natiuitatem nubat alteri, demum eo mortuo contrahat cum patre filij; uel è conuerso, pater contrahat cum alia, qua mortua ducit matrem filij in uxorem, & hoc dico in fauorem prolis per iura superius allegata. Secus si propter impedimentū aliquod nō poterat esse matrimonium inter ipsos parentes tempore conceptionis, quia tunc licèt sublato impedimento ducat illam postea in uxorem non legitimabitur proles.ut.j. qui fil. sint legiti.c.tanta. in Authen.quib.mod.natur.effi.circa princ.collat.6.Quod tamen in primo casu dixi talem legitimatum quo ad omnes actus legitimos, excipiunt quidā dignitatem episcopalem, ad quam promoueri non potest sine speciali dispensatione domini Papæ. Hoc etiam dixit Ray. p decre.s.de electi.c.innotuit.circa principium secundùm unā lecturā. Sed cum illud uerbū, quod olim erat in illa decretali, & quod illud innuere uidebatur secundùm unam lecturā, hodie sit decisum, hoc dicere nō placet; erat enim in textu illius decretalis talis litera, q. mater electi infrà quadrienniū à natiuitate ipsius electi matrimonium non contraxit, dicebāt quidā uerum esse cum patre electi qui uerginitatem matris præripuit, quasi furtim contraxit, ergo post quadrienniū, ut innuit litera illa; & tamen electio illius tanquam illegitimè nati cassatur. Sed cum hodie particula illa sit de illa decretali decisa per illā decretalem, hęc sententia teneri non potest, posset tamen p alia iura iuuari. Nā concilium requirit, quòd promouendus in episcopum sit de legittimo matrimonio natus, ut.s.de elect. cap.cum in cunctis. Is autem qui ex damnato coitu nascitur, etsi postmodum inter parentes matrimon. subsequatur, non est per hoc, concilio satisfactum. Item dispensatio generalis ad episcopatus, uel archiepiscopatus, non solet extendi.ut infrà de concess. præben.c.dilectus filius. Sed & si contrarium dicatur, non displicet; ne fauor matrimonij restringatur. ¶ Sed si in hoc casu subsit impedimentum, nunquid potest per archiepiscopum dispensari; ut sicut episcopus inter suos subditos dispensat, ita & metropolitanus dispenset inter suos circa ætatem minorem.ut suprà de æta. & qualitat.in ordin.præfi.cap. preterea. Item cum filijs sacerdotum.ut infrà eodem titu.c.ueniens. Cum corpore uiciatis. ut infrà de cor.uitia.c.de presbytero. & cum adulteris, & alijs criminosis.ut infrà de iudic.c. At si clerici. Respondeo, quamuis hęc eadem possit Metropolitanus circa suos subditos; non tamen hoc potest circa illos, qui sunt promouendi ad dignitatem episcopalem, si irregulares uel illegitimi sint, quo

quoniam episcoporum seu maiorum negocia, uel iudicia romano sunt Pontifici reseruata.ut supra de transl.pręla.c.inter corporalia.17.dis.c.multis.in fin.Ité quid
7 si † sacerdos generet filium de uxore legitima cum qua matrimon. contraxerat in laicatu,uel constitutus in minoribus,nunquid erit legitimus filius? scripsit magister Raymond.quod sic,maximè si uxore contradicente, uel ignorante, quòd uir ad sacros ordines est promotus: Et hoc dixit duplici ratione, fauore prolis,& quia culpa parentum non debet nocere filijs huiusmodi de matrimonio legitimo natis 28.distinct.c.diaconi 27.quæstio.2.c. multorum. Sed certe hoc non placet, nã decre. scripta est in hoc casu, quæ dicit talem taliter susceptum ex permissione in clericum ordinari. ut infra eod.titu.c. literas. Nec obstat si tu dicas, ille natus est de uiro & uxore, ergo est legitimus, ergo a promotione nõ excludendus. Quia etsi uiro & uxore sit susceptus, ex damnato tamen coitu est procreatus; coitus enim ille uiolat professionem & continentiam ordini annexã. ut 28.dist.c. diaconi 84. dist.c.cum in preterito. Item non obstat illa ratio, quia culpa parentum non debet filijs obesse; nam culpa parētū nocet origini filiorum.ut.j.de clan.despon.c.cum inhibitio; & bona fides parentum,imò patrentis prodest. ut infra qui fi. sint legit.c. cum inter Ioannem.&.c.ex tenore.debet igitur sic natus,quo ad ordines & dignitates,pro illegitimo reputari, eo quia de damnato coitu & prohibito procreatus; quia cum uir de assensu uxoris suę ad sacros ordines promouetur, sequestrato mansionis cubiculo non debent amplius commisceri.ut 72.dist.c.episcopus:Imò alteri nubere non potest uxor post mortē uiri.ut 32.dist.c.seriatim.in fine & 28.dist.c.quia sunt culpæ. An autem in ordinatione mariti sufficiat consensus uxoris, uel requiratur conuersio? dicam infrà de conuer. coniu.Fateor tamen quia cũ isto taliter nato benigniùs agendum est,& faciliùs dispensandum, quàm cum alio malè nato. Et quod dixi, delictum parentum nocere filijs; quo ad originem uerum est:Item nocet quo ad pœnas temporales.ut not. suprà eod.tit.§.detestatio. non tamen nocet quo ad Deum; quia filius nõ portabit iniquitatem parentum; nec filij bonitas excusat malitiam parentum. ut 56. distin.c.nunquam &.c.nasci. Sed malitia parentum inducit pręsumptionem cõtra filios.ut 56.dist.c.si gens e. Angelorum;& è conuerso, malitia filiorum inducit præsumptionem contra parentes.ut 6.qu.1.c. qui crimen 37.dist.c.legant. ¶ Sed quid
8 † si dispensetur cum aliquo illegitimè nato,ut ad clericatum promoueri ualeat,uidetur in solis minoribus ordinibus dispēsatum.ut 34.dist.c.lector.ar.ff.de lega.3. l.minimis.infra de consang.& affi.c.quia dilecto. sed contra.ff.de const.prin.l.ulti.j. de donatio. c.cum dilectus.& suprà de rescriptis.c.olim. Præterea nomen clerici, quod hic ponitur,generale est & superius ad omnem ordinem ut 12.q.1.c.duo sunt. Puto hoc priuilegium restringendum,eo quòd odiosum, cum detrahat iuri communi.ut.ff.de li.& pos.l.cum quidam.j.de consang.& affi.c.quia dilecto. ¶ † Itē quid
9 si dispensatur cum aliquo ,ut promoueatur ad oēs ordines, nunquid uidetur dispensatum in dignitatibus & prælaturis? & in hac quæstione idem uidetur dicendũ,quod dictum est in præmissa; nam cũ dispensatur cum aliquo in uno,non uidetur in alio dispensatum.ut.12.disti.c.Nos consuetudinem. Quidam tamen in his & in similibus quæstionibus distinguunt; quia aut per priuilegium clerici fit alteri nullum,uel modicum præiudicium;& tũc largissima facienda est interpretatio, dũ tamen interpretatio non excedat metas iurisdictionis interpretantis; sed si per priuilegij indulgentiã enorme præiudicium alteri generetur, tunc est interpretatio restringenda.ut.j.de priuileg.c.porrò.&
10 c.recipimus.¶ † Item, quid si cum aliquo illegitimè nato dispensatum sit quo ad ordines & beneficium; nunquid nomine beneficij intelligam personatum, uel regimen ecclesiæ parrochialis? Respõdeo, non; si ab episcopo uel archiepiscopo dispensatio facta fuerit, quibus expresse nõ licet in talibus dispensare.ut.j.eod.tit.c. ultimo. Sed si à Papa facta fuerit dispensatio,intelligam nomine beneficij dispēsatum

fatum in præbenda.ut.infrà. de præben. c.pro illorum.infrà.de æta.& quali c. accepimus. non tamen in ecclesia collegiata, in qua per electionem solet prouideri de rectore ut.infrà.de præben.c.ulti. Cæterum si quæ ecclesiæ sunt non collegiatæ & sine patronis, uel cum patronis, & is, pro quo scribitur, fuerit præsentatus, puto tales ecclesias generali uocabulo beneficij comprehendi, & idem intelligo si preter dispensationem scribatur pro aliquo, ut ei prouideatur in aliquo beneficio competenti, nam talis interpretatio facienda est sicut superiùs dictum est.

11 ¶ Item quare † episcopus potest dispensare cum committentibus crimina ab adulterio & cætera non autem cum patientibus defectum? Respondeo, facilius abolletur irregularitas proueniens ex crimine quàm ex defectu, nam crimen deletur per pœnitentiam, non defectus; Vel aliter, nam maior est irregularitas proueniens ex uitio originis, quàm illa quæ prouenit ex delicto; nam prima prouenit ex natura, secunda uerò ex accidenti; naturalia uerò immutari non possunt. ut not.suprà de æta. & qualita. §. de forma. ¶ Item quæritur de eo quod supradictũ est, quòd non licet episcopis dispensare cum illegitimè natis in beneficijs habentibus curam. Quæ beneficia dicuntur ha

12 bere curam? † Respondeo. illa quibus hæc in sunt, corrigere, interdicere, suspendere, excommunicare, absoluere, & quædam alia.ut suprà de elect.c. dudum; nã hæc medicinalia sunt animarum. ut 2. q. 1.c.multi 11.q.3.c. cũ aliquis 10.q.1.c.relata cum sequentibus capitulis. An autem legitimati ad actus ecclesiasticos uideantur legitimati ad seculares? no. infra qui. fi.sint legit.

SVMMARIVM.

1 *Seruus an possit ordinari.*

2 *Seruus si ordinatus fuerit sine manumissione, an in seruitutem reuocetur.*

3 *Ordinari an possit quilibet manumissus. Liberti ecclesię propter operas non præstitas in seruitutem reuocantur.*

4 *Prælatus an possit seruum ecclesiæ suæ manumittere.*

5 *Dominus an in seruum, quem manumittit, possit spirituales operas retinere, & an si ipse manumissus non facit, degradari possit.*

6 *Dominus quando seruum suum ordinatum uendicat, ubi causa sit tractanda.*

7 *Seruus alienus consecratus quare redditur domino, & non res aliena & consecrata.*

8 *Manumissio quid sit, & unde originẽ habuit.*

9 *Manumittere quis possit.*

10 *Manumissio quot modis fiat.*

11 *Deditiorum differentia an hodie sit sublata, & latinorum.*

12 *Partus sequitur uentrem quoad statum, & libertatem, at seruitutem; non quo ad honores, familiam et alia.*

¶ DE SERVIS NON ORDINANDIS. Rubrica.

DICTVM est suprà de filiis presbyterorũ ordinandis uel nõ; & sic actum est de impedimento originis. Nunc agitur de impedimento conditionis seruilis. Seruilis enim conditio clericalem non capit honorem.ut 54. dist.c.admittuntur, & propterea subsequẽter subijcitur rubrica, de seruis non ordinandis & eorum manumissione. Videndũ est igitur circa primam partem rubricę, Qualiter serui possint ordinari: Quid si sine manumissiõe fuerit ordinati: Qualiter serui iudęorum ualeant liberari. Circa secundam partem uidendum est, Quid sit manumissio: vnde habet originẽ: Quis possit manumittere & qualiter. ¶ Scien-

1 dum † est igitur quòd nullus seruus siue priuati corporis, siue ecclesiæ, potest ordinari nisi prius manumittantur. ut. 54. dis. c.1.2.& 3.& ratio huius prohibitionis est duplex. seruilis utilitas, & clericalis dignitas ut in præallega.c.admittuntur. ¶ Si si-

2 ne manumissione † serui fuerint ordinati frequentius reuocantur in seruitutem; frequentius ideo dico, quia aliquando seruus ordinatus liber efficitur, & sic non reuocatur; aliquando remanet seruus, & a domino reuocatur; & propterea distingue: Aut seruus ordinatur sciente do-

 mino

mino: Aut ignorante. Si sciente, & non contradicente, liber & ingenuus fit; nec distinguo in quo ordine fuerit ordinatus. ut. 54. di. c. seruus. Si uerò ignorante domino, ignorantibus etiam ordinatore & præsentatore, tunc ordinatus reuocatur in seruitutem & redditur domino. ut 54. di. c. nulli & c. ex antiquis; & hoc est uerũ si fuerit in minoribus ordinibus ordinatus: Subdiaconus autem factus dabit uicarium, sicut & diaconus; cum hodie subdiaconatus sit sacer ordo, licet secundùm illud. c. ex antiquis, reddi domino iuberetur, quando non erat sacer ordo; hodie secus. ut. suprà de tempo. or. c. à multis. infrà eod. tit. c. miramur. Sed si uicarium dare non posset, redderetur domino tam subdiaconus, quàm diaconus. Presbyter autem factus in peculio mulctatur uel seruiat domino quodãmodo i diuinis obsequijs. ut 54. dist. c. ex antiquis. Frequens monachus factus euadit iugum seruitutis ut. 54. dist. c. si seruus il. 2. Cæterum si sciẽte ordinatore uel præsentatore fuerit ordinatus manet liber in quocunque fuerit ordine. & præsentator seu ordinator debet domino dare duo mancipia. ut 54. dist. c. si seruus il. 1. sed eis nõ habentibus unde soluãt, ordinatus redditur domino secundùm distinctionem superiorem, secundũm quam presbyter non redditur, sed in peculio mulctatur. Diaconus & subdiaconus aut uicarium dabunt, aut reddentur dominis suis: Minores autem clerici præcisè reddentur dominis. Et nota quòd in casibus in quibus dominus habet ius repetendi seruum suum ordinatum, poterit reuocare usque ad annum tantùm, & nõ ultra. ut 54. dist. c. Si seruus sciente; & cõputatur ille annus secundùm Lau. & Ray. quibus assentio, à tempore scientiæ domini. ar. 17. q. 2. c. Si quis incognitus. in fi secundum Hug. à tẽpe ordinationis clerici. ¶ Item nota, † quòd non quilibet manumissus ordinari põt, unde circa manumissos seu libertos sic distingue. Aut est libertus ecclesię. Aut priuati. Libertus ecclesiæ põt ordinari quãuis ecclesia, quę manumisit, retineat ius patronatus in manumisso, quo ad hoc ut non iniurietur ecclesiæ, non accuset, nec testificetur in illam; alioquin reuocetur in seruitutem ut 12. q. 2. c. diaconi. & c. eps qui mancipium. 54. di. c. qui ex famulis. infrà eod. c. de famulis. & quo ad alia in quibus liberti ecclesiæ specialiter sunt obnoxij; quod in libertis priuatorum non contingit, nam propter operas non præstitas reuocantur in seruitutem liberti ecclesiæ. ut in. d. c. diaconi. secus in alijs libertis. ut. C. de liberali causa. l. solo obsequij. Item aliud speciale est in his libertis, quia filij eorum sunt obnoxij ecclesiæ. ut. 12. q. 2. c. de libertis, secus in alijs. ut. C. de liber. & eorum liber. l. 1. & 2. Item tertium speciale, quòd liberti ecclesiæ tenentur serui. e ecclesiæ nulla eis opera imposita. ut 12. q. 2. c. diaconi. & c. liberti. Est & quartũ speciale secundùm quosdam, nam liberti ecclesiæ ordinati in ecclesia bona collata eis in alios transferre non possunt. ut. j. eod. titu. c. de famulis. Sed contrarium obtinet in libertis priuatorum. ut insti. de success. liber. §. Sed nostra. sed posset responderi ad dec. quę loquitur in bonis collatis contemplatione ecclesię, aliàs secus. ut. 12. q. 3. c. 1. & 2. uel loquitur in clericis non habentibus cognatos, aliàs secus. ut. 12. q. 2. c. episcopus qui filios; uel loquitur in his, qui manumissi sunt ea conditione, ut post mortem ecclesia patrona succedat in totum; alioquin nedũ res sed & personas possunt etiam inuita ecclesia, quę manumisit, ad alia loca transferre. ut. j. eod. tit. c. Eo libentius. Libertus autem priuati, in quo ius patronatus retinet manumissor, promoueri non põt. ut. 54. distinc. c. quicunque. † Et notabis quòd prælatus ecclesiæ non potest manumittere seruum ecclesiæ, nisi dederit ecclesiæ duos seruos eiusdem meriti & peculij. ut 12. q. 2. c. episcopus qui mancipium. An autem seruus manumissus & ordinatus in ecclesia, à qua extiterit manumissus, possit ecclesiam illam deserere, & alteri in diuinis officijs deseruire? standum est distinctioni decr. j. eod. c. eo libentius. ¶ † Item cum priuata persona manumittit seruum suum ordinandum in clericum, potest hoc in manumissione imponere manumisso, ut sibi dicat horas canonicas; & si sic imposuerit tenetur ad

hoc

hoc ordinatus; quòd si in superbiam elatus non fecerit, poterit degradari. ut. j. eo. tit. c. nullus 54. d. c. frequens. & c. quicunque. Quidam tamen addunt de consensu episcopi posse imponi, aliàs non. Nec obstat si opponatur q in collatione rei sacræ uel spiritualis conditio apponi non debet, quia manumissio est res spiritualis; uel aliàs etsi in ordinatione hæc apponatur conditio, uitium non inducit, eo q est circa operas spirituales, unde ipsa conditio intelligitur spiritualis, & sic non est uitiosa. ut s. de elec. c. significasti. j. eo. c. eo. libentius. j. de præben. c. significatū. Quidam tamen dixerunt, q sine aliqua impositione, manumissus & ordinatus tenetur præstare domino suo hoc spirituale obsequium de horis canendis, alioquin poterit degradari; non tamen in seruitutem reuocari, unde clausula quæ ponebatur in hac decre. nullus, in fi. secundum ueterem compilationem, illa si & seruus fiat domini sui sublata est; uisum est enim cōpilatoribus huius uoluminis absurdum esse, quòd manumissus iam in presbyterum ordinatus, propter hanc ingratitudinem in seruitutem laici reuocetur, ut no. s. in distinctione. Aut seruus.

6 ¶ † Sed qd si dominus seruum uendicet, quem dicit se inuito & ignorante ordinatum fuisse, ubi hęc causa status agetur? Videtur quòd remitti debeat ad locum unde aufugit. ut. C. ubi causa status. l. si in possessione; & hoc uerum est, si eo tempore, quando fuit ordinatus, erat in possessione seruitutis, aliàs si erat in possessione libertatis, ibi causa status agetur, ubi degit qui conuenitur. ut. C. ubi cau. sta. l. 3. Et hoc autem, an sit fugitiuus, an non? an erat in possessione seruitutis, aut libertatis quando extitit ordinatus, agetur & finietur antequā causa status initium sumat ut. ff. de libe. causa. l. liberis. §. ulti. & l. igitur §. ergo potest. Verius puto in hoc casu hanc causam, de qua agitur de reuocando clerico de statu clericali in statum seruilem, in foro ecclesiæ illius in qua est clericus ordinatus, agi debere; & puto syndicum ecclesię ei, qui conuenitur, debere assistere; cessit enim ad tribulationem ecclesiæ, cum clericus reuocatur ad statum seruilem, sicut cum reuocatur ad curialē ut. 51. dist. c. designata in fi. & deponendus est reuocatus, antequàm reddatur. ut 54.

7 dis. c. nulli. ¶ † Item quare seruus alienus consecratus redditur domino, & non res aliena & consecrata? ut 14. q. ult. c. comperimus. Respondeo, quia in rebus inanimatis non perpenditur dolus, sed in homine sic. Item quia in rebus inanimatis consecratis consecratio est in superficie, & ideo non debet à manu prophana tractari; Sed in homine est anima quæ tangi non potest. 32. q. 7. c. licitè. ¶ Nunc uidendum est de secūda parte rubricæ. s. Quid sit manumissio: Vnde habuit originem: & Quis possit manumittere & qualiter.

8 ¶ † Manumissio est libertatis datio. Nam quàmdiu quis in seruitute est, manui & potestati suppositus est; & manumissus liberatus est à manu & potestate domini. ut insti. de libertinis. in princip. Habuit autem manumissio secundùm quosdam originem à iure gentium, ut cum anteà uno communi nomine omnes homines appellarentur, isto iure tria genera hominum esse cęperunt. s. Liberi, & his contrarium Serui. 1. dis. c. Ius autem naturale & c. ius gentium. 12. q. 2. c. cum redēptor. Et tertium genus libertini, qui desierunt esse serui. ut insti de liberti. in princ. Alij dicunt quòd seruitus sumpsit originem ab ebrietate Noe. & ita uidetur, quod à iure naturali. ut. 35. dist. c. sexto die in uer. non esset hodie seruitus, si ebrietas non

9 fuisset. ¶ Manumittere potest † qui habet administrationem rerum suarum, minor. autem 20. annorum potest inter uiuos dare libertatem. ut. C. qui manu. non pos. l. si minor. in ultima uerò uoluntate, ex quo testari potest in 14. anno, & manumittere potest. ut 2. q. 6. c. ei qui appellat §. diffinitiua, in uers. Item si sententia cōtra ius. C. qui ma. non pos. auth. Sed nouo iure. Item episcopus potest manumittere seruos ecclesiæ benemeritos, ut 12. q. 2. c. si quos de seruis, potest etiam alios benemeritos, dum tamen det ecclesiæ in compensatione duos pro uno eiusdem meriti & peculij. ut 12. q. 2. c. episcopus qui mancipium. Item causa miserationis. ut. 12. q. 2. c. cum redemptor. uel illud

intellige in benemeritis. Item abbas potest manumittere seruum monasterij, sed non pleno iure, quia non habet quod compenset. ut. 54. dist. c. abbati. §. hac autem auctoritate; & tamen hoc intelligas cum consensu episcopi & monachorum. ut. 12. q. 2. cap. abbatibus, nisi consuetudo contraria sit. ut j. de his quæ fi. a prel. ca.
10 Ea noscitur. ¶ † Manumissio fit multis modis. ut institu. de liberti. §. multis modis. Die feriato, & non feriato; iudice pro tribunali sedente, uel procedente; est enim uoluntariæ iurisdictionis manumittere. secus in his quæ sunt contentiosæ ut. 3. quæst. 3. §. spacium. ¶ In summa notan-
11 dum, quod sublata hodie † est differentia dediticiorum, qui toto tempore uitæ suæ erant serui, & post mortem liberi; & latinorum qui e conuerso in uita sua erant liberi, in morte serui; omnes enim liberti in manumissione sua consequebantur perpetuam libertatem. ut instit. de liberti. §. libertinorum. &. §. ulti. C. de latina. liber. tol. l. 1. Item libertus communis manumitti potest ab uno dominorum, ut cùm alij domini conseruentur indemnes. C. de communi seruo ma. l. 1. Item libertus reuocatur in seruitutem propter omnes causas ingratitudinis, propter quas reuocatur donatio ut, in Auth.
12 ut liber de cætero. §. illud. collat. 6. † Item sciendum est quòd si quis nascitur ex patre liberto & matre ancilla, seruus est; & si e conuerso ex patre seruo & matre libera, liber est; partus enim quo ad libertatem & seruitutem sequitur matris conditionem ut. j. eod. titul. c. ulti. C. de rei uen. l. partus. ff. de sta. ho. l. ex naturæ &. l. cum legitimæ. 32. quæst. 4. c. liberi. & in tantùm hoc uerum est, ut sufficiat in aliquo momento fuisse in libero uentre, ut quis liber nascatur. ut. ff. de sta. ho. l. & seruorum. In honoribus autem, muneribus, & municipijs partus patrem sequitur. ut. C. de decu. l. eos, & l. exemplo, & l. nullus solius. & ff. de statu. ho. l. liberos, & in tantum hoc uerum est, ut sufficiat filium conceptum esse ex decurione, quantum ad hoc ut patris conditionem sequatur, quàmuis ante ipsius natiuitatem pater eiusdem defecrit esse decurio. ut. ff. de decur. l. 2. §. in filijs. ¶ Sed si quæras in quibus sequitur conditionem patris iam à decurionatu uel à senatu remoti? Respondeo, in multis ut in l. superiori. ff. de decur. l. 2. §. filius. ff. de pœ. l. moris. §. & ille forte. C. de decurio. l. decurionem. & l. decurionum filij.

SVMMARIVM.

1 *Ratiocinia quæ dicantur.*
2 *Ratiocinia quæ impediant promoueri.*
3 *Iurans soluere ad certum tempus, scribere uel aliud honestum opus facere, an antequam faciat, quod iurauit, possit assumere ordinẽ sacrum, uel religionem intrare.*
4 *Iuramentum non uitiat qui in melius illud mutat.*

¶ DE OBLIGATIS AD RATIOCINIA. Rub.

DICTVM est suprà de obnoxijs conditioni seruili; nunc dicamus de obligatis ad ratiocinia ordinandis, uel non. Videamus ergo quid sint ratiocinia, & quæ ratiocinia impediũt aliquem promoueri. ¶ Ratiocinia sunt † ra- 1
tionum redditiones, ad quas aliquis obligatur ex administratione rei publicæ uel
2 priuatæ. ¶ Impediunt promoueri † ratiocinia, publica uel priuata. Publica sunt illa, quibus obligantur officiales curiæ ex administratione aliqua ad rempublicam pertinente. ut. C. de episcop. & cle. l. officiales. Priuata sunt illa quibus obligantur aliqui ex administratione rerum pertinentium ad priuatos, ut tutores, & curatores, castaldiones, uel baliui aliquorum. ¶ Circa hæc ratiocinia publica uel priuata quando impediunt promoueri sic distingue. Aut promoueri uolentes perseuerant in officio. aut non. In primo casu sic distingue, quia aut perseuerant in officio secularium personarum non miserabilium, & tunc non possunt promoueri. ut. 21. quæst. 3. ca. 1. & infrà ne cle. uel mona. secu. ne. se. immisc. ca. 1. & 2. Aut officio personæ ecclesiasticæ, uel etiam secularis sed miserabilis, & tunc possunt promoueri, si aliud non impediat ut 86. dist.

dist.c.peruenit.89.dis.c.iudicatum 16.qu. 1.c.monachi. In secundo casu cùm nō perseuerant in officio, remaneant tamen adhuc obligati ex administratione, subdistingue; quia aut sunt obligati reipu. aut personæ priuatę. Si reipublicæ, non debent promoueri ante reddita ratiocinia ut 51.dist.c.præterea.C.de epis.& cleri.l. officiales; obligati enim reipublicæ ex administratione arceantur ab honoribus, secus si aliàs sint debitores ex causa mutui uel simili.ut.ff.de mu.& ho.l.rescripto.§.debitores.C.de epi.& cle.l.quisquis emensis. Si enim remanent obligati priuatæ personæ, subdistingue. Aut in ipsa promotione mouetur eis quæstio, uel est mota, aut non. In primo casu, iterū subdistingue, quia aut mouetur quæstio de perfidia & de dolo; aut de culpa tantùm. Si de dolo uel perfidia non debent promoueri ante decisam litem. ut 81.dist.c. tantis 23.dist.c.illud.ȷ.de accu.c.omnipotens, & in hoc casu loquitur hæc decre. debet tamen taxari tempus infrà quod quęstio decidatur.ar.ȷ.qui filij sunt legi. c.lator.C.de ingenu.ma.l.diffamari. Si uerò moueatur sibi quæstio, uel prius sit mota de culpa tantùm, possunt promoueri non obstante creditoris reclamatione; cum lis postea possit procedere sicut prius, & etiam sub eodem iudice.ut.ff.de iudi.l.ubi.&.ff.de iurisd.omniu.l.cum quidam. ¶ Si autem non moueatur eis quæstio nec est mota, possunt promoueri nō obstante obligatione; nisi manifestū esset ipsos teneri de dolo, tunc enim posset, & debet episcopus ipsos ex officio suo repellere, sicut quoslibet criminosos & infames.ut 2.q.7.c.alieni 6.qu.1.c.infames .ff.de postu.l.quos prohibet. Sed & curiales promoueri non possunt, quamuis ab administratione sint iam liberati, quod intelligo in his qui sena, turpia, uel inhonesta exercuerunt, ut milites, executores, & apparitores.ut 51.dist.c.1.& 3.46.dist. c.clericus.de conse.dist.2.c.pro dilectione. Curiales autem qui non talia exercent, sed in ciuilibus & pecuniarijs causis officium suum impendūt, ut tabelliones & aduocati, a promotione nō excluduntur.ut 61.distin.c. ossius. Cęterum si in causa sanguinis, officium uel ministerium suum præstant, contrahunt irregularitatem Iudex, aduocatus, procurator tam actoris quàm rei.licet Bern.contrarium dixerit in procuratore rei, assessor, apparitor, notarius, sententiam scribens, uel actor, item sententiæ dictator, omnes isti contrahūt irregularitatem.ut 51. distinct.c.aliquātos.& c.si quis post.infrà ne cle.uel.mo.c.sententiam. ¶ Quæritur

3 † de eo qui iurat soluere ad certum tempus, scribere, uel aliud honestum opus facere, antequam faciat quod iurauit, an possit assumere ordinem sacrum, uel intrare religionem? in clerico planum est, quòd ordines assumere potest, quia aut nihil habet, & tunc liberè potest cædere bonis; & inanis est actio quam excludit inopia debitoris.ut.ff.de dolo.l.nam his. 14.q.6.c.si res; & eius periculo nihil est, qui nihil habet ut.ff.de fur.l.itaque fullo. Vel si habet, non minus remanet post ordines obligatus scribere omnia, uel aliud honestum opus potest facere post ordines, si se ad hoc ante ordines obligauit, dummodo per hoc non impediatur diuinum officium ut 21.quæ.1.c.clericus; uel alium subroget loco sui.ut.C.de episc.& clerici.l.quisquis cēsibus.&.l.in ecclesijs. In eo autem qui uult ingredi monasterium, dico quòd non obstante tali obligatione intrare potest, excusante ipsum zelo religionis; & afflatu sancti spiritus. ut 19.q.2.c.duæ sunt infrà de re.& transe. ad reli.c.licet.monasteriū aūt tenetur satisfacere de his, quæ contulit eidem ingressus.ut 19.quæst.3.c.qua mulier.C.de epis.& cle.l.Deo nobis.§.1.Sed etsi nihil cōtulit, si tamen post ingressum ipsius monasterio aliqua quæsiuit ex psona ipsius, puta per successionē hæreditariā, uel alio modo, in tantum tenetur quantum illud est quod quæsiuit illi, cui monachus est obligatus ar.19.quæ.ult.c.si qua. Sed si non satisfaciat nec monachum defendat, patietur missionem in possessionem bonorum illorum.ut.ar.ff.de cap.dimi.l tutelas.§.si libertate. instit. de acqui.per arroga. in fi.uel monachus in monasterio faciet quod promisit, dum tamen nō impediatur obseruantia regularis, ut in

clerico dictum est. ĩ.aliàs secus, ut C. de epis.& cle.l.omnes, & l.generaliter, & in auth.sed neque,uel saltem faciet per ulti quod iurauit. ut. C. de caducis tol.l.una. §.ne autem.C.de episco.& cle.l.ad similitudinem. quamuis sit argu. contra. ff. de. solu.l. inter artifices. C. de decu.l. nullus qui nexu.ĩ.de offi.dele.ca.ul. Non obstat his.5 3.distin.c.legem. 54.di.c. quicũque, quia illa intelliguntur de perpetuo obligatis,puta de seruis curialibus & consimilibus;& ex his,quæ superius dicta sunt,patet terminatas esse quæstiones illas de potestate, qui iurauit regimen ciuitatis; de magistro,qui iurauit regimen scholarium per annum; de capellano,qui iurauit seruire in officio capellaniæ, an isti possint religionẽ intrare; non enim iuramentum uiolat, qui in melius illud mutat, ut ĩ. de iureiu.c peruenit. Sunt antẽ rationes quare curiales,de quibus dictum est, promoueri non possunt. Priora, quia quædam sunt uiles personæ, & frequenter contrahunt irregularitatem ex officio suo. Secunda, quia multum molestatur ecclesia, & incommoda multa patitur propter tales, quando reuocantur seu repetuntur. Tertia ratio est,quoniam præsumitur cõtra eos quòd non transeant ad clericatum uoto religionis, Sed ut fugiant ratiocinia dominorum suorum 51. di. c.1.2.& 3.54.di.c.legem.

SVMMARIVM.

1 *Corpore uitiati qui dicantur.*

2 *Debilitatus quis dicatur, & quis mutilatus. num.2.*

3 *Magnum membrum quod dicatur.*

4 *Mutilatus in membris an ualeat ad clerum admitti.*

5 *Digitos sex habens in manu non impeditur ordinari.*

6 *Oculum unum alio habens grossiorem,uel utrũque eminentem, promoueri potest.*

7 *Promoueri non potest,& promotus deijcitur, qui sibi manus uiolentas intulit*

8 *Virilia sibi abscindens an sit ordinandus.*

¶ DE CORPORE VITIATIS. Rubrica.

TRactauimus supra de impedimento originis & obligationis ad ratiocinia.Nunc uideamus de impedimento corporis, & ideo subijcitur rubrica de corpor.uitia. ¶ Videamus igitur Qui dicantur corpore uitiati: & Quare à promotione repellantur.¶ Corpore
1 † uitiati dicuntur debilitati,uel mutilati;debilitatum appello illum, qui membrum habet sed inefficax,ut oculum cæcum,ma
2 num aridam,crus confractum; † mutilatũ appello,qui aliquo membro caret. Mutilantur aliqui in membris apparentibus, alij in occultis ;& qui in apparentibus aliqui in magno membro, alij in paruo.
3 † Magnum membrum intelligo in quantitate ut manum;in decore,ut occulum,
4 siue nasum. † Mutilatus in membris non apparentibus per casum, uiolentiam, uel timorem ægritudinis ordinari potest; sed sponte non potest ut.55. distin.c. si quis a medicis.& ca.qui partem &.c. si quis per egritudinem. Mutilatus in magnis & apparentibus membris, etiam si casu, uel uiolentia hoc fiat, seu metu morbi, non promouetur.ut 55. dist.c. si euangelista. Si uerò in modico, ut pote in parte digiti, dummodo mutilatio illa non inducat deformitatem,uel debilitatem,potest promoueri.ut ĩ.eod.titul.c.1. & ult.aliàs secus.ut ĩ.de clerico ęgro.c. presbyterum
5 † Quid si quis habeat sex digitos in manu? Respondeo,non impeditur, quia ut ait Offilius defectus membri uel augmentum non consideratur,sed usus impedimẽti,ut.ff.de ędi.edi.l.Item Offilius.
6 ¶ † Item quid si quis oculum unum alio habeat grossiorem,uel utrunque habeat eminentem? Respondeo, talis non impeditur, quia nec est morbosus. ff. de ędi. edic.l.qui clauum. §. 1. Et nota quòd talia impedimenta inspectioni oculorum superioris subijci debent; quia in talibus segnius irritant animos dimissa per aures, quàm quę sunt oculis subiecta fidelibus,ut ĩ.eod.titul.c. 2; sicut cum agitur finium regundorum.ut.C.finium reg.l. 3. ff.eod.tit.l.si irruptione; sicut cum agitur de ætate ut. ff. de minoribus. l. minor ex aspectu;ut cum quæritur an aliqua sit uirgo uel corrupta.27.quæst.1.c. nec aliqua; ut

ut cùm agitur sit prægnans uel non ut.ff.
de uentre inspicen.l.1.¶ In summa scien-
7 dum † est quòd, qui sibi manus uiolentas
intulit,non promouetur,& ,pmotus deij-
citur.Est ratio,quia præsumitur, ꝙ omne
malũ in alium sit ausurus qui in seipsum
ita sæuit.ut.ff.de ædil.edic.l. cum autẽ.§.
excipitur ; qui enim sibi non pepercit,
multo minus parcet alij. ut.ff. de bo.eorũ
qui mor. sibi con.l. ultima ; qui sibi non
parcit,tibi uel mihi quomodo parcet? Est
& alia ratio in isto,quia sui est homicida,
& dei conditioni inimicus ut.55. dist.c.
si quis abscidit.In illo igitur qui sibi mem
brum amputat, est causa irregularitatis
sæuicia, siue magnum membrũ amputet,
siue paruum ; si tamen fuerit causa incisio-
nis languor, caro ei putrida resecanda
est.ut 23. quæstio.3. c.resecandæ.In alijs
uero quæ sine culpa sua ab alijs uel casu
fortuitu mutilantur, est causa irregulari-
tatis deformitas uel debilitas;quæ autem
deformitas uel debilitas irregularitatem
constituat,est in arbitrio superioris. ut j.
8 eod.tit.c.2. ¶ Sed quæritur † de illo qui
sibi uirilia amputauit ut sit castus. Et est
dicendum quod irregularis est,tanquam
sui sit homicida.ut 55.dist.c.si quis absci-
derit,&.c.si quis à medicis;& ideo depo-
nendus. Nec obst.j.eod.tit.c.significauit.
ibi enim ex gratia & dispensatione per-
mittitur sacerdoti illi ministrare in ordi-
nibus inferioribus sacerdotio ; illi enim
sunt eunuchi. Hierony. Mihi placẽt quos
castrauit non necessitas, sed uoluntas ut
55.q.5.c.tunc saluabitur. Nec est uerum
quod rustici dicunt; Quòd si quis à me-
dicis,uel ab hostibus sectus sit, non aliter
possit missam cantare, nisi testes suos ge-
rat in bursa siccos, quasi tunc habeat om
nia membra. Sed non curo,utrum habeat
quis testes uirides,an siccos;quia defectus
membri illius nec deformitatem, nec dè-
bilitatem quantùm ad officia diuina ,
inducit.

S V M M A R I V M.

1 *Bigamia quid sit, & qualiter contrahatur, & quot sunt species bigamiæ.*
2 *Bigami quare non possint promoueri.*
3 *Castitas quare maior exigatur in fœmina quã in masculo.*
4 *Consecratio episcopi cum sit maior & dignior, quàm consecratio uirginum, quare potest consecrari in episcopum, qui non solũ uxorem habuit; sed etiam qui post uxorem, habuit concubinam.*
5 *Promoueri an possit ille, qui aliquam fornicariè deflorauit, & illam posteà in uxorem duxit.*
6 *Promouendus an sit, qui credens contrahere cum uirgine, eam corruptam inuenit.*
7 *Promoueri an possit habens unam uxorem quam non cognouit, & illa mortua duxit aliam uirginem & cognouit; uel ex conuerso primam cognouit secundam non.*
8 *Sacerdos non fit, cuius uxorem constat adulterium comisisse.*
9 *Maritus, qui uxorem de adulterio accusauit, & pendente accusatione illi petenti reddit debitum, an promoueri prohibeatur.*
10 *Contrahens matrimonium cum uidua, nudatur omni priuilegio ecclesiasticæ dignitatis.*
11 *Dispensari an possit cum bigamo.*

¶DE BIGAMIS. Rubrica.

VIdimus de quibusdam irregulari-
tatibus,sed quia inter alias,biga
mina non nimia reputatur ; Ic-
circò hic post quosdam tractatus de irre-
gularitatibus, subijcitur rubrica de biga-
mis : Vel aliter continuabis. Dictum est
suprà de quibusdam irregularitatibus,siue
impedimentis, quæ sine peccato proue-
niunt; sed quia bigamia sine peccato con-
trahitur. ut 31.q. 1.c. aperiant c. Deus c.
quòd si dormierit ; Ideo hic supponitur
rubr.de bigamia. Videamus igitur Quid
sit bigamia ; Quot sunt species bigamiæ;
& quare bigamus non potest promoueri ;
Et an cum bigamo ualeat dispensari. ¶ Bi
1 gamia † est defectus ex secundis nuptijs
proueniens. ¶ Contrahitur autem biga-
mia proprio sumpto uocabulo, cum quis
successiuè & diuersis tẽporibus duas legi-
timas habet uxores.ut 31.q 1.c.aperiant.
quod intelligo, si cum utraque matrimo-
nium consumetur,aliàs secus.arg.j.eo.tit.
c.debitum. 34.di.c. Valentiniano, Largè
autem

autem & impropriè sumpto uocabulo bigamia multis modis contrahitur, ut cum quis simul habet duas uxores; quod ad factum conuenit retorqueri, quia cum neutra matrimonium tenet, si simul contractum est cũ utraque, ut j. eod. tit. c. nuper. in prin; uel tenet tãtùm cum altera. ut 34. dist. c. christiano. 31. q. 1. c. quomodo. j. de diuor. c. gaudemus. Item qui habet unam de iure, & ea mortua contrahit cum alia de facto, bigamus reputatur; non propter sacramenti defectum, cum in ueritate bigamus non existat; sed propter intentionis affectũ cũ opere subsecuto. ut j. eo. tit. c. nuper, in fin. Item qui contrahit cum corrupta, idest ab alio cognita, sicut bigamus repellitur, ut 32. dist. c. seriatim. 34. dist. c. currendum. & c. præcipimus. Item quicunque habuerit duas uxores ante baptismum; siue post baptismum; siue unam ante baptismum, & unam post, bigamus est. ut 34. dist. c. si quis uiduam 26. dist. per totum. Sed in ultimo membro Hierony. asserit non contrahi bigamiam, ut 26. dist. cap. 1. Sed illud non tenet ut probant sequentia. c. de eodem; & idem dico in eo, qui de facto ducit secundam uiuente prima: Idem in clerico qui ante sacros ordines habuit unam, & postea de facto duxit aliam. ut j. eod. titu. c. ultis Idem in his, qui contempta professione præuaricantur promissionem de continendo, & contrahunt de facto. ut 27. q. 1. cap. quot quot.

2 ¶ Quatuor † autem sunt rationes propter quas bigami repelluntur à promotione, quas assignaui s. de tempo. ordi. §. monogamus. Et nota in matrimonio attenditur duplex sacramentum, propter duplicem coniunctionem, quæ est in eo per carnis copulam consummato. Prima est coniunctio animorum. Secunda corporum. Prima coniunctionem signat fidelis animę ad deum, hoc dissoluitur per sequens peccatum; sicut & illa ante carnalem copulã, per religionis ingressum. ut j. de conuersi. coniuga. c. uerum. & c. ex publico. Secũda, scilicet, coniunctio corporum signat coniunctionem Christi & ecclesię, hoc fuit matrimonium initiatum in prophetis & patriarchis; ratum in tempore gratiæ. s. in natiuitate Christi, quando ipse lapis angularis cœpit ędificare ecclesiam; unum de iudæis, alterum de gentibus parietem

1 erigens; consummatum in cruce; uel ratũ fuit in cruce, consummabitur in patria. August. super locum illum, nunquid qui dormit, non adijciet ut resurgat, ait nota, quod dicit qui dormit, quia sicut de latere dormientis Adę, qui erat forma futuri Christi, assumpta est costa de qua formata est Aeua, ita dormiuit Christus somno mortis, ut de latere dormientis, de quo profluxerunt sanguis & aqua, quæ sunt nostræ redemptionis sacramenta, formetur sibi sponsa ecclesia ut j. de bap. & eius effec. c. maiores. & j. de cele. mis. c. in quædam &. c. Cum Marthæ. §. quæsiuisti. ¶ Item in eadem secunda coniunctione significatur coniunctio deitatis & humanitatis facta in utero uirginali. ut 26. dist. c. acutius. de con. dist. 2. c. In Christo pater. j. cod. cap. debitum. Cum ergo tam coniunctio Christi & ecclesię, quàm unio dietatis & humanitatis, unica sit & reiterabilis, meritò significatur in primi matrimonij coniunctione carnali; sed cum quis transit ad secundam uxorem, recedit ab unitate, tendens in plutalitatem; & ideò non poterit de cætero significare dictam unitatem & reiterabilem cõiunctionem; ubi enim significatũ est unitum, & significans unum esse debet, hanc rationem ponit Augu. licet obscurè 26. dist. c. acutius. in fi. & ita contrahitur irregularitas

3 bigamię. † Sed quæritur quare maior castitas exigatur in fœmina, quàm in uiro? nam maritus corruptæ, uel ab alio cognitæ promoueri non potest. ut 34. distin. c. Curandum. & c. præcipimus. & c. si cuius. & 30. q. 5. c. qualis. Sed ille qui antè uxorem, uel post habuit concubinam, potest promoueri. ut 34. dis. c. fraternitatis Dicit Hugu. Vir significat ecclesiam militãtem, quæ in potestate habet, ut adulterando & à fide exorbitando recedat à suo Christo, & ideo non est in eo sacramenti significatio, ut non obstet quòd carnem suam diuisit in plures. Vxor autem significat Christum, qui nunquam ecclesiam suam dimisit; ipse enim est fons proprius, cui non communicat alienus. ut j. de regula. & transe. c. licet. in fi. Alij dicunt & uerius

sicut

ſicut puto. Quòd uir ſignificat Chriſtũ,
qui ſibi copulauit ſynagogam, & poſteà
eccleſiam, quæ ſemper uirgo permanſit,
ſaltem mente. Vnde dicit Apoſtolus. De
ſpondi uos uni uiro uirginem caſtam.ut
27.q.2.c.nuptiarum, & ideo exigitur ꝙ
uxor una non diuiſerit carnem ſuam in
plures, quod ſi fecerit deeſt ſignificatio
ſacramenti unitatis. ¶ Item quæritur cũ
4 † cõſecratio epiſcopi maior ſit & dignior
quàm conſecratio uirginum, quare põt
conſecrari in epiſcopum, qui non ſolum
uxorem habuit, ſed etiam poſt uxorem
habuit concubinam? ut 33.diſt.c.habuiſ-
ſe. 34.diſt.c.fraternitatis. Sed ſi qua fuit
corrupta ante baptiſmum uel poſt, ſpon-
te, uel ui; cum peccato, uel ſine, non po-
teſt inter ſacras uirgines cõſecrari? ut 26.
diſt.c.acutius. Reſpondeo, Sacra uirgo
ſignificat eccleſiam triumphantem, non
habentem maculã ſiue rugam ut de pœn.
diſt.4.c.eccleſia.21.diſt.c.quamuis 32.qu.
4.c.recurrat. Sed epiſcopus ſignificat ec-
cleſiam militantem, in qua ſunt boni &
mali uſque ad ultimam ſegregationem,
quæ fieri habet in littore, hoc eſt, in fine
ſeculi, ut 26.diſt.c.acutius, in fi.2.qu.1.c.
5 multi, circa fin. Item † quid ſi quis deflo-
rauerit aliquam fornicariè, & poſteà du-
cit illam in uxorem, nunquid poterit ꝓ-
moueri? Dicunt quidam quòd ſic, quia
unus unius, nec carnem ſuam diuiſit in
plures; & illa eſt unica unici, nec carnem
ſuam diuiſit in duas; quod uidetur ſuffi-
cere. ut infrà eo.ca.debitũ 26.diſt.c.acu-
tius. & argu. infrà qui fil. ſunt legi.c.tanta.
Alij dicunt contra, ꝙ uirgo debet eſſe eo
tempore quo contrahitur matrimonium,
& ducitur uxor, ad hoc ut uir non fiat ir-
regularis. argu.32.diſtin.c.nemo 34.diſt.
in c.curandum &.c.præcipimus.& uide-
tur expreſſum 30.quæſtio.1.c.qualis, in
uer. uirgo caſta deſpõſata in uirginitate;
Et cùm primi exponunt, uirgo, id eſt, non
ab alio cognita, quorum opinio celebrior
6 eſt. Item, † quid ſi aliquis credit contra-
here cum uirgine, & inuenit eam corru-
ptam? Reſpondeo, non debet promoue-
ri, cum ſit maritus corruptæ. ut 51. diſt.c.
qui in aliquo; nam in tali caſu non excu
ſat error, uel uiolentia. ut 32.quæſti.5.c.
ille autem. Lex autem promotionis fa-
ctum requirit, non uoluntatem. ut 15. q.
7 1.cap.ultimo. ¶. Item † quid ſi quis habet
unam uxorem, quam nõ cognouit; & il-
la mortua ducit aliam uirginẽ, & cogno-
ſcit; uel è conuerſo, primam cognoſcit,
ſecũdã nõ, nunquid repelletur? Dico ꝙ
non, quia non diuiſit carnem ſuam in plu
res, & ſic non deficit in eo ſacramentum,
ut.j. eo.tit.c.debitum. Et idem dicas ꝓ-
pter eandem rationem, ſi quis uxorẽ du-
cat mulierem ab alio deſponſatam & tra-
ductam, ſed non cognitam, quia primus
maritus morte preuentus eſt. ut 34.diſt.
8 cap.ultimo. ¶ Item † pone, quòd aliquis
contraxit cum uirgine, & cognouit eam,
illa poſtmodum cognoſcitur ab alio, de-
inde maritus ignorãs hoc cognoſcit illã,
nunquid efficitur irregularis? Reſpondeo,
ſic nec poterit promoueri. ut 34.diſt.c.ſi
9 cuius uxorem. & cap.ſequẽ. ¶ Item † quid
ſi maritus accuſet uxorẽ de adulterio, &
pendente accuſatione illa petit debitum;
ipſe reddet, quia tenetur ad hoc, cũ non
debeat ſpoliari poſſeſſione ſui corporis
uſque ad ſententiam. ut 11. quæſt.1.c. quia
res 8.quæſtio.4.c.nonne. 33.quæſti.2.c.ſe
culares 35.q.6.c.multorum, & fortè etiã
præcipitur ſibi ab eccleſia reddere debi-
tum, nunquid & iſti paratur præiudiciũ
ut promoueri non poſſit? Reſpondeo ſic,
quia ut.s.dixi irregularitas ſæpe contra-
hitur ſolo facto abſque peccato, & abſque
uoluntate; quidam tamen uoluerunt di-
cere contrarium, ꝙ iſte patiatur & non
agat. Item notabis quod in hoc caſu plus
meretur luxuria caſtitate; caſtitas enim
eſt in matrimonio. ut 31.diſt.c.nicena, in
fornicatione luxuria. ut 32.quæſtio.4.c.
in eo. & matrimonij repetitio inducit ir-
regularitatem indiſpenſabilem; repeti-
tio fornicationis non, ut.j.eo.tit.c. quia.
Reſpondeo, hoc non contingit ratione
peccati, ſed propter defectum; non enim
peccatur contrahendo ſecundum uel ter-
tium matrimonium ut 31.q.1.c.aperiant
&.c.quod ſi dormierit. Sed deeſt ibi ſigna
culum ſacramenti. ut.j.eo.tit.c.debitum.
10 † Item notabis quod ubi quis de iure cõ-
trahit cum aliqua uidua, nudatur omni
priuilegio eccleſiaſticæ dignitatis. ut 84.

dist.c.quisquis; si uerò matrimonium de iure non teneat, nõ contrahitur bigamia; quia non est uiduæ maritus, qui non est simpliciter maritus, unde retinet priuilegiũ clericale. Sed circa ordines, cum eo, tanquam bigamo, dispensari non licet; non propter sacramenti defectũ, sed propter affectum intentionis, cum opere subsecuto, ut. j. eod. tit. cap. ultim. unde cũ aliquis contrahit cum illa, cum qua de iure non potest considerato opere siue facto, contrahens efficitur infamis, etsi nuptiæ nullũ sorciantur effectum. ut. ff. de his qui no. infa. l. qd ergo. §. 2. Quandoque tamẽ magis consideratur affectus, quàm effectus, uel quàm ipsum factum de pœ. dist. 1. c. hæc autem uerba. infrà de cleri. non residen. c. relatum. ff. de condi. & demon. l. hæc conditio filię meę. Quandoque plus factum quàm iuris effectum ut superius dictum est, & probatur. j. de conces. præb. & ec. non ua. c. literas ff. de condi. insti. l. mulier. §. si quis. infr. de sponsa. c. iuuenis.

11 Dispensari † cum bigamo nõ potest. ut. j. eod. c. Super eo. & c. ult. hoc enim esset cõtra Apostolũ, ut dicitur in d. c. super eo. Sed contra 34. dist. c. lector. Solutio; dixerunt quidam, Papam dispensare posse, nec est contra Apostolum, quia etsi prohibuerit bigamum ordinari. non tamen cũ eo prohibuerit dispensari. nam & Apostolus prohibuit criminosum promoueri. ut 25. dist. c. unum. §. nunc autem; & tamen cum criminosis dispensatur. ut. j. de iudi. c. at. si clerici; nec est contra Apostolum, sed præter; uel dic, propriè non obstat prohibitio Pauli, quia Papa maior est in administratione Paulo. ut 21. dist. c. j. Papa. n. est loco Petri, qui maior fuit Paulo. ut 2. q. 7. c. puto 21. dist. c. in nouo. unde dicitur quod Lucius papa dispensauit cũ Archiepiscopo panormitan. q. bigamus fuit; uel dic, quod in illo. c. lector dicitur, dispensari posse in subdiaconatu, qui secundùm primitiuam ecclesiam nõ erat sacer ordo. ut 32. dis. c. eos. 60. dist. c. nullus. hodie secus. ut. s. de seruis non ordinan. ca. miramur. quid autem circa hoc scripserit Nicolaus furiosus, nota suprà de rescriptis. §. contra ius.

SVMMARIVM.

1 *Peregrini qui dicantur.*
2 *Peregrini an repellantur à sacramentis.*
3 *Peregrini quare & quando repellantur a promotione.*
4 *Clerici peregrini permittuntur suos ordines exequi in diœcesi aliena, si habent literas testimoniales.*
5 *Sigillum capituli uel conuentus fidem facit.*
6 *Clericus peregrinus asserens literas testimoniales suæ canonicæ ordinationis amissas, & probans per testes ipsam ordinationem an sit admissibilis.*
7 *Inferior ab episcopo ius habens instituendi in aliqua ecclesia, peregrinum & ignotum instituere non debet.*

¶ DE CLERICIS PEREgrinis. Rubr.

INTER alios qui ab ordinibus excluduntur arcendi sunt peregrini; ideo subijcitur hic rubrica de clericis peregrinis. ¶ Videamus igitur hic, Qui dicantur peregrini; Quare à promotione repellantur; & Quando admittantur.

1 † Peregrini possunt hic appellari omnes qui non sunt de episcopatu ordinantis, siue sint clerici, siue laici; quia tales recipi non debent ab episcopo alieno ad ordines, uel dignitates, uel ecclesiastica sacramenta ut 71. dist. per totum. & specialiter in cap primatus. j. de parochijs. ca. 2. & 3. & quod omnes tales dicantur extranei; est arg. 3. quæst. 6. c peregrina. & 6. q. 3. c. 1. & 2. Sed & incolę, quorum uita, genus, origo, & irregularitas sunt ignota episcopo, similiter ab his, quæ superius dicta sũt; excluduntur. ut 24. dist. c. quando episcopus 42. dis. c. s. quiescamus, in uers. si enim in clero: & ar. 2. quæst. 7. c. quærendum. in uers. quorum uita & libertas nescitur.

2 † Repelluntur etiam tales à sacramentis, ut de consecra. distin. 2. c. tribus; si tam n aliquis sit incola notus, sed indignus, & sua indignitas soli episcopo sit cognita, ab ordinibus excludi non potest. ut. s. de tempo. ordi. c. ex tenore, nec sacramentis. ut de consecra, distin. 2. c. non prohibeat.

Repel-

3 † Repelluntur aūt isti à promotione duabus de causis. Vna, quia non licet episcopo falcem suę iurisdictionis mittere in mensem alienam, iudicando uel ordinādo subditos alienos. ut 71. dist. per totum 6. q. 3. per totum, 9. q. 2. per totum. Secunda causa est, quia tales solent esse pro magna parte criminosi, infames, excommunicati, uel aliàs irregulares. Item sæpe mentiuntur habere ordines, cum non ita beant; uel maiores habere, quam habeat. ut 98. dist. c. Afros 19. q. 2. c. dux. ¶ Per-
4 mittuntur † autem clerici peregrini suos ordines exequi in diocesi alienis, si habeant literas testimoniales sigillatas. 5: sigillis episcoporum. ut infr. eo. tit. c. 1: 98. dist. c. episcoporum. & infr. eo. tit. c. 1: 98 dist. c. 1. & 2. Sed quare tot, cum aliàs sufficiat sigillum proprij episcopi. ut 71. distin. primatus 19. quæstio. 2. c. dux. infr. de fide instrum. c. 2. de testi. c. cum à nobis 11. qu:
5 3. c. curiæ. & c. debeat; † cum sigillū capituli fidem faciat, ut infr. de app. c. significauit, & sigillū conuentus. ut infr. de proba. c. tertio loco? Respondeo, Vnum sufficit, si est notū, quinque requiruntur, si sunt ignota. Sed uidetur quod mille ignota non sufficiant. Ad quod respondeo, faciliùs falsatur sigillum unius episcopi, quàm quinque. Nam circa maiorem maius periculum uertitur. ut 42. dist. c. quiescamus. 7. q. 2. c. ult. ff. ad. Carbo. l. 1. §. si quis non ab aliquo. Io. tamen dicit, q̄ nisi aliqua cognitio habeatur de sigillis, uel de ecclesijs, quarum sigilla esse dicuntur; nullatenus est credendum, siue sint quinque siue plura; & hæc omnia uera sunt, si clericus peregrinus & ignotus uelit publicè officium suum exequi, uel celebrare si se dicat sacerdotem. cæterum in secreto, & ex deuotione poterit sustineri, etsi nullas habeat literas super sua ordinatione, uel testes. ut infr. eod. tit. c. tuæ. Sustineri ideo dico, quia gratia fit extraneo sacerdoti, & maxime ignoto, si permittatur in alia diœcesi celebrare: Nam & prælato fit gratia, si permittatur celebrare in prouincia, uel diœcesi aliena. ut .§. de usu pal. c. ex tuarum; & maximè si permittatur ordinare. ut 9. q. 2. per totū. Item quòd superius dictum est, quinque sigilla requiri, locum habet in ultra marinis, & alijs ualde remotis. ut infr. eo. tit. cap. j. In alijs autem clericis non tam remotis sufficit sigillū sui episcopi. ut 72. & 73. dist. per totum. & 71. distin. c. extraneo. & cap. hortamur. ¶ Quid si quis di-
6 cat se literas amisisse? † Respondeo, si probauerit per testes de sua canonica ordinatione, & de proprij episcopi commēdatione, quia hæc duo in literis contineri debuerunt, puto ipsum admittendum. ut infr. eod. tit. c. inter. & cap. tuæ. De commendatione episcopi ideo dico, quia sine licentia sui episcopi non dicuntur clerici peregrini. ut de cōsecr. dist. c. 5. c. nō opor-
7 tet. † Si autem quis inferior ab episcopo ius habet instituendi in aliqua ecclesia, peregrinum & ignotum instituere nō debet. ut 71. dist. c. hortamur. Alioquin talem institutum potest episcopus amouere. ut infr. eod. tit. c. ultim. Dantur autem peregrinantibus literæ dimissoriæ, uel cōmendeticiæ. ut infr. eo. tit. c. tuæ 71. dist. cap. penult. & ultim. 19. q. 2. c. dux; & uocantur literæ dimissoriæ uel commendaticiæ, quia per eas dimittuntur & licentiantur peregrinantes, & in eis commendantur. Has literas non faciet episcopus, nisi postulatus, ne pateat materia euagandi. ut 72. dist. c. 1. Has literas archidiaconi concedere non possunt. ut inf. de offic. archidiac. c. significasti.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus an primus præsit in ecclesia post episcopum.*
2 *Archidiaconus an preesse debeat archipresbytero.*
3 *Maioritas quotuplex sit in ecclesia.*
4 *Officium archidiaconi quod sit.*
5 *Archidiaconi iurisdictionem attinentia quæ sint.*
6 *Vicaria perpetua ordinariam iurisdictionem inducit.*
7 *Consuetudo inducit iurisdictionem. & nu. 11.*
8 *Archidiaconus an iurisdictionem ordinariā uel delegatam habeat.*
9 *Archidiaconus an habeat ius uisitandi. & num. 12.*

¶ DE OFFICIO ARCHIDIACONI. Rubr.

EXPLICATO tractatu ordinandorum, de dignitatum officijs uideamus.
1 † Et primo de officio archidiaconi, qui primus est in ecclesia post episcopum ut 25.dist.c.perlectis & hic in c.i. Est igitur uidendum, Quid ad officiū archidiaconi pertineat. Quid. ad iurisdictionem. Sed quod dixi archidiaconum primum post episcopū, recepit calumniā. Nam uidetur quod archi. presbytero sit inferior, & quasi diaconi sunt oculi presbyterorum. ut 93.dist.c.diaconi ecclesię &.c.diaconi.quis inferiores tamē presbyteris se esse cognoscant.ut 93.dist.c.Diaconi.cum alijs octo cap.seq.usque ad.§. compagis.&.c.legimus &.c.dominus no-
2 ster. † Sed dico ꝙ archidiaconus præest archipresbytero in dignitate, sed in ordine subest. Potest autem quis diuersis respectibus esse altero maior,&minor.ut 2.q.8.c.quare maior,& ęqualis. & 2.q.7. puto 17.dist.c.multis.ff.quādo ap.sit.l.1.§. sed si præsis.C.de offi.uica.l.1. In eo autē in quo quis est minor, debet reuerentiā maiori.33.q.5.c.Est ordo 93.dis.c.a subdiacono 21.dist.c.quamuis.§.in his omnibus.ī.de maio.& obe.c.statuimus;eo sal-
3 uo † ꝙ maioritas in ecclesia quadruplex est;ex dignitate; & ordine.ut dictum est; ex tēpore.ut.ī.de maio.& obe.c.1.17.dist. c.concilia.§.hinc & c.ulti.96.dist.c.bonæ quidem 75.di.c.ultimo;& ex prærogatiua ordinantis ut.ī.de maio.& obedien.c. per tuas.ff.de albo.scri.l.ultima.C.de aduoc. diuer.iudi.l.restituendæ. in fine.in Auth.ut iudices sine quo suffra.§.eos,circa finem &.ff.de re iudi.l.quidam consulebant. Vnum tamen non omitto,ꝙ maior dignitate debet reuerentiam minori gerēti uicem &locum maioris.ut 93.dis.
4 c.ulti. ¶ Pertinent † autem ad officium archidiaconi quę hic continentur.ī.eod. tit.c.2.&.3.&.c.ad hęc ut 25.dist.c.perlectis; & quę diuersæ consuetudines pro locorū uarietate inducunt.ut ar.s̄.de cōsue.
5 c.cum olim.&.ī.eod.tit.c.ultimo. ¶ † Ad iurisdictionem uerò ipsius pertinēt hæc, Corrigere.ut.ī.ca.i.Audire iurgia.ut 25. dist.c.perlectis; instituere.ut 63.disti.c.si in plebibus.ī.de institu.c.cum uenisset.ī. de offi.dele.c.super eod.ī.de excess.præl. c.ad hęc; Infligere pœnas.ut.ī.de præbē. c.referente; Percipere obsequia à subiectis.ut.ī.de excess.præla.c.ad hæc.Itē habere perpetuam uicariam,ita & iurisdi-
6 ctionem ordinariam; † nam & perpetua uicaria ordinariam iurisdictionem inducit.ut.C.de officio eius qui ui.alterius gerit.l.1.sic & perpetua uicaria ius tribuit in re.ut.s̄.de rescrip.ca.postulasti.ī.de offi. uic.c.ad hęc &.cap.ex parte.ī.de fide instru.c.G.perpetuus. Item habere uisitationem, correctionem; & procurationē. ut.ī.eo.tit.c.ultimo. Verumtamen in his recurritur ad consuetudinē ecclesiæ.ut.s̄. in his quæ spectant ad officium,& probatur inf.eod.c.ult. Inspicitur enim consuetudo uicinarum ecclesiarum.ut infrà de censi.c.ex parte.s̄.de consuet.cum olim.
7 † Nam consuetudo iurisdictionē inducit. ut.C.de eman.li.l.1.& 9.q.3.c.cōquestus. Quædam tamen inducuntur, & allegantur contra archidiaconos ad eorū iurisdictionem debilitandam; nam archidiaconus curam animarum, uel præbendas cōferre non potest 16.q.7.c.nullus.ī.eo. tit. c.cum satis.& c.archidiaconus. Item est uicarius, ergo habet delegatam iurisdictionem, hinc est quòd ab ipso non ad episcopum, sed archiepiscopum appellatur.ut.ī.de præben.c.referente. Item de humilioribus negocijs cognoscet;grauiores aūt excessus denūciet episcopo.ut 25. dist.c.per lectis.ergo est pedaneus.ut.C. de peda.iudi.l.pon.& propter hanc uarietatem iurium dicimus,dum quęritur quæ sint illa quæ ad iurisdictionem archidiaconi spectant, inspiciendam consuetudinem loci uel ecclesiæ.ut.ī.eo.tit.c.ultim.
8 ¶ Item si quęratur † an archidiaconus habęt iurisdictionem ordinariam uel delegatam.

gatam. Respondeo, si per electionẽ assumitur ꝙ uidetur.ut 93.dist.c.legimus;nã & decani eligũtur ut.s̄.de elec.c.cũ i iure. j̄.de appell.c.cõstitutis; & præpositi.ut.s̄. de elec.c.dudũ.ii.j.j̄.de appe.c.constitutis, tunc habet ordinariã iurisdictionẽ, ut in Auth.de defen.ciui.§.nos igitur. Si autem nõ assumatur per electionem, sed preter electionẽ præficiatur per episcopũ,ut quædã iura uelle uidentur.ut.j̄.de insti.c.cum uenisset.74.dist.c.episcoporũ 60.dist.c.i.tunc non habet ordinariã, sed delegatã. Sed & in hoc puto inspiciendã loci uel ecclesię consuetudinẽ,utrũ p ele

9 ctionẽ archidiaconus assumatur. ¶ † Sed quod dixi,archidiaconum habere ius uisitandi, in dubium reuocatur; nã uidetur hoc ad episcopum pertinere. Ad quod respondeo, Metropolitanus habet suam uisitationem in prouincia quã singulis annis faciet secũdũm formã quã habet. infr.

10 de accu.c.sicut olim. ¶ Sed nunquid † in diœcesibus suorum suffraganeorum uisitationem faciet? Videtur ꝙ sic ar.i 2.dist. c.de his.infr.de censib.c.cum apostolus. 10.q.3.c.cauendum; quod intelligo morientibus episcopis, uel negligentibus uisitare; In his enim casibus habet Metropolitanus iurisdictionem in subiectis suffraganeorum suorum,ut dicemus infr.de offi.ord.pastoralis; & idem puto si Metropolitanus uisitat, inquiret super aliquo contingente generalẽ statum totius pro-

11 uinciæ.ut 9.q.3.c.archiepiscopus. † Habet & episcopus suam uisitationem in sua diœcesi, quam faciet omni anno.18.dist. c.quoniam; & pluriès in anno, si necesse fuerit.ut 18.q.2.c.uisitandi.&.c.nõ semel; Et etiam quæ fiunt in concilio prouinciali, publicabit in sua synodo episcopali singulis annis.ut infrà de accusa.c.sicut 10. q.3.c.decreuimus. Habet archidiaconus suam uisitationem, cum episcopus uisitare non potest.ut infr.eod.c.i. Et poterit etiam de anno in annum uisitare, & frequentius si opus fuerit.ut infrà eod.tit.c. mãdamus. Et nota quia, quod dixi.s̄.de cõsuetudine determinare iurisdictionem archidiaconalem,uerum est si fuerit præscripta uel tanto tempore obseruata, ut eius memoria nõ existat;& sic non obstat

12 infr.eod.tit.c.cum satis. ¶ Sed † quæritur an archidiaconus possit excommunicare posito ꝙ habeat iurisdictionem ordinariam?uidetur quòd non,ut j̄.eo.tit.c. archidiaconi; & quia excommunicatio mucro est episcopi. ut 16. q. 2. c.uisis.in fi.Sed contra,si habet iurisdictionem potest excommunicare ut j̄. de offi.delega. c. ex literis; iurisditio. n. sine coertione nulla est. ut.ff. de offic. eius cui man. est iuris.l. ulti. & in præall. decre. præterea.

13 † Plebanus qui minor est archidiacono excommunicat ut j̄.de offi.ordi.c.cum ab ecclesiarum. imò & parochialis sacerdos. ut 2.q. 1.c. nemo 11.q. 3. c.quomodo. 2. q.7.c.nos si §.cum Balaam. infrà qui fil. sunt legi. c.per uenerabilem. Dico ergo, quòd si iurisdictionem habet ordinariã, quod euenit, si ab uniuersitate eligatur, uel si hoc obtineat ex antiqua uel approbata consuetudine, potest excommunicare. Nec obstat j̄. eo.tit.c.archidiaconus,quãuis enim ibi dicatur, nõ uidetur, tamen non est ita; quædam enim aliter sunt,quàm prima facie uideantur.ut infrà de sen.ex.c. p tuas i prin.s̄.de elec.c.cum. nobis olim,in prin. Ad aliud,quod opponitur Respondeo. excommunicatio dicitur mucro episcopi, quia nullus inferior eo excommunicare potest in ea solennitate, in qua potest episcopus,de qua solennitate habet 6.q.3.c.debẽt. ¶ In summa.

14 † notandum est, quòd ad archidiaconum non spectat literas formatas uel commendatitias cõcedere ordinandis,ut infrà eo. significasti. & sic ad ipsum spectat examinare ordinandos, & episcopo præsentare; ponere abbates,& abbatissas in sede.ut infrà eo.c.ut nostrum.

SVMMARIVM.

1 *Archipresbyteri officium & in quibus spiritualibus sit uicarius episcopi. & nu.2.& 4.*

3 *Procurator ad negotia, ante lit. contest. pot alium procuratorem substituere; procurator uerò ad lites non, nisi post lit. contesta.*

4 *Pontificibus infirmantibus, simplices etiam sacerdotes, quæ licita sunt, explere possunt.*

5 *Archipresbyter an de causis matrimonialibus cognoscere possit.*

6 *Abbas ius episcopale præscribere potest.*

DE

¶ DE OFFICIO ARCHIpresbyteri. Rubr.

Quia post archidiaconū archipresbyter gradum facit, & ideò post officiū archidiaconi, subsequenter tractatur de officio archipresbyteri,
1 † qui etsi minor sit archidiacono iurisdictione & administratione, maior tamen est ordine.ut not.suprà tit.proxi.in prin.quæ aūt spectent ad officium archipresbyteri patet in decret.hic subiectis.
2 ¶ Vnum in summa † notandum est quòd cum archipresbyter sit uicarius episcopi in quibusdam spiritualibus.ut infr.eo.tit. c.ministerium.in fi.alium tamen uicariū dare potest ut ibidem.& 15.dist.c.perlectis,in uer.archipresbyter uerò, quod in hac iurisdictione uoluntaria contingit, secus in contentiosa,in qua iudex iudicē dare non potest,nisi à principe fuerit datus.ut C.de iudi.l.à iudice.infr.de offic. delega.c. super quæstionum.
3 † nec procurator procuratorem, nisi factus fuerit dominus litis per contesta.ut.C.de procur.l.neque tutores.&.l.ꝙ si quis; quod in procuratione ad iudicia locum habet; aliud in procuratione ad negocia, in quā etiam ante litem contestatā procurator procuratorem dare potest.ut.ff.man.l.si
4 procuratorem.§.1.¶ Item † notandum, ꝙ infirmantibus episcopis, ita ut sacrū ministerium exequi non possint, nedū archi presbyteri defectum eorum supplere possunt, sed & simplices sacerdotes, quæ licita sunt, explicant.ut 7.q.1.c.pontifices. licita reputo,ut cantare missam, & prædicare 95.dist.c.ecce;alia uerò,quæ officium pontificale requirunt, per uicinos episcopos suppleantur, ut in preallegato c.pontifices.cautela tamen præhabita,& protestatione præmissa, ꝙ rogatus faciat, & inuitatus accedat;non iure proprio exequatur.ut 24.dist.c.presbyter ar.s̄.de po-
5 stula.c.bonæ memo.il 2. † Notabis etiā, quòd sicut archidiaconus cognoscit de causis matrimonialibus.ut.j̄.de resti.spo. c.literas; sic & archipresbyter. ut.j̄.de consang.& affi.c.ex literis. Sed uidetur, ꝙ hoc stare non possit, quia cognitio matrimonialis, episcopalis est ut.j̄.de exces. præla.c.accidentibus 35.q.6.c.multorū. matrimonium autem est magnum sacramentum in ecclesia,ut j̄.de sponsa.c.pri. Archidiaconus uerò, nec multò fortius archipresbyter, de magnis negocijs non cognoscit.sed de iurgijs,scilicet, de leuibus quæstionibus,ut.s̄.de offi.archi.c.ad hoc;magnas enim causas officiales huiusmodi ad episcopos referunt, sicut legatus,ꝓ consulis ad proconsulem.ut.ff.de offi.procon.l.si quid erit.& 25.dist.c.perlectis;quod intelligo uerum esse,nisi huiusmodi personis competat iurisdictio sꝰ per causis matrimonialibus ex concessione speciali, uel consuetudine præscripta; nam & in his casibus abbatibus compete re potest.ut.j̄.de exces.præla.c.acceden-
6 tibus,in fi; † quia abbas ius episcopale præscribere potest.ut.j̄. de præscrip.c.auditis.

SVMMARIVM.

1 *Primicerius quibus præsit.*
2 *Primicerio absente, ea quæ officio ipsius incumbunt, is exequitur, qui ei aut ordine aut eruditione proximus est.*

¶ DE OFFICIO PRIMICERij. Rubrica.

Primicerius est primus in choro,uel primus in cantu; spectant autem ad eius officium ea quæ hic habes.ut 25.dist.c.perlectis, in uerbo ad primice-
1 rium. † Sed quod hic dicit, primicerium præesse diaconis, recipit calumniam ex eo ꝙ alibi dicitur archi.præesse his, ut.s̄. de offi.arch.c.officium. Ad quod respondeo,iura uariè loquuntur de huiusmodi officijs & officialibus;& ideò determinanda sunt secundùm uarietatem diuersarū consuetudinum, quæ in ecclesijs obseruātur.ut dixi suprà de offi.archid.¶ In sum-
2 ma notandum † est, ꝙ absente primicerio ea, quæ officio ipsius incumbunt, is exequitur, qui ei aut ordine aut eruditione proximus est.ut 25.dist.c.perlectis.

SVMMARIVM.

1 *Sacrista idem est quod thesaurarius.*
2 *Thesauri custodia quando ad sacristam pertineat.*
3 *Officio sacristæ quæ alia competant.*
4 *Custodis officio quæ pertineant.*
5 *Archidiaconus, archipresbyter, & custos ex melioribus & sanctioribus sunt assumendi.*
6 *Officia & dignitates melioribus danda sunt.*

¶ DE OFFICIO SAcristæ. Rubrica.

1 SAcrista † est idem quod thesaurarius, unde qui hic uocatur sacrista, alibi uocatur thesaurarius. 25. dist.
2 c. perlectis. in fi. † Ad istum spectat thesauri custodia, ut hic dicitur, sed hoc uerum est secundo loco, nam primo loco spectat ad archidiaconum ut. s. de offici. archid. c. ea quæ. Competunt & huic officio quædam alia, quę hic, & in c. perlectis,
3 continetur. ¶ Et notandũ quod † custos est minister sacristæ; & ideò in custodia thesauri, quæ ad sacristam spectat ut s. tit. proxi. c. ministerium, præstat. ut hic. c. 1. Item & de luminarijs curam habet custos ut j. eod. tit. c. 2. in prin. & nihilo minus sacrista ut s. eod. titu. proxi. c. uno; & propterea Isidorus de hoc officio non curauit. 25. dist. c. perlectis. Nec obstat quod dicitur. j. eod. tit. c. 2. hi tres &c. s. archidiaconus, archipresbyter, & custos; & sic omittitur sacrista, nam hoc ideò fit, quia quod officio sacristæ incumbit, expeditur
4 per ministerium custodis. † Per hunc custodẽ fit distributio oblationum, eleemosinarum, decimarũ absente episcopo. ut. j. c. 2. nam si præsens esset, per eum fieri deberet. ut 12. q. 2. c. nobis. & c. Vulteranæ. inuenio tamen in casu quòd canonici suo iure capiunt suam canonicam portionem. ut. j. de test. c. relatum. nisi episcopus hoc ius per indulgentiam obtineat, ut sibi liceat canonicis distribuere. ut. infrà
5 de uerb. sig. c. cũ tibi. † Hi tres officiales, scilicet, archidiaconus, archipresbyter, & custos; & meliores & sanctiores sunt
6 assumendi. ut. j. eod. c. 2. † quia officia & dignitates melioribus dandæ sunt. ut. 8. q. 1. c. licet. 83. d. c. ult. j. de iure pa. cap. quoniam. ff. ad municip. l. honores. 1. respon. C. de his qui ad eccle. confu. l. presenti. §. q; in finibus. in Auth. de san. epi. §. 2. & §. si quis oratoriũ. Et sicut bonis meliores, sic melioribus optimi præferuntur. ut. 63. dist. c. metropolitano. in Auth. de monachis. §. ordinationem. & arg. ad idem. ff. de uerb. obl. l. ubi autem non apparet; rudibus enim emeriti, nouis præferantur antiqui. ut. 61. dist. c. quid proderit c. statuimus. & c. nec emeritis. & c. nullus. priùs ordinati præferantur posterius ordinatis. ut 75. dist. c. ult. in fi. ¶ Ad solutionem omnium horum sic dico, si unus tantùm de gremio ecclesiæ eligatur, non requiruntur hec omnia, sed sufficit quod non sit malus. ut 16. q. ult. c. monasterium. Si uerò plures eliguntur, tunc collatio de his omnibus habeatur quo ad hoc ut unus alteri præferatur ut s. de electi. cap. dudum il. 1. & c. cum in concilio. & c. ecclesia. Sed si de aliena ecclesia quis eligatur, requiritur quòd sit optimus, sicut dicit lex in tutore, qui si eligatur de terra, de qua oriundus est pupillus, sufficit si sit bonus; si de aliena terra, oportet, ut sit optimus. ut. ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. diuus. Si uerò minus idoneus custos datus fuerit, denunciante archidiacono per episcopum amouetur. ut. j. eod. titul. c. 1. & est mirabile aliquẽ deijci uel amoueri per denunciationem, & simile. 2. q. 7. c. quapropter. j. de iureiur. c. qui telam. j. de fideiusso. c. peruenit. 81. di. c. Maximianus. Sed hoc non uidetur stare posse; nam accusatio inducit depositionem, inquisitio remotionem, denunciatio correctionem. ut j. de accusa. c. super his. & c. qualiter & quando. Respondeo, custos non idoneus & ineptus admidistrare delinquit in administrando; unde alio modo corrigi non potest, nisi remoueatur; & hoc est generale, quòd ubicunque correctio alicuius criminis aliter puniri non potest nisi remoto eo qui delinquit, etiam si denũciatiuè agatur, necessarium est eum amoueri, sicut in iudicio præsentali contingit. ut. 13. dist. c. nerui. j. de simo. c. ex tuæ. & c. matthæus. in fi.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius quis sit, & quod sit Vicarij officium. num. 6.*
2 *Officiales episcoporum an sint ordinarij uel delegati.*
3 *Appellari ad quem debeat ab officiali episcopi.*
4 *Delegatus ab alio quàm à Principe, qualiter potest alteri delegare.*
5 *Appellatur ad episcopū à delegato officialis.*
7 *Per uicarium in quibus casibus deseruiri possit.*
8 *Vicarius quod ius in ecclesia habeat.*
9 *Vicarius habens unam uicariam an aliam habere possit.*
10 *Vicarius uicarium constituere non potest. Fallit in archipresbytero num. 12.*
11 *Delegatus an possit delegatum constituere.*

¶DE OFFICIO VICARII. Rubrica.

SVPERIVS dictum est de his, qui seruiunt ecclesijs nomine proprio; hic tractatur de his qui seruiunt nomine alieno, & ideò subijcitur hic rubrica de officio uicarij. ¶ Videamus ergo; Quis sit uicarius; Quid sit officium uicarij; In quibus casibus possit per uicarium deseruiri; Quod ius habeat uicarius in ecclesia, in qua seruit; Et an possit quis
1 plures uicarias habere. ¶ Vicarius † est qui uices alterius gerit, siue in officio nō contentioso, ut hic & s. de offic. archi. c. 1. & s. de offic. archipre. cap. 1. in fin. siue in contentioso. ut. C. de offic. eius qui uic. alte. ge. per totum. Sed est sciēdum, quòd illi uicarij, de quibus in legibus positis in illa rubrica tractatur, non erant legati uel subdelegati, sed ordinarij iudices; nā eligebātur ad certum tempus, quod erat ordinarijs præfixum, ut ipsi uices ordinariorum præsentium & uiuentium supplerent; & erāt & alij qui gerebant uices mortuorum, & absentium, qui suffecti appellabantur; ij omnia poterant agere, quæ pertinent ad iurisditionem, præter ultimum supplicium, & membri abscissionem. ut. C. eod. tit. l. 2. & in Auth. de coll. §. ante-
2 quam uerò. Vnde † de officialibus episcoporum plerunque in curia dubitatur, an sint ordinarij uel delegati; uidentur enim ordinarij habita similitudine ad uicarios & suffectos, qui sunt ordinarij sicut dixi; sed puto officiales fore delegatos, eo q̄ non eligunt, nec ad certum tp̄s instituūtur; sed sicut & quantum episcopi uolunt, gerunt igitur uices eorum quandiu durant mandata, desinunt gerere cum reuocātur mandata; sed si sunt delegati ad uniuersitates causarum, quandiu durat eorū iurisdictio, unde possūt alijs delegare; eo quòd, non eis causa committitur, sed iurisdictio. ut. ff. de iudi. l. cum prætor. §. iudices; quidam tamen dixerunt eos ordinarios, & de talibus loqui dixerunt decre. ī. de in inte. resti. cap. fin. in uers. Delegati uerò ab ordinarijs qui administrationem non habent. sed illud alio modo debet intelligi & exponi, sicut alibi hoc notabo.
3 † Item dubitari consueuit ad quem debeat appellari ab officiali episcopi; dixerunt quidam quòd ad archiepiscopum, quasi tribunal officialis sit ordinarium, ut perinde habeatur ac si ab episcopo appelletur; ab episcopo autem ad archiepiscopum gradatim est appellandum. ut. C. de appella. l. præcipimus, in prin. & in Auth. de appella. & ī. quæ temp. §. ultimo. 2. q. 6. c. anteriorum; & uidetur hoc expressum. ff. quis & à quo. l. 1. §. ab eo, quamuis contrarium innuat decre. infrà eo. de appella. c. dilecti filij. allegabatur ad hoc & quædam ratio, nam si ad episcopum appellaretur posset iterum episcopus alij committere, & sic nunquam perueniret ad metropolitanum, & per hoc fiet fraus iuri secundùm quod causæ deferuntur ad metropolitanum per appellationem. ut 2. q. 7. c. metropolit. ī. de offi. del. c. 1. Sed puto quod ab officiali episcopi ad episcopum sit appellādum, nam a delegato ordinarij ad episcōpum ordinarium appellatur. ut. ff. si quis & à quo. l. ult. Nam hoc generale est quòd à delegato appelletur ad delegantem ut. C. de appel. l. præcipimus. §. hic si appellatio. in Auth. de sanctis. episc. §. si quis contra aliquem. C. qui pro sua iuris. l. una. in fi. hoc tamen fallit in Auth. de appella. §. ulti. C. de appella. l. præcipimus.

mus.§.huic salubercimæ.&.l.eo casu. Et
ad obiecta superius sic respondeo, ad pri-
mum iam responsum est suprà, quia offi-
ciales delegati non sunt ordinarij; ad se-
cundum sic, lex illa, quis & aquo.§.ab eo,
non loquitur in ordinario delegante, sed
in delegato ab alio quàm à principe, qui
delegatus alteri delegat, quo casu, si à
subdelegato appelletur, non ad proximũ,
sed ad primum appellandum est delegan
tem; secus si delegatus à principe alteri
delegauerit; nam tunc non ad principẽ,
sed ad eius appellandum est delegatum
ut.C.qui ꝑ sua iurisdictio.l.j.in fin.¶ Sed
4 si moucaris & dicas. † qualiter delegatus
ab alio quàm à principe potest alteri de-
legare? Respondeo, post litem contesta-
tam, ut in procuratore dicimus.C.de ꝓ-
curato.l.neque; uel si ad uniuersitatem
causarum fuerit delegatus. Ad tertium
respondeo, Iura, quę dicunt causas defe-
rendas ad Metropolitanũ per appellatio
nem, locum habent cũ episcopus in pro-
pria persona cognoscat; nec puto aliquã
fraudem fieri iuri, si episcopus alij dele-
get; si quis tamen uelit aliam opinionem
tenere, ut dicat ab officiali episcopi, ab
archiepiscopum appellandum, potest ad
iura, quæ pro mea opinione induxi, tali-
ter respondere. Iura superius allegata,
quæ dicunt à delegato ordinarij ad ordi-
narium appellãdum, locum habent cum
ordinarius causam singularem commit-
tit; ubi autem causarum uniuersitatẽ cõ-
mittit, ut in officiali contingit, tunc non
ad ordinarium qui delegauit, sed ad illũ
appellabitur, ad quem appellaretur ab
ipso ordinario; & sic loqui uidetur.§.ille
ab eo, scilicet qui committit non causam
singularem sed iurisdictionẽ, id est, causa
rum uniuersitatem; sed quod prius dixi,
5 magis placet. ¶ Item quæritur † à dele-
gato officialis ad quem appellabitur? Re-
spondeo, ad episcopum; & hic est casus,
quem primo posui, & secundùm quem in-
tellexi illum.§.ab eo, scilicet, in delega-
to ab alio quàm à principe alteri delegã
6 te. ¶ † Officiũ uicarij est seruire eccle-
się & personæ, ut ĵ.eod.tit.c.prouideas; &
cùm eos cura respiciat animarum, ut ĵ.
eod.tit.c.ultim. fiunt sacerdotes, ut.s̄.de
elect.c.cum in cunctis, & not.s̄.de ęta. &
7 qualit.§.sed quare. ¶ Nunc † uidendum
est in quibus casibus liceat per uicarium
deseruire. Et certè cùm prælati ecclesia-
rum seu personę debeant esse uel fieri sa
cerdotes ut in d.c.cùm in cunctis.§.mi-
nora; & continue debeant residere.ut.ĵ.
de cleri.non residen.cap.relatum, quibus
semper offerenda sunt sacrificia.ut 31.dis.
c.si laicus; & diurnas ac nocturnas ho-
ras canere debeant, ita ut quotidie in offi
cijs septenarius numerus expleatur.ĵ.de
celebra.mis.cap.j.non uidetur per uica-
rium licere deseruire, nisi ex indulgentia
speciali competat alicui non residere; uel
consuetudo excusat non residentem; uel
cum ecclesia dependeat ex præbenda.ut
infr.de præben.c.exposuisti.& ca.extirpã
dę; uel cum persona sine culpa sua inci-
dit in debilitatẽ, deformitatem, seu mor-
bum, ita ut per se deseruire non posset, ut
sicut in his casibus maioribus prælatis dã
tur coadiutores.ut 7.q.1.cap.1.sic & mi-
noribus liceat ꝑ uicarium deseruire; uel
cum necessaria profectio imminet, ut.ĵ.
de appella.c.peruenit, uel uoluntaria, uti
lis tamen & honesta, utputè studiorum
uel peregrinationis causa, cum licentia
tamen prælati.ut de consecr.dist.5.c.non
oportet. In his enim & consimilibus cau-
sis tractatus ille de uicarijs locum habet.
8 ¶ Habet † uicarius hoc ius in ecclesia, qa
si de assensu prælati fuerit institutus, re-
moueri non potest à persona quæ ipsum
instituit, uel successore ipsius, ut ĵ.eo.tit.
c.ad hoc.ĵ.de arbi.c.non sine; habet cu-
ram animarum, ut ĵ.eod.tit.cap.ulti.ha-
9 bet ius in re, † & propterea habens unã
uicariam, aliam habere non potest ut ĵ.
eod.tit.c.prouideas; & uicarius in una, nõ
potest in alia intitulari, uicaria retenta, ut
.s̄.de rescript.c.postulastis. Item intitula
tus in una, non potest uicarius effici in
alia.ut.ĵ.eo.tit.c.j.Item agere potest, &
conueniri nomine ecclesiæ ut.ĵ.de fide
instru.c.G.perpetuus, quæ omnia in per-
petuo uicario locum habent. Talis enim
suo nomine possidet, sicut & is qui ad nõ
modicum tempus conducit.ut ff.si ager
uecti.uel emphi.l.ulti.in fi.& nihilominu-
dus per eũ possidet persona; quia is possi-

det, cuius nomine possidetur inf. de rest.
10 spo.c.cum uenisset. ¶ † In summa notandum est, quod uicarius uicarium constituere non
11 potest ut inf. eod. c.clericos; † sic etiam nec delegatus delegatum, nisi à principe datus esset. C. de iudic. l. à iudice. j. de offi. deleg. c. super quæstionum. Nec obstat infr. de sen. & re iudic. c. cum Bertoldus. ubi enim factum recitatur, cum dicitur, subdelegatum alteri delegasse, alias obstaret ut infr. de appel. c. cum causam. Sed obstat. ff. manda. l. si procuratorem. § si quis mandauerit. ubi procura. constituit procuratorem; sed illud in procuratore ad negocia, secus in procuratore ad iudicia. cui non hoc licet nisi lite contesta. ut. C.
12 de procura. l. neque. Item † quod dixi, uicarium dare uicarium nō posse, fallit in archipresbytero, qui cum sit uicarius episcopi, constituit alium uicarium ut not. s. de offi. archipresb. in princi.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus quis sit.*
2 *Appellatione interposita ab executore sententiæ, quid de fructibus fieri debeat.*
3 *Modus in exequendo quomodo excedatur.*
4 *Executor falsi exceptionem admittere debet*
5 *Officium delegati quid sit.*
6 *Delegatus quam potestatem habeat,*
Rescripta quare stricti iuris dicantur.
7 *Iurisdictio delegata an extendatur ad alias personas.*
8 *Delegatus committens simpliciter, an totum committere uideatur.*
Verba cum effectu sunt accipienda.
9 *Iurisdictio an possit reuocari ante quàm eam subdelegatus admittat.*
10 *Delegatus an uices suas commitere possit & nu. 12.*
11 *Delegatus quando possit abesse.*
12 *Intellectus ad c. coram. infrà eod. tit.*
13 *Delegatis pluribus si causa committatur cum illa clausula, quòd si non ambo &c. uel quòd si non omnes &c. uno se excusante, an alius uel alij procedere possunt.*
14 *Et an omnes iudicare debeant.*
15 *Et quid si duo pronuncient tertio absente ratum habente*
17 *Et quid si duo pronuncient tertio præsente & non contradicente, an ualeat sententia nu. 17.*
16 *Delegatus uel ordinarius si commiserit causam cum illa clausula, quòd si nō ambo &c. uel illa, quòd si non omnes &c. an ualeat commissio.*
18 *Delegatus à Papa potest id committere, quod iurisdictionis est.*
Et quod est mixti Imperij.
19 *Delegati iurisdictio quæ sit, ex forma commissionis apparet.*
20 *Delegatus Papæ potest sententiam suam exequi.*
21 *Sententiæ executio in quibus casibus sit differenda.*
22 *Iurisdictio delegati usque ad quod tempus duret.*
23 *Iurisdictio delegati quibus modis prorogetur. & nu. 32.*
24 *Iurisdictio delegati quando finiatur. & nu. 27.*
25 *Mandatum quibus modis expiret.*
26 *Rescriptum secundum impetratum, non faciens mentionem de primo, non ualet.*
28 *Intellectus ad. ca. cum specialis. de appellationi.*
29 *Mandatum quare dicatur reale, & quando in successorem transferatur.*
30 *Delegatus non debet iurisdictionem arctare, & quomodo hoc intelligatur.*
31 *Iudex impetratus an ab impetrante recusari possit.*
32 *Iurisdictio prorogata an sit ordinaria uel delegata.*
33 *Causa si committatur alicui expresso dignitatis nomine, & is qui præest deponatur, transferatur, suspendatur, ab administratione amoueatur uel excommunicetur, an finita sit iurisdictio.*
34 *Conseruatores qui dicantur, & quid habeant facere & an iudices sint.*
35 *Auditores curiæ qui dicantur.*
36 *Edicta qualiter olim fiebant, & nunc fiant & nu. 37. & 38.*
38 *Perpetuatio iurisdictionis fit per citationem*
39 *Ordinarius an possit cogere hominem non suæ iurisdictionis recipere suam commissionem.*
40 *Aduocatus non cogitur exercere officiū suum alibi quàm in foro suo.*

¶ De

¶DE OFFICIO ET POTESTAte iudicis delegati. Rub.

DICTVM est suprà de his, qui gerunt uices aliquorum in officijs dimissis; hic autē tractatur de his, qui gerunt uices alienas in iurisdictione cōtentiosa; & ideo subijcitur hic rubrica de officio & potestate iudicis delegati. ¶ Videamus ergo Quis sit delegatus; Quid sit officium delegati; Quæ iurisditio; Quibus modis prorogat & Quibus modis finitur iurisdictio delegati. ¶ Dele-
1 gatus †. est is, cui uel a summo pontifice, uel ab ordinario, uel a delegato principis, causa committitur; nam & subdelegatus delegatus est; dicitur autē subdelegatus respectu delegati. Itē is, cui principiū causæ uel mediū committit, etsi iudex ꝓpriè dici nō possit ut j. eo. tit. c. super quæstionum. §. porrò. delegatus tamē est, cui delegari potest principium, medium, uel finis. ut infrà eo. tit. c. super quæstionum. §. intentionis. Sed & is cui executio uel ministerium aliquod demandatur, delegatus est; nam auctoritate delegata exequitur, quod mandatur ut inf. eod. tit. ca. ult. §. penul. & ult. j. de app. c. nouit. Sed quamuis executor habet iurisdictionem delegatam, nō tñ habet omnia quæ ex iurisdictione procedunt; nā de iurisdictiōe prouenit iudicis dandi potestas. ut. ff. de iurisdi. om. iudi. l. 3. in fi. quæ sibi non cōpetit. ut infr. eo. tit. cap. ulti. Et est ratio, quia in talibus, quæ non in cognitione, sed in ministerio solo consistunt, industria personalis electa uidetur; & ideo ab ea recedendum non est ut infr. eod. tit. c. ult. in fi. C. de cadu. tol. l. una. §. ne autē. ff. de solu. l. inter artifices; & sicut hoc ei à iure tollitur, ut committere nequeat; sic & aliud ei datur, ut ab illo appellari non possit, nisi modum in exequendo excedat ut infr. eo. tit. c. super quæstionum. §. nos autē inf. de ap. c. nouit. ff. de app. l. ab executore. C. quorū app. non recipi. l. ab executore, nisi partes iudicis assumat, ut. C. dè execu. rei iudi. l. si ut ꝓponis, uel nisi dolo aliquid faciat. ut. ff. de neg. ge. l. 3. §. si executor; uel nisi executori obijciatur excommunicatio. ut 11. quæstio. 3. c. cum excommunicato; uel nisi super eo, de quo agatur, facta sit nouatio inter partes, tunc enim executionis ordo mutatur. ut. ff. de re iud. l. 4. §. si ex conuentione; uel nisi in exequendo tempus quadrimestre præueniat executor, ut. C. de appell. l. si quis prouocatione; uel nisi executor malè interpretatur sententiam ut. ff. de ap. l. ab executore; uel nisi obijciatur exceptio, per quam contendatur nullum retro fuisse iudicium, & eam non admittat. ut j. de procu. c. in nostra. C. de procu.
2 l. licet. † Et nota quòd, ubi appellatur ab executore sententiæ, fructus rei, super qua iudicatum est, sequestrandi sunt; & res, de qua iudicatum est, si mobilis fuerit, possessori detrahatur, & sequestro idoneo collocetur, rédenda ei parti pro qua sacer cognitor iudicauerit; si immobilis, fructus in deposito collocentur, iure fundi penes eum qui appellauerit, constituto ut C. quorum appe. non reci. l. ab executione; nec intelligas sicut quidam errātes dixerunt, tunc locum habere hanc sequestrationē de qua loquit lex superior, cū persona possidēs est suspecta per legē aliā ff. de ap. l. Imperatores. §. ult. nā certè lex illa, imperatores, locū habet cū possessor a sñia appellat, tunc. n. attēdit distinctio de suspecto; lex aūt illa, ab executione, loquitur cū appellat ab executore qñ indistinctè faciēda est sequestratio. ut superius dictum est. Et est ratio, quia tantū facit pro me sententia q̃ coram executore petam ipsam executioni mandari, quātum pro te possessio. ¶ † Modū aūt in exe-
3 quendo excedi intelligo, cum executor mandati fines excedit. s. cum aliud exequitur quàm quod debet; uel cum in exequendo iniuriam infert. ut. C. de appe. l. si quis prouocatione; & sicut in his casib. quos enumeraui superius, appellatur ab executore; sic & recusari poterit, si meritò sit suspectus. ut. j. eo. tit. c. super quæstionum §. porrò, nisi de partiū detur, uel recipiatur assensu, ut in d. §. nos aūt; & quæ superius seminaui locū habent in mero executore. Quis autem sit merus, quis mix-
4 tus dixi s. de rescriptis. §. executori ę. † Itē quamuis superiùs dixerim, executorem

partes iudicis assumere non debere per l. si ut proponis. C. de exe. rei iudi. exceptio nem tamen falsi admittere debet; & si summaria cognitione adhibita inuenerit, sententiam, de qua exequenda mandatum recepit, interueniu falsitatis fuisse prolatam, ea nullatenus exequitur. ut. j. de crimi. fal. c. sup eo. ff. de custo. & exhi. reo. l. diuus. Sed si inuenerit eam latam contra ius litigatoris, nihilominus exequatur. ut. j. eo. tit. c. pasto. §. quia uero. ni si apud eum, qui mandauit, ualeat obtinere, ut ipsum exoneret ab executione mandati, ut. j. eod. tit. c. si quando. ¶ Offi-
5 cium delegati † est fines mandati diligenter attendere & seruare. ut. j. eo. tit. c. super quæstionum. ff. de procu. l. si procurator. ff. mandati. l. si diligenter. & formam mandati seruare debet ut supra de rescrip. c. cum dilecta. ff. man. l. si quis pro eo, ut prius expediatur, quod prius expediri mandatur. ut. C. de app. l. 1. C. de rei uendi. l. ordinari. j. de causa possessio. & prie. c. cum dilectus; Nec obstat de rescrip. c. inter cæteras, in uers. iudici quodcunque; illud enim locum habet in mandatis alternatiuis. Item Non obstat. j. de rescrip. c. causam quæ; nã illa clausula, quã tum de iure poteritis &c. ex sui natura intelligenda, & obseruanda est, & ante receptionem testium, & post; & ideò non tantum erat intelligenda ubi in ordine rescripti ponebatur. ¶ Item officium delegati est, quædam facere, per quæ perueniatur ad consumationem negocij seu mandati etsi illa non contineantur in literis commissionis. ut. j. eo. tit. c. præterea; oĩa enim commissa uidentur, sine quibus mãdatum expediri non potest, ut ibi. & infr. eo. tit. c. prudentiam. §. sexta. & c. ex literis. ff. de offi. eius cui. man. est iurisdict. l. ulti. ff. de iurisdict. om. iu. l. 2. Item exceptiones legitimas debet admittere, etsi hoc ex forma rescripti non habeatur. ut infr. eod. tit. c. ex parte. & infr. de iudi. c. à exhibita. ¶ Item officium iudicis, siue delegati, siue ordinarij multiplex est ante lit. cõt. & post litẽ. ut dic mus j. de officio
6 iudi. † Habet autem delegatus potestatem inter partes, inter quas delegatur, & super eo quod sibi cõmittitur. ut. infr. eo. tit. c. p. & g. & c. cum olim abbas; & propterea dicantur rescripta stricti iuris, quia non extenduntur ad alias res, uel personas, quã in rescriptis contineantur; sicut in compromissis dicitur; id enim uenit in compromissum, de quo actum est ut ueniret. ut. ff. de arbi. l. si cum dies. §. ple
7 num. ¶ Casualiter † tamen iurisdictio delegata extenditur ad alias personas ut infr. eod. tit. c. 1. infr. de sen. e. c. ex graue. & infr. de alienatio. iud. mu. causa fac. c. 1. & infr. de iudic. c. quia V. secundum unã lectu. Itẽ ubicunque in rescripto ponitur clausula illa amoto quolibet illicito detentore, extenditur iurisdictio ad aliam 3 cuius nomen in rescripto nõ continetur. Item cum in rescripto ponitur clausula illa, quidam alij, uel illa, uocatis qui fuerint euocandi. Item cum in rescripto domini Papæ ponitur, cõtradictores &c. uel sic, molestatores; uel sic, si quis ausu temerario &c. uel sic, contra prædonem &c. Item in casu j. in hoc. tit. c. super eo. infr. de testibus. c. ueniens. Item ad res alias non extenditur iurisdictio delegata regulariter, ut superius dictum est, nisi ad accessorias ut j. eo. tit. c. prudentiam. §. sexta, ad fructus, & expensas, quæ ueniũt officio iudicis, ut dicemus inf. de off. iudi. Item ad res quæ succedunt in locum illorum, de quibus agitur ut infr. ut lite pen. c. ecclesia il. 2. & cum reus, qui dolo desijt possidere, pro possessore habetur, ut. ff. de rei uen. l. si q petitorio. ff. ad exhiben. l. iuli. C. ad exhib. l. ad exhibendum. Item cùm contra uiolentum fit æstimatio rerum amissarum ut. j. de his quæ ui metusu e caul. fi. c. u lti. C. unde ui. l. si qñ 2. q 1. c. in primis. Saluo eo quod dicemus. j. de iurisdictione prorogãda ad res alias, uel personas, tam in delegato, quàm in ordinario. Item habet potestatem alteri committendi principium, me diũ, & finem, coniunctim, uel separatim, ut j. eo tit. c. super quæstionum. §. intentionis & hoc si à principe fuerit delegatus, ut ibidẽ &. C. de iudi. l. à iudice; uni, uel pluribus ut infr. eo. tit. c. cum te consulente. Nec obstat in Auth. de defuncti seu fune. defun. §. illud, coliat. 5. & signatur. C. de iudi. post. l. à iudice. & incipit, ad hæc

ad hæc si administrator: ibi enim dici-
tur, quod ordinarius debet per se audire prin-
cipium, mediū, & finem, cætera per con-
siliarios expedire potest, delegatus uerò
causam per se audiat; nec laboro circa
solutiones, quæ fieri possunt & consue-
uerunt, eo quod litera illius c. super quæ-
stionum, dicit non obstante quod dici-
tur &c. quę uerba omninò tollunt Auth.
8 illud. † Et nota quod ubi delegatus sim-
pliciter cōmittit, totum committere uide-
tur, nec sibi de iurisdictione aliquid re-
seruatur ut. j. de iure pa. c. Ex literis. infr.
de dona. c. pastoralis. ff. de tute. l. 3. j. eod.
tit. c. uenerabili. Item nota, quòd ubi de-
legatus totum committit, desinit esse iu-
dex, ut secundùm quosdā reuocare com-
missionem nō possit, etsi subdelegatus nō
admittit subdelegationem; allegant ad
hoc. infr. eo. c. super quæstionum. §. porrò.
Sed quod ibi dicit, transfert, intelligo
cum effectu, ita quòd subdelegatus ad-
mittat translatā; nam uerba cum effectu
sunt accipienda ut de pœ. dis. 1. c. facilius
§. hoc idē. j. de cle. nō re. c. a tcelatū. ff. qd
quisque iu. l. j. §. hic autē; præterea māda-
tum iurisdictionis simile est cæteris man-
datis. ut. ff. de iuris. om. iu. l. & quia. in fi. in
cæteris aūt obtinet, ut mandatum re inte-
gra reuocetur ut instit. mandat. §. recte.
9 ¶ Puto † igitur reuocari posse iurisdictio-
nem antequàm eam subdelegatus admit-
tat & incipiat ea uti; immò, secundùm
Azo. etiam postquam inceperit uti, se-
cus secundùm iura canonica ut in prædi-
cto. §. porrò. j. eo. tit. c. uenerabili; uel pos-
set respōderi ad. l. illā, quod loquatur in ordi-
nario, aliud autē in delegato. Notabis quod
ubi delegatus totam iurisdictionem suā
in alterū transfert, quàmuis totū transfe-
rat, unum tamen, quod sibi competit, nō
transmittit, scilicet, potestatem alteri cō-
mittendi, quàmuis sit in iurisdictione iu-
dicis dandi potestas. ut. ff. de iurisd. om.
iu. l. 2. in fi. Et est ratio, quia illā potestas
non habetur ex cōmissione, sed ex lege
ut. C. de iudi. l. à iudice. j. eo tit. c. pastorā-
lis, in prin. j. eo. tit. c. ulti. 1. respon. Et quę
spetialiter lege, uel senatusconsulto tri-
buuntur, mandata iurisdictione nō tran-
seunt. ut. ff. de offi. eius cui mand. est iur. l. 1.

¶ Item & aliud non transibit in subdele-
gatū secundùm uetera iura, scilicet, pote-
stas procedēdi appellatione remota ut. j.
c. super quæstionum. §. si uerò duo, præter
quā in casū j. eo. c. pastoralis, in fi. Sed ho-
die hoc cōmune est oībus iudicibus ordi-
narijs delegatis, & subdelegatis, ut proce-
dant appel. remota ut infr. de appell. c. ut de-
bitus honor. Et est ratio, quia hæc pote-
stas psonaliter habebat ex rescripto, ho-
die cōtra habetur à iure. ¶ Potest dele-
10 gatus † committere uices suas coniudi-
ci, si coniudicem habeat ut infr. eo. tit. c.
quàmuis, nec distinguo si sit à parte alte-
ra coniudex electus, uel communiter da-
tus, ut fieri solet in curia romana ut inf. eo.
ti. c. ult. in prin. Fateor tamen quòd si tres
sint iudices, unus electus ab una parte,
alius ab altera, tertius datus à curia pro
cōmuni, electus ab una parte male facit,
si cōmittat coniudici ab altera parte ele-
cto, sed cōmittat medio uel extraneo. Itē
medius malefacit, si committat alteri ex
electis, sed uel utriq; cōmittat, uel extra-
neo; ex hoc tamē, quòd sic committitur,
11 appellari non potest. † Delegatus abesse
potest si cōiudices habeat & se excusabit;
& tunc, siue nolit, siue non possit interesse
qui se excusat, residui procedere possunt
auctoritate clausulæ, quòd si non omnes
&c. Sed cùm potest, & non uult interesse,
& se excusat quasi non possit, grauissimè
est arguēdus, eo quòd se exonerat. ut inf.
eo. ti. c. prudētiam. §. adijcimus. ibi autem
sine culpa committit, ut non sit in aliquo
12 arguendus, ubi aliquo impedimento deti-
netur is qui committit ut inf. eo. c. si pro
debilitate, uel cum in rescripto apostolico
continetur, quòd si non omnes poteri-
tis uel nolueritis interesse. ut sup. de re-
scriptis c. Sciscitatus; quod tamen in lite-
ris apostolicis non memini me uidisse.
Fieri autem potest excusatio per certum
nuncium, uel in scriptis, sed literatoriè de-
13 stinatum; sed & si alias legitimè constite-
rit de tertij impotentia, residui procede-
re possunt ut infrà eod. titu. c. prudētiam.
in princi. Quidam tamen scripserunt quòd
cum in rescripto continetur sic, quòd si
omnes interesse nequiueritis &c. duo pro-
14 cedere possint, tertio nolēte uel non ua-
lente

lente interesse, & hoc per d.§.adijcimus.
hoc non placet per d.c.sciscitatus, quod
restringit illam clausulā ad duplicē impo
tentiā, iuris & facti; illū aūt.§.adijcimus,
intelligo cū tertius qui pōt, sed non uult
interesse, se excusat quasi non posset.
12 ¶ † Sed quid si unus ex delegatis labo-
ret impotētia iuris uel facti, ut nullo mo
do interesse possit ad presens, nūquid cō-
mittere potest? dixerunt quidā q sic; sed
obstat eis.c.corā inf.eod.tit. Ad quod ita
respondeo, ibi delegatus impediebatur
impotentia perpetua, unde desierat esse
iudex.ut.ff.de uaca.mu.l.prætor.in prin.
secus si tēporali, quia tunc cōmittere pos-
set ut.j.eo.tit.c.quāmuis.& c.si pro debi-
litate; uel erat impeditus impotentia iu-
ris, secus si impotentia facti; uel ideo Fer
rariensis cū noluit recipere subdelegatū
sui collegæ, quia collega obtentus erat
per ueri suppressionē, uel falsi suggestio-
nem; uel subdelegatus non erat idoneus,
& ideo ipsum recipere nō tenebatur ut.ff.
pro socio l.idēque.& hoc scripsit Io.Lau.
autē dixit quod ideo Ferrariensis noluit
sibi admittere subdelegatum, quia in clau
sula, quæ in rescripto continebatur, q si
non ambo.&c.tu frater episcope &c.uide
tur electa industria personalis, ut per se
compleret episcopus quod mādatur ut.j.
eo.tit.cap.ult.C.de caduc.tollēd.l.una.§.
ut aūt.ff.de solut.l.inter artifices; sed hæc
omnia & si colorem iuris habeant, substā
tiam tamen non habent, & ideo mihi nō
placent; sed illā solam puto ueritatē, quia
cum unus ex iudicibus laboraret impoten
tia iuris uel facti, ut in propria persona
interesse non possit, nec committere po-
terat, sed auctoritate clausulæ quod si nō
ambo &c. refusa est iurisdictio tota in al-
terū; & puto q allegatio partis circa clau
sulam illā, quod si non ambo &c. uera fit
secundum ius, & eam approbat finis illius
decre. Et non obstat c.si pro debilitate,
quia loquitur cum uni scribitur & clausu
la, quod si non ambo &c. non ponitur in
rescripto, quia locum non habet. Non
obstat illa decre. quamuis, quia non lo-
quitur de laborante aliqua impotentia,
sed de aliquo modico uel nullatenus im-
pedito. Tu ergo cum collega fueris, &
committere uolueris, noli scribere te in-
teresse non posse quamuis habeas ali-
quod impedimentum; sed simpliciter cō-
mittas, uel dicas sic, cum circa quædam
negocia priuata & commoditates pro-
prias sim aliquantulum occupatus, tibi ui
ces meas in tali causa cōmitto. Nec ob-
stat lex quæ dicit eum intelligi facere
posse, qui commode facere potest.ff.de
uerbo.signifi.l.nepos. nam illa loquitur,
cum in contractu hoc agitur tacitè, uel
13 expressè cum quid commodè fiat. † Et
est sciendum; quòd si pluribus causa com
mittitur non cum illa clausula quòd si
non ambo; uel quòd si non omnes, uno
se excusante uel impotentia laborante,
alius uel alij procedere non possunt ut j.
14 eo.tit.c.causam & cap.cū causam. ¶ † Itē
omnes iudicare debent ut in Auth.ut iu-
dices non expec. sacras ius.§.iubemus, ad
med.collat.9.& simile.ff.de arbi.l.non di
stinguemus.§.cum in plures. Aut enim
omnes pronunciabunt, aut nullus ut.ff.
de arbi.l.nō cogendum.§.Item si plures.
unde uno delegatorum mortuo expirat
iurisdictio aliorum ut inf.eo.tit.cap.uno.
Sed si duo, præsente tertio & contradicē-
te, pronunciauerint, ualet sententia duo-
rum.ut.ff.de arbi.l.sicuti tribus; secus si
absente; quia præsentia illius potuit eos
trahere ad sententiā suam.ut.ff.de arbi.l.
si in tres; Et in hoc casu plus operatur
absentia seu contemptus quàm contradi-
ctio, ut in electione ut.s.de elec.c.quod
sicut uenerabilis.s.de postulat.ca.bonæ
15 mem.ii.s. ¶ † Sed quid si duo pronun-
cient tertio absente postmodum ratum
habente? puto ratihabitationem locum
non habere in sententijs. ar.s.de consue.
c.ad nostram, & quia ut superius dictum
est, omnes pronunciare debent, & non se
paratim; & ubi facto est opus, ratihabita
tio locum non habet ut.ff.de aucto.tu.l.
obligato.§ tutor.insti.eo.tit.§.tutor. ¶ Itē
16 † quid si delegatus uel ordinarius com-
miserit causam cum illa clausula, quòd
si non ambo &c. uel illa, quòd si non om-
nes &c. credo, quòd ualet commissio;
nam & compromitti potest cum hac edi-
ctione.ut.ff.de arbitri.l.non distingue-
17 mus.§.si plures. ¶ † Item quid si duo pro-
nuncient

nuncient tertio præsente & non contra dicente nec consentiente, sed tacente? Respondeo, puto sententiam ualere, sufficit enim tertium esse præsentem. ut. ff.
18 de arbi. l. si in tres. † Potest autem delegatus a Papa id committere quod iurisdictionis est. ut infr. eod. titu. ca. super quæstionum, & quod est mixti imperij; ut est denunciatio excommunicationis ut infr. eod. titu. cap. ex literis; & in possessionem missio ut infr. eod. titu. cap. si quando; hoc enim mixti imperij est. ut. ff. de iurisdict. om. iudi. l. 3. & ideo demandatur. ut. ff. de offi. eius cui man. est iurisdi. l. ulti. §. possessio, hodie tamen uidetur competere iure magistratus. C. qui admit. ad. bo. pos. l. ulti. ¶ Item committit quod meri imperij est ut infr. eod. titu. cap. uenerabili; hoc tamen secundùm leges non committitur. ut. ff. de offi. eius cui man. est iurisdict.
19 l. 1. §. qui mandatum. ¶ Quæ † autem sit iurisdictio delegati, ex forma commissionis apparet ut inf. de iudi. cap. exhibita. infr. de uoto & uo. re. cap. ex multa; sicut ex forma compromissi colligitur iurisdictio arbitri. ff. de arbi. l. non distinguemus § de officio; sicut ex forma iudicij, sententiæ forma dictatur. ut. infr. de accusa. cap. qualiter. in fi. & c. super his. Sed si simpliciter fuerit causa commissa, omnia commissa uidentur, sine quibus mandatum expediri non potest. ut infr. eod. tit. c. preterea. & c. prudentiam. §. sexta & c. ex literis ff. de offi. eius cui manda. est iurisdict. l. ultim. ff. de iurisdicti. omn. iudi. l. 2. unde potest excommunicare, in possessionem mittere; & contra eundem utrunque remedium exercere. si hoc meruerit proteruitas contumacis ut infr. ut lite non contest. cap. quoniam frequenter. in fi. etsi causa talis fuerit, in qua missio locum habet ut infr. ut lite non contest. cap. tuæ. Potest interdicere & suspendere si propter excellentiam personæ nō statim ad excommunicationem currendum sit. ut. infr. eod. tit. cap. sanè; Nam in coertionibus inferendis dignitati deferendum est & personę. ut. infr. eod. titu. c. pastoralis. in prin. 24. quæst. 1. c. qui contra ecclesię pacem. ff. de pœnis. l. in seruo sum 2. quæ sti. 7. c. quisquis. l. dist. c. contumaces 45. dist. c. cū beatus. infr. de maio & obed. c. per tuas. Nec obstat quod alibi dicitur, quòd non sit habenda acceptio personarum ut infr. de iudi. c. nouit. illud enim locum habet in iustitiæ reddítione, secus autem in pœnis inferen-
20 dis, ut dictum est. ¶ † Potest delegatus Papæ sententiam suam exequi ut inf. eo. tit. c. quærenti; potest & executionē eius ordinario demandare ut infr. eod. tit. c. significasti. & c. si quando. & c. pastoralis. §. quia uero; potest & per subdelegatum. ut infr. eod. tit. c. ex literis. Quidam tamen dixerunt quòd executio sententiæ delegati primo loco spectat ad ordinarium. arg. 2. quæst. 6. c. quisquis. ff. de re iudi. l. à diuo Pio. in princ. sed lex illa loquitur in delegato alterius ordinarij, secus in delegato principis. Exequi debet statim delegatus sententiam suam in realibus post decendium, ut insti. de offic. iudicis. §. j. & idem in criminalibus ut de pœni. dist. 1. c. defleat. ff. de uerb. signi. l. si qua pœna. C.
21 de pœnis. l. cum reis 2. q. 1. c. sicut † Hoc tamen fallit in quatuor casibus. Primus est cum princeps iusserit aliquem acrius solito puniendū. ut. C. de pœ. l. si uindicari 11. q. 3. c. cū apud. Secūdus cū mulier pgnās dānat ad mortē. ut. ff. de pœ. l. pgnātis. Tertius cū dānat seruus ratiocinijs obligatus. ut. C. de bonis pscripto. l. 1. Quartus cū relegato insula est assignanda. ut 2. q. 7. c. biduum. In his casibus differtur executio ex causis quæ per prædicta iura colligi possunt. In personalibus autem actionibus differtur executio usque ad quadrimestre tempus, quod datur condemnatis. ut. C. de usu re. iud. l. 2. & 3. ff. de iud. l. si debitori; uidetur tñ qđ hoc quadrimestre tēpus locū habet in criminibus ut. j. de sentē. & re iudi. c. qđ ad consultationē. Nā illa de crimine loqui uidet, dū dicit de purgatione, & facit mētionē de hoc tēpore, purgatio frequentius solet indici ꝑpter infamiam, etiam ex crimine, ut infr. de purga. canonica, per totum 2. quæst. 5. in multis. cap. ibi positis; licet aliquando indicatur purgatio ex defectu ut infrà de purga. cano. ca. accedens. Sed qualiter illa decre. quod ad consultationem, intelligatur, dicam infrà de senteę.

& re

22 &c. de iudi. † Durat autem iurisdictio delegati usque ad annum à die sententiæ. ita ut si excommunicauit nolentem parere sententiæ, eundem parentem absoluere posse usque ad annum; sicut obseruatur in illo, qui ante litis contest. contumax inuenitur, ut infrà eo. titu. c. quærenti; & sicut contumax ante li. contest. & ob hoc excommunicatus auditur infrà annũ excommunicationis super principali, post annum uerò nequaquam ut 11. quæst. 3. c. rursus & c. quicunque. Sic & contumax in diffinitiua, & propterea excommunicatus auditur petens absolutionem offerẽs se sententiæ pariturum; sed ante lit. contesta. ideò dicit, quia si post litem contest. quis contumax esset, & liqueret de causa, non est opus excommunicari, quia posset diffinitiuè pronunciari. ut 3. quæst. 9. c. decernimus. C. de iudi. l. properandum. §. sin autem; uel si non liqueret missio fieret in possessionem irreuocabilem. ut. C. quomodo & quando iudex. l. consentaneum; & tunc in neutro casu esset locus, ut contumax audiretur super excommunicatione, uel missione reuocanda; uel sic, sicut contumax passus missionẽ in possessionem cautionem ponit infrà annum, & recuperat possessionem ut infrà, ut lite non contesta. c. quoniam frequenter, sic excommunicatus petit absolutionem, & iudex delegatus infrà annum interponit iurisdictionem suam, & excommunicatũ absoluit; post annum uerò sicut nec recuperatur possessio per cautionem, sic non impetratur absolutio per delegati iurisdictionem, quasi temporalis sit in hoc, & tẽpore limitata iurisdictio delegati. ¶ Pro-
23 rogatur † iurisdictio de tempore ad tempus ut j. de offi. iudi. deleg. c. de causis. ff. de iudi. l. 2. §. & si iudex; de re ad rem. ff. de iu. l. de qua re. §. 1. de persona ad personam ut C. de iurisdi. omn. iudic. l. 1. ff. de iudi. l. 1. Istæ prorogationes fieri habent de consensu partium & iudicis ut ff. de iudi. l. 2. §. si iudex, & cum ordinarius est iudex, de cuius iurisdictione prorogandа agitur. ut. C. de iurisd. om. iudi. l. priuatorum. Delegati uerò iurisdictionem nõ puto prorogari posse ad res alias ut j. eo. titu. c. cum olim abbas. uel personas litigare uolentes ut infr. eo. tit. c. p. & g. etiã de consensu partium. Saluo eo quod nota. suprà eod. titu. c. casualiter; & saluo eo quod ad successorem delegati deuoluitur iurisdictio, si expresso nomine dignitatis alicui prælato fuerit demandata ut inf. eo. titu. c. quoniam abbas. Sed his, quæ dicta sunt, obstat lex. 1. ff. de iud. leg. 1. quæ dicit, posse prorogari ad personas alias iurisditionem eius, qui tribunali præest, uel aliam iurisditionem habet, & sic uidetur, quòd tam iurisditio. ordinarij, quã delegati ualeat prorogari; sed sic respondeo, qui tribunali præest, idest ordinariæ iurisdictioni cũ administratione, uel aliam iurisdictionem habeat. s. sine administratione, uel ordinariam, & tunc hæc distinctio ordinariorum habentium administrationem, uel non habentium colligitur inf. de in inte. rest. c. causa. Veruntamẽ de tempore ad tempus prorogari potest iurisditio delegati ut inf. eo. tit. c. de causis. ff. de iudi. l. 2. §. si iudex; & eodem modo potest prorogari de re ad rem, non tamen prorsus aliam, puta, ad maiorẽ quantitatem. ut ff. de iudi. l. de qua re. §. 1. causa uerò non finita an duret iurisdictio tam ordinarij, quàm delegati, quandiu durat instantia iudicij dicam infrà de iudi. ¶ Fi-
24 nitur † iurisdictio delegati multis modis. per lapsum temporis cum infrà certũ tempus causa committitur decidenda ut infr. eo. tit. c. de causis. & c. consuluit. Finitur per appellationem interpositã à diffinitiua; Nam is, ad quem fuerit appellatum, habet infirmare, uel confirmare; & si confirmauerit, executioni mãdabit. ut in Auth. de sanctis. epis. §. si quis contra aliquem. C. de epis. audi. auth. si quis litigantium & quia dubium est, utrũ confirmetur, uel infirmetur, sententia dicitur medio tempore suspensa. ut. C. de ec. cre. & iuiur. l. generaliter in prin. C. de appel. l. precipimus. §. hoc si. Vnde quod alibi dicitur extinguitur pronunciatum appellationis remedio, exponitur, idest, suspenditur. ut. ff. ad Trebel. l. 1. in fi. Decre. tamen uelle uidetur, q cum appellatur a diffinitiua, si eam confirmari contingit, primus iudex habet executioni mandare; Nam dicit, q interim dum appellationis merita ple-

rita plenius sint discussa, suspensa est iurisdictio iudicis à quo fuerat appellatũ, ut neque per se neque per alios exequatur ut inf. eod. tit. c. pastoralis. § præterea. Sed si citra diffinitiuam sententiam fuerit appellatum, suspenditur iurisdictio eius à quo fuerat appellatum; nam superior si inuenerit minus legitimè appellatum, appellantem in expensis alteri parti condemnatum ad prioris iudicis remittet examen; alioquin ipse de causa cognoscet ut inf. de app. c. ut debitus honor ¶ Per consultationem autem suspenditur iurisdictio, non finitur ut inf. tit. pro xi. c. licet. C. de appella. l. ex illo 2. q. 1. c. notum 3. q. 6. c. multum. C. de rela. l. 1. expectari enim debet superioris responsum.
25 ut 6. qu. 3. c. deniq. ¶ † Itẽ finitur iurisdictio soluto mandato; soluitur aũt mãdatum morte mandatoris re integra existente ut inf. eo. tit. c. licet. & c. gratum. ff. de iurisd. omn. iudi. l. & quia. C. manda. l. mandatum; nisi in casu. ff. mandati. l. si uerò non remunerandi. §. ulti. ¶ Item soluitur mandatum morte mandatarij. i. eius qui mandatum recepit, ut insti. manda. §. rectè. ff. eod. tit. l. inter causas. in princ. & hoc fallit in casu infr. eod. tit. c. quoniam abbas. ¶ Item soluitur morte eius, pro quo mandatum dirigitur ut. ff. quæ sen. sine ap. rescin. l. penul. ff. qui satisd. coguntur. l. si decesserit; & hoc fallit. ff. de fideicommis. liber. l. cum quasi. in prin. ¶ Item soluitur reuocatione mandantis ut. ff. de iud. l. iudicium. instit. manda. §. rectè. 5. de elec. c. in causis. Item soluitur per recessum delegantis ut inf. titu. proxi. ca. ulti. Sed quòd dixi mandatum iurisdictionis sola morte mandatoris finiri, intelligendum uidetur non ipso iure, sed ope exceptionis ut inf. de testi. c. cũ uenisset. ¶ Sed opponitur, nonne omne mandatum finitur morte mandatoris re integra existente. ut institu. manda. §. rectè, & mãdatũ iurisdictionis. ut inf. eo. tit. c. gratum. & c. licet; mandatum etiam iurisdictionis simile est cæteris mandatis. ut. ff. de iurisdi. om. iudi. l. & quia in fi. Nec referre uidetur, si non excipiatur; nam & si expressè partes consentiant, ut talis delegatus procedat, nullus uidetur consensus. ut. C. de iurisdi. om. iudi. l. priuatorum. inf. de foro compe. c. significasti. Ad quod respondeo, uerum est quòd in hoc casu mandatum soluitur; Sed nihilominus opus est exceptione, ut dictum est; sicut dicitur quòd sententia lata post primam non ualet. ut 2. q. 6. c. ei q. §. diffinitiua; sed uerũ est, si excipiatur ut inf. de sen. & re iudi. c. inter
26 monasterium; † Sicut etiã dicimus, rescriptum secundum impetratum non faciens mentionẽ de primo nõ ualere, uerum est si excipiatur. ut no. suprà de rescrip. §. tol-
27 litur. † Item finitur iurisdictio delegati, sententia lata & executioni mandata ut inf. eo. ti. c. i literis. ff. de re iudi. l. Paulus. ¶ Item finitur, si iudex incidat in impossibilitatem iuris, uel facti; si collegas habeat cum clausula, quòd si non omnes &c. uel quòd si non ambo &c. ut sup. de re scri. c. sciscitatus inf. de senten. & re iudi. c. ad probandum. ¶ Item finitur secundũ plures, recusato iudice delegato, & causa recusationis legitime coram arbitris cõprobata, & in tantum ut nec per se cognoscere ualeat recusatus, nec causam alteri delegare, probant hæc Io & Tan. & multi sequaces per decre. inf. de appel. c. secundo requiris, in fi. ubi dicitur, quòd si causa suspitionis probata fuerit, causæ cognitioni supersedere tenebitur recusatus per aliã decre. inf. de foro compe. c. licet. quæ similiter dicit, quòd si causa suspicionis probata fuerit, ad te uel ad nos pro iustitia recurratur, sicut superius est expressum. Et si opponebatur eis decre. inf. de appel. c. cum speciali. ubi dicitur. quòd iudex recusatus probata causa suspicionis, de recusatoris assensu personæ idoneæ cõmittat negocium; uel ad superiorem respondebant, illam loqui in ordinario, qui etsi fuerit legitimè recusatus, prætextu tamẽ ordinariæ iurisdictionis, quã retinet, potest committere uel transmittere, sicut dictum est, etsi in propria persona cognoscere non possit propter suspicionem; & eodem modo respondebant ad alias decre. quæ dicunt, iudicem recusatum committere posse. infra de app. c. ad hæc & ca. cum a te. inf. de foro compe. c. si quis clericorum. Sed quamuis sic ad decr. respondeant; ad leges tamen respondere non

possunt, quę dicunt expressè delegatos recusatos posse committere negocium principale. ut. C. de iudi. l. cum specialis. & l. apertissimi. Vnde in responsione deficiẽtes omnino, dicebãt, leges illas fore correctas; sed quia promptum est iura iuribus concordare. ut. C. de inoffi. do. l. una.
28 † Dico illam decre. cum speciali, locum habere tam in ordinario, quàm in delegato, ut in eo, quod loquitur in ordinario, concordet cum decre. superius allegatis. In eo autem, quod loquitur in delegato, cõsonet legibus supradictis; & ad decre. illam, secundo requiris; sic respondeo, causæ cognitioni supersedere tenetur, uerum est, ut in propria persona non cognoscat; suspectus enim iudex esse non debet, ut ibidẽ sequitur. & 3. q. 5. c. qa suspecti. periculosum est enim coram suspecto iudice litigare, ut sup. de excep. c. cum inter, & hoc tamen non negatur, recusatum committere posse. Ad aliam decre. licet. quam allegant; sic respondeo, ad te uel ad nos pro iustitia recurratur, scilicet p appellationẽ, si exceptio recusationis nõ fuerit admissa, & hunc intellectũ indicat quod ibidẽ sequitur, sicut superius est expressum, hoc. n. in superiori parte decre. illius exprimitur manifeste. Quis iudex; Quando; & ex quibus causis possit & debeat excusari dicam inf. de app. & recu. §.
29 recusatur. ¶ Sed † quæritur, quare dicatur mandatum reale, cum scribitur alicui expresso nomine dignitatis? ut inf. eo. c. quoniã abbas. respondeo, quia magis uidetur haberi respectus ad dignitatẽ q̃ ad personam, ut quicunque præsit illi dignitati mandatum apostolicum exequatur, accedunt ad hoc. ff. de pac. l. tale. §. ulti. ff. de condi. & demon. l. filiusfami. ff. de annuis leg. l. annua. §. 1. C. de in. delib. l. cum aliqs. Trãsfertur aũt mandatũ in successorẽ, q. a dignitas non perit decedẽte persona; unde imperiũ in perpetuum est. ut in Auth. quomodo oportet. §. ult. collat. 1. in Auth. de questore. §. si uerò aliquis, collat. 6. & hoc uerum est ꝙ dignitas nõ perit, nisi per eũ, qui pôt, depressa fuerit uel
30 delata. ut. s. de cõsti. c. cũ accessisset. † Hoc autem notandum est, ꝙ delegatus nõ debet iurisdictionem suã arctare, dãdo terminum ad id tempus, in quo iurisdictio sua expiret ut infr. eo. tit. c. cõsuluit. & ff. si quis caus. l. 2. l. si quis tamen. ff. de dam. infec. l. cum postulassem. in prin. C. de diuiden. tu. l. 2. ¶ Itẽ obseruandũ est, ne is iudex detur, quẽ altera pars petit; nisi Papa dederit ad uitandã uerecũdiam petiti ut. ff. de iudic. l. obseruãdum, qđ intelligo cũ utraque pars, hoc est is qui impetrat, & is contra quẽ impetratur, præsens est in curia per se uel procuratorẽ; & ideo impetrantis iudicis in audientia locũ habet. Cæterum si impetrator tantùm sit præsens, iudex petitus dari debet. ut. C. de lit. cont. auth. offeratur. in Auth. de exhiben. & introducẽ. reis. § sciimus. 3. q. 3. c. inducię. §. spacium. in fi. & C. quomodo & quando iud. auth. & consequenter.
31 † Et est sciendum, ꝙ is qui iudicem petit ipsum recusare non potest, ut inf. eod. tit. c. super quæstionũ. § uerum. 3. qu. 3. d. c. inducię. §. offeratur. & 4. q. 3. c. si testes §. si quis testibus; hoc est uerũ in iudicio nam extra iudicium potest is, qui impetrauit, implorare a superiore mutari iudicem quem obtinuit, eo ꝙ aduersario suspicio noua posset oriri, fortè propter affinitatem, seu familiaritatem quæ de nouo contracta est inter impetrantẽ & iudicem, ut. j. eo. tit. c. insinuante; sed in iudicio, sicut dixi, recusare non potest; aduersarius aũt posset ex hac noua causa interueniente inter impetrantẽ & iudicem in iudicio recusare, ut. ff. de procu. l. post litẽ. & ff. de arb. l. licet. ff. ut in posse. lega. l. planum. ff. de interrog. actio. l. de ætate. §. ex causa. ¶ Sed quid si aduersarius, cui oriri potest suspicio, consentiant talem iudicem procedere, nunquid impetrator pôt implorare illum mutari? respondeo, non ut j. eo. de app. c. interposi-
32 ta. §. ille. ¶ † Quæritur de iurisdictione prorogata an sit ordinaria uel delegatã? Dixerunt quidã ꝙ ordinaria esset, eo ꝙ à iure habetur ut no. s. eo. tit. § prorogatur; & iurisdictio, quæ à iure habetur, ordinaria est, ut ff. de iurisd. om. iu. l. & q. ã. Alij dicunt ꝙ sit delegata, quasi assumat naturã eius, cui adijcitur; res enim, quæ aggregatur & quę unitur, assumit naturã rei cui aggregatur & counitur. ut ff. cõ

munia

munia dele.l.2.in fi.C.de rei uxo.ac.l. uni.in prin.16.qu.1.c.& temporis qualitas ꝭ.de statu.reg.c.recolentes.in fi. Tertij dicunt, iurisdictioné prorogatã candé esse in numero cum prima; sicut & præcarium prorogatũ dicitur idé cum primo.ut.ff.de præca.l.sed & si manente;sicut & locatio prorogata,est eadem.ut.ff. loca.& condu.l.item quæritur.§.qui impleto;& compromissum prorogatũ idem est.ut.ff.de arbi.l.non ex omnibus.§.ult. & eadé iurisdictio proconsulis & legati ut.ff.de offi.procon.l.meminisse; puto ꝙ iurisdictio delegata prorogata eadé fit
33 cum priori. ¶ Ité † quid si committeatur causa alicui expresso nomine dignitatis, & is qui præest deponatur, transferatur, suspendatur,ab administratione amoueatur, excomunicetur? & puto in translato finitam esse iurisdictioné quo ad translatũ,qa translatus nihil cõmune habet cũ ecclesia, à qua transfertur.ut 21.q.2.c.si quis iam translatus.ꝭ.de elec.c.cũ in cũctis, cuius contemplatione fit cõmissio, expectabitur ergo successor ut ꝭ.eo.tit. c.quoniam abbas. Idem dico in deposito,depositio enim instar mortis habetur; Nã in ecclesia depositio ultimũ supplicium reputatur;quod in mortem interpretamur.ut.ff.de pœ.l.ult.ad utrunque casum translationis & mortis facit lex. C.de peda.iudi.l.placuit. In suspenso,nó dico impediri iurisdictionem; Intelligo enim suspensũ quo ad iurisdictioné ordinariã,non delegatã; suspensus.n.retinet prælaturã cuius respectu facta est commissio; & idé dico in remoto ab administratione. In excõmunicato dico ꝙ impeditur iurisdictio, nõ finitur, & eo absoluto procedet ex ueteri cõmissione.ar. 15.q.7.c.nos sanctorũ.&.c.iuratos;& maxime si cognoscere incepit, melius est enim tãtisper expectare iudicem,qui semel cognouerit,quàm de nouo rem rursus dijudicandã cõmittere.ut.ff.de uacã.
34 mu.l.ult.in fi.¶ Ité quid † de conseruatoribus istis qui tota die in curia impetrantur?& puto ꝙ defendere habent à uiolentijs manifestis;nã cũ sint meri executores,de dubijs non cognoscét ne partes iudicũ sibi assumant.ut.C.de exe.rei. iu.l.si ut proponis. cæterum si de dubijs deberent cognoscere, ut cõseruarét iura & possessiones impetrãtiũ,iam essent iudices generales in oibus causis eorũ, qui eos impetrauerunt, quod esset cõtra ius ut ꝭ.de rescrip.c.ad hæc, & sic curia tenet. Ité credi nõ debet ꝙ sit delegatus. nisi ꝑ literas delegationis ostendat.ut ꝭ. eo.c.cũ in iure; & idé in legato.ut.C.de man.prin.l.una: Idé in officialibus Cæsarieu.uolétibus capere bona alicuius tanquã fiscalia,qbus nõ creditur sine literis ut.C.de iure fisci.l.ꝓhibitũ.li.10.¶ Quid
35 † de auditoribus curiæ,qbus uiua uoce, uel ꝑ nuncium causæ à summo põtifice committuntur?respõdeo sufficiet ꝓbari sic esse cõmissũ scripto,uel nõ scripto.ut ĩ Auth. ut litigã.iurét.§ qa uerò.collat.9.ĩ Auth. de litig.§.edicta collat.8. Sed qd si tenor literarũ in acta publica sit trãslatus, nunqd per acta ꝓbabit iurisdictio?respõdeo sic ut.C.de re iu.l.gesta.C.de testa.l. publicati.qđ intelligo uerum esse, cùm examinatæ literæ sũt in iudicio ꝑsentibus partibus,tã in filo,quàm in bulla,& stilo,& demũ cõprobatis oib⁹ auctoritate iudiciali trãslatæ sũt,ut ꝭ.de priuile.c.cũ olim essemus.ĩ fin. Et est notãdũ,ꝙ qñcũque iudici ꝑcisé scribatur, rationabiles tñ exceptiões debet admittere, nisi ĩ rescripto cõtineatur ꝙ nullæ exceptiones penitus admittãtur,ut ꝭ.eo.c.ex parte, qa tunc nullæ admitti debét,uel saltẽ moratoriæ uel dilatoriæ nõ deberét admitti,peréptoriæ sic ut.C.de præci. Impera.offe.l.quoties;uel dici posset,qa tũc & dilatoriæ,& peréptoriæ deberét admitti ꝑter illas,de qb⁹ nõ admittédis ĩ rescripto specialiter cõtinetur.ut.ff.si q. cau.l.sed et si.§.q̃ sint, Hoc tñ fallit in ꝑsonis,q̃ ꝓpter excessus notorios & euidétes sine exceptiõe uel excusatione aliqua cõdénãtur. ut 23.dis.c.ĩ noíe dñi 2.q.7.c.lator 21 qu.2.c.placuit. 27.q.2.c.sed honio.C.de decu.l.exéplo.
36 † In sũma sciédũ est,ꝙ olim ꝓponebantur edicta.i.in aliquo publico & eminẽti uel ĩ albo ꝑtoris scribebantur,talis ueniat tali die respõsurus tali,q̃ scripturã legere poterat citatus ꝑ se,uel ꝑ aliũ,& certiorari C.q accus.nõ pos.l.3.ff.de iur.om.iu.l.si qs id quod,& ꝑ talia edicta citabant so-

 li ordina-

li ordinarij, non delegati. ut in Authent. de exhiben. aut introdu. re. §. si uerò quidem. C. de bo. auth. iud. possed. auth. ei qui iurat; nam & delegati, qui & pedanei dicebantur, non citabant, per edicta nec per executores, ut quidam dicunt; sed requirebāt per se ut. C. de iudi. l. sancimus. Sed hoc non placet; nam & arbiter per alium citat. ff. de arbitris. l. sed interpellatur §. arbi. licet hoc uideatur magis esse imperii, quàm iurisdictionis, quasi imperiosum uideatur mittere executorem. Sed
37 hodie talia † edicta non fiunt, sed mittuntur edicta in epistolis contenta, quæ delegati mittere possunt. ut inf. eod. c. gratū. inf. de dolo & cōtuma. cap. ultimo. j. de eo. qui mit. in pos. causa re. seru. c. ulti. fiunt citationes & per executores. ut C. de præscrip. 30. uel 40. an. l. sicut in rem. & l. cū notissimi; fiunt & per ipsos iudices. ut in
38 Auth. de litigio. §. omnem. † Per hāc citationem fit iurisdictionis perpetuatio, ut inf. eo. tit. c. gratum; & si citatus peremptoriè non ueniat, iudex potest in eum procedere tāquam in contumacem, potest & gratiam facere contumaci, & ei parcere in præiudicium alterius partis ut inf. eo. ti. c. Consuluit. &. C. quomodo & quando iudex. l. 1. ff. de arbi. l. Si cum dies. §. si quis ex litigatoribus; nec enim quicquid iudicis potestati permittitur, iuris necessitati subiicitur. ut. ff. de iudi. l. non quicquid; & alibi lex dicit, omnibus magistratibus concessum est iurisdictionem suam defendere pœnali iudicio, non dicit indictum uel iniunctum. ut. ff. si quis ius dicen. non ob. l. j. in princi. & facit ad hoc lex. C. quomodo & quando iudex. l. 1. & hæc uera sunt, quamuis quædam argumenta in cōtrarium allegentur, nā ita debet unus audiri, ut alteri præiudicium non fiat. ut 3. qu. 9. c. ult. Item ita deferendum est uni personæ, ut alteri debitum iustitiæ non subtrahatur. ut. C. de statuis & imag. l. & uirtutum, ad idem 2. q. 7 c. quæritur. 16. quæst. 7. c. decimas. Sed lex quædam multùm obstare uidetur, quæ dicit quòd si iudex condemnationem prætermiserit expensarū, de propria substantia compellitur resarcire scilicet si non condemnauerit contumacem. ut. C. de iud. l. sancimus. in fine. Sed lex illa loquitur in actore cōtumace, qui postmodum ueniens audiri non debet, nisi reo restitutis expensis. ut. C. quomodo & quando iudex. auth. qui semel. C. de bonis auth. iud. pos. auth. & qui iurat. Sed instabit, quare aliud in actore quàm in reo, cum æqualitas in iudicio sit seruāda? ut. C. de fru. et liti. ex. l. ult. C. de proxi. sacro scrinio. l. sacris. li. 12. Ad quod respondeo, uerum est q. actori non debet licere, quod reo nō licet. ut. ff. de. reg. iur. l. non debet; Sed quædam conceduntur reo, quæ non permittuntur actori, nā plures dilationes dantur reo, quàm actori. ut. ff. de seruis. l. ult. Item ubi obscura sūt iura partium pro reo pronūciatur, ut inf. de proba. c. ex literis. inf. de fide instru. c. inter dilectos. in fi. inf. de regu. iur. c. estote. Potest delegatus à papa committere uices suas cui uult, & compellere quem uult recipere commissionem, nullo personarum causarum'ue habito respectu. ut. C. qui pro sua iuris. l. j. in fi. infr. eo. tit. ca. pastoralis. ff. de mune. & hono. l. munerum. §. iudicandi, dummodo quod committitur pertineat ad iurisdictionem cōmittētis. ut. C. qui pro sua iuri. l. 1. in prin.
39 † Ordinarius autem non potest cogere hominem non sue iurisdictionis recipere suam commissionem. ut. ff. de iurisd. omn. iudi. l. ulti; compromissum autem non co-
40 gitur quis recipere. ut. ff. de arbi. l. 3. † Itē aduocatus non cogitur exercere officiū aduocationis alibi, quàm in foro suo. ut C. de aduoc. diuersorum iudi. l. sancimus, in fine.

SVMMARIVM.

1 *Legatus quis sit.*
2 *Legatorum triplex genus.*
3 *Legati qui de latere papæ mittuntur, ubi & quando possint absoluere, Et quid de legatis qui ex ipsius latere non mittuntur.*
4 *Legati officium quid sit.*
5 *Legatus an possit facere concilium.*
6 *Legati quæ beneficia conferre possunt.*
7 *Legati iurisdictio quandiu duret.*
8 *Legati iurisdictio quot modis finiatur.*
9 *Legatus qualiter se habere debeat in legatione.*

Legatus

10 *Legatus transmissus ex latere papæ in quibus excedat legatum, qui priuilegio ecclesiæ suæ fungitur legatione.*

11 *Legatus de latere papæ transmissus quam prærogatiuam habeat respectu alterius legati transmissi, sed non de latere transmittentis.*

¶DE OFFICIO LEGATI. Rubrica.

QVIA officium legati simile est
officio delegati quãuis illud sit
latius & generalius; ideò post of
ficium delegati, sequitur hic de officio le
gati. ¶ Videamus ergo; Quis sit legatus;
Quod sit legati officium; Quanto tẽpo-
re durat. & qualiter finiatur. ¶ Legatus
1 † est is, cui certa patria uel prouincia gu
bernanda committitur ut inf. de ap. c. no
uit; per literas autem fidem de sua lega-
tiõe faciet, si exigat ut. C. de man. prin. l.
2 uni. † Officiũ legati aliud est ante ingres-
sum in prouinciam sibi decretam, aliud
post ingressum, & aliud post egressum. Of
ficium legati ante ingressum prouinciæ
in uoluntariã iurisdictione consistit. s. in
prædicando, & in absoluendo excommu
nicatos propter manus iniectionem in
clericos, monachos, uel conuersos, ut inf.
eo. ti. c. quod translationem. inf. de sent.
excom. c. ad eminentiam. ¶ Circa hoc ta-
men triplex genus legatorum distingue.
3 † Nam legati qui de latere domini papæ
mittuntur, possunt absoluere homines
suę prouinciæ, & alterius cuiuscunque, in
prouincia, & extra prouinciam. Legati
qui ex ipsius latere non mittuntur, ut cũ
papa non cardinalem uel alium officialẽ
curiæ, sed prælatum aliquem in legatio-
nem mittit, talis non absoluit nisi prouin
ciales & in prouincia constitutos, alios
etiam prouinciales alibi quàm in prouin
cia non absoluunt. Tertii generis legati,
qui ecclesiarum suarum prætextu lega-
tione funguntur. ut infra eodem tit. cap.
1. excommunicatos huiusmodi non absol
uunt, ut inf. eo. ii. c. excommunicatis. Pri-
mis igitur legatis ex ipso legationis offi-
cio iam hoc licere incępit. ut in d. c. quod
translationem; sic & proconsul antequam
ingrediatur prouinciam utitur proconsu
laribus insignijs, & uoluntariam iurisdi-
ctionẽ, non contentiosam exercet. ut. ff.
de offic. procon. l. 1. & 2. Rectè autem le-
gatus faciet si edictum suo decessori mi-
serit, & per eam partem prouincię intret,
per quam alii ingredi cõsueuerunt, ad in-
star proconsulis ut. ff. de officio procon-
su. l. obseruare. in uers. rectè & in Auten.
de administr. §. illud autem. colla. 7. Item
legatus antequam intret prouinciam nõ
potest iurisdictionem suam in prouinciã
demandare, nisi necessitatis causa, ut si
moram necessariam in itinere patia-
tur. ut. ff. de offi. procon. & legati. l. obser-
uare. §. post hæc &. §. sed si antea &. l. ali-
quando; hodie tamen semper, & indi-
stinctè hoc licere uidetur. ut in Autent.
de collat. §. ant quam uero, collati. 9.
& idem dici potest in prælato con-
firmato & in maximè consecrato ad ec-
clesiam transmisso, antequam diœcesim
ingrediatur. In hac tamen iurisdictionis
demandatione excipiuntur ultimũ suppli
cium, & membri abscisio; & eodem mo-
do dici posset, legatum non posse com-
mittere causam depositionis, uel perpe-
tuæ amotionis; nam amotus dicitur ab-
scindi ut j. de exces. prę la. c. grauem; cæ-
tera potest antequam ingrediatur, ut di-
ctum est. ¶ Ingressus autem prouinciam
exercet omnia, quæ exercet ipse, qui eũ
transmisit; præter ea, quæ specialiter sum
mo Pontifici reseruantur, quę quibusdã
uersibus continentur. Restituit papa & c.
ut not. s. de transla. præla. §. pertinet aũt.
Sunt & quædam alia, quæ sibi papa reser
uat in signum priuilegij singularis, quæ
legatis non competunt; ut sententias de-
legatorum iudicium reuocare, ut j. eod.
tit c. studuisti; retractare negocia trãsla-
ta ad superiorem per appellatiõnẽ ut s.
de appel. c. constitutis, uel per relationẽ
ut j. eo. tit. c. licet; permittere rẽ uacan-
tes ut j. de pręben. c. dilectus; dispensare
in beneficijs curam animarum habenti-
bus, & in personantibus ut s. de elect. c.
dudũ. ¶ Itẽ dispensare cum filijs sacerdo
tũ ut ecclesias habeant, quas patres eo-
rũ sine medijs habuerunt, ut s. de filijs
4 presby. c. dilectus. ¶ Itẽ † officium legati
est audire

est audire causas prouinciales, quæ ad ipsum referuntur per appellationē. ut ʒ. eo.c.1.& 2.q.6.c.decreto. An aūt ad eū per querelā deferri possint negocia, dubitatur; Et est certum quod si quis conqueratur de alio Romanæ sedi immediate subiecto, legatus est iudex competēs, ut 11.q.1.c.peruenit; aliorū uerò causæ habentium iudices ordinarios in prouincia deferri ad legatum non debent per querelam, ut uidetur d.c.peruenit; sicut nec ad Metropolitanū deferuntur per querelam. ut 9.q.3.c.conquestus.nec obstat ʒ. eo.tit.c.1.illa enim loquitur in eo qui erat ordinarius, & legatus priuilegio ecclesiæ suæ; unde cum ratione ordinariæ iurisdictionis causæ ad eū deferri deberent per appellationem, nihil adderet legationis officium, si etiā per querelam non deferretur; ut ergo aliquid ex delegatione addatur, hoc inductū est, sicut dixi, ar.ad hoc.ff.de usu.l.si stipulatus.ff.de leg.1.l.si quando quis.in prin.ff.ad municip.l.1.in fine; quidam tamen intelligūt d.c.peruenit in defensore; nō in legato; uel in legato cogente subditos prælatorum cōqueri corā se suis ordinarijs prætermissis & contemptis; consentiunt aūt de plano, q. ad delegatos deferri causæ ualeant tā per appellationem quàm per querelā omissis medijs, & in hoc hodie consuetudo concordat; iuuatur aūt consuetudo unica ratione, quia legatus fungitur uice papæ; ad Papam uerò recurritur omissis medijs per querelā. ut ʒ.de foro competen.c.ult. Et propter hoc Roma dicitur communis patria. ut. ff. ad municip. l.roma; & p appellationē similiter omissis medijs. ut 2.q.6.c.si quis uestrū &.c.sequentibus. ʒ.de app.c.si duobus, quod in alijs non contingit ut 7.q.6.c.quisquis & 2.q.7.c. Metropolitanū 9.q.3.c.conquestus. ʒ.de appel.c.dilectus. Sed impugnatur ex d.c.peruenit, item ex legibus, quæ dicūt, causas ad principem per querelam non debere deferri omissis medijs ut in Auten.de mandatis princi.§.sit tibi.coll.3.in Auten.ut differen.iudi §.si quis uero æstimauerit.collat.9. Et ad rationem pro parte aduersa superius allegata.s. q. legatus fungitur uice domini papæ, posset taliter responderi, q. hoc non est uerū in his, in quibus propter excellentiā dignitatis frāgitur ius commune, ut est in querela & appellatiōe, per quas causæ deferuntur ad papā medijs prætermissis. Et nota, q. siue per appellationē causa deferatur ad papā, legatus se intromittere non pōt, nisi forte causam examinet, ut cū magis instructā ad superiorē transmittat ut ʒ. de appel.c.constitutus, siue per relationē ut inf.eo.tit.c.licet.C.de appel.l. ex eo; & idē si per querelā transferatur aliquod negociū ad audientiā papæ. ut 2.q.6.c.quoties & c.anteriorū.§.ad hoc; & idē est in postulatione porrecta ut ʒ de postu.c.bonæ,il 2. In his enim omnibus expectanda est superioris iussio, decisio, & responsio. ut. 3.q.6.c.multū 2.q.6.c. decreto C.de rela.l.2.3.qu.6.c.denique. ¶ Itē officiū legati est, transferre abbates ecclesiæ Romanæ immediatè subiectos, ut Inf.de consue.c.cum uenerabilis.

5 †Sed nunquid legatus conciliū facere potest? Et uidetur q. sic, particulare, nō generale. ut 3.distin.c.regula.§.porro & 17. dist.c.regula; multa enim concilia particularia inueniuntur celebrata sine pœnitentia domini papæ præsente legato Romanæ sedis. ut 16.dist.c.sexta synodus 63. dist.c.2.& 3.q.7.c. conuenientibus. Sed Hug. Io.& Lau. scripserunt contrariū dicentes legatū Romanæ eccl. conciliū celebrare non posse, nisi ad hoc specialiter destinetur, uel nisi hoc ei specialiter cōmittatur; & secundùm hæc intelliguntur omnia iura innuentia legatū concilium facere posse, talis enim legatus facere potest conciliū generale, si de generali ei specialiter fuerit missū; uel particulare si de particulari; & hęc opinio duplici ratione munitē. vna, q. priuilegiū de cōcilio cōgregando sibi Romanus pontifex specialiter reseruauit. ut 2.q.6.c.ideo. & alia, quia mandata iurisdictione generali nō transit potestas concilij faciendi, ut ff. de officio eius cui man.est iurisdi.l.2. Sed impugnatur unica & urgenti ratione, nā Metropolitanus, & Primas faciunt sua concilia prouincialia & particularia proprio iure. ut 18.dis.c.1.& dist.12.c.si quis episcopus, uocatis suffraganeis. ut 18.dis. in

in multis.c.ibi positis, & inf.de accusa.& & inquisi.c.sicut olim;& episcopus facit suã synodũ episcopalẽ cũ suis clericis,ut 38.dist.c.qñ & 12.q.2.c.placuit.&.c.epus. Nunquid ergo his oibus inferior erit legatus Romanę ecclesię in potestate cõcilij celebrãdi? certè nõ,poterit igit legatus conciliũ facere particulare uel ,puinciale cũ epis prouinciæ sibi decretæ,& in eo constitutiones edere & statuta q ‡ pena erũt ut inf.eo.tit.c.ult. Nõ obstat c. ideo.superiꝰ alleg.2.q.6.nã illud intelligo in cõcilio generali uel uniuersali, qđ fieri habet uocatis epis diuersarũ prouinciarũ. Similiter nõ obstat lex alleg ff. de officio eius cui m.ã.est iurisdi.nã illa loqtur in alio cõcilio,uel in cõcilio i quo.s. agit de auctoritate manumittẽdi,quæ nõ trãsit n ãdata iurisdictione a præside,ut ibi dicitur, qa nec mãdãte præside aliũ tutorẽ dare ut.ff.de tuto.& cur.dat.l.nec mãdãte,secus in iubente.ut insti.de Atilia.tuto.§.sed hoc iure ;.differt.n.iussꝰ à mãdato ut C.qđ cũ eo.l.cũ.&.l.si mãdator.Iussus.n.importat necessitatem ut in Auten.ut nullis iudi.§.& hic uero iubemus.collat.9.mandatũ uero,liberã obsequij præstationẽ.ut insti.manda.§.mandatũ; Nã mandatũ ex officio & amicitia traxit originẽ.ut.ff.manda.l.1.§.1.uel loquit de cõsilio,uel cõcilio in quo agit de approbãda causa manumissionis faciẽdæ à minore 20.annoũ.ut instit.ex quib.c.
6 ma.pos.uel nõ pos.§.eadẽ.† Itẽ põt legati conferre beneficia,q inueniũt uacãtia in ,puincia,& ecclesias uocantes de recto ribus ordinare,siue illi,ad quos ius pertinet cõferẽdi,iã illud admiserint.ut.s.de supplen.neg.præla.c.literis,siue nondũ; nec impedit legati collationẽ ius patronatus clerico pertinẽs clericatus ratione;qa cũ plus iuris habeat in conferẽdo ,platus,& hoc non impediat legatũ cõferre uolẽtẽ,quàm patronus i pſẽtãdo,hoc minus impediet,ut j.eo.tit.c.dilectus;secus aũt si ius patronatus spectet ad clericũ,siue laicũ patrimonii iure,ut j.de iure patro.c.cum dilectus. Minus enim potest absorbere legatus ius patrimoniale alicuius,quàm ecclesiasticum.Nec obstãt his quæ dicta sunt,inf.de appel.c.1.illa enim

decere. non loquitur in legato transmisso ex latere domini papæ,sed in eo, qui priuilegio ecclesiæ suæ fungitur legatione, qui liberam collationem non habet ecclesiarum illarum, in quibus instituendi ius uel præsentandi ab aliis possidetur, tempore faciendi alterutrum à iure in-
7 dulto nondum elapso.¶ † Durat autem iurisdictio legatorum quandiu durat tempus eis a superiore præfixũ, uel quandiu
8 non fuerint reuocati.¶ Finitur autẽ † iurisdictio quattuor modis. Tẽpore, si tẽpore fuerit legatio limitata; Reuocatione, sed sic finitur legatio, non iurisdictio in causis iã cœptis, quas etiã post reuocatio nem potuerũt per alios terminare,ut inf. eod.ti.c.ult. Itẽ morte alterutrius.s. mittẽtis,uel eius qui missus est.Sed in hoc casu mortuo mittente etsi delegatio finiatur,iurisdictio tamen nõ finitur in negocijs inchoatis, & idẽ puto cũ tẽpore legatio terminetur. Nec obstat sup.tit.prox. c.cõsuluit,illa.n.loquitur ubi causæ cognitio tẽpore limitatur,secus ubi legatio, ut dictũ est. ¶ Itẽ finitur legatio per egressum,quod intelligo cũ legatus fines legationis egreditur,nõ regressurus;nã si egreditur ut statim regrediatur, iurisdictio intermittitur,non finitur;quia nec egredi uidetur,ut ff.de.diuor.l. diuortium.ff. de in rẽ uerso l.si pro parte.§. uersũ. Sed etsi per egressum legatio finiatur, durãt tamẽ iurisdictio demãdata in causis iã cœptis ante egressum, cœptas autẽ causas,& per hoc iurisdictionẽ perpetuã intelligo .s.per solã citationẽ,ut inf.eo.tit.c.ulti. & sup.titu.proxi.c.gratũ.¶ In summa † notan-
9 dũ est q legatus dũ legatione fungitur, inuigilare debet,nõ his, q sua sunt, sed q Iesu Xpi saluti & ædificationi clericali ac populi insistere,nec i ,pcurationibus grauare subiectos,ne lõgi tpis questũ breuis hora cõsumat,ut j.de cẽsibus.c.cũ apostolus. Prãdia ipsius nõ sint enormia, sed ẽm mediocritatẽ uniuscuiusq; loci, ut. 10.q. 3.c.ulti. Sic agẽs,ut nulla ecclesia seu latus se indebite pregrauari,rationabiliter cõqueratur,ut inf.de cẽsibus c.cũ instãtia §.sanè.Patiatur cõiungi ecclesias, in ,pcurando quæ per se singulariter non sufficiunt procurare ;, ut d.c. cum instantia.§.

tia.§ si uerò.infr.de præscrip.c.accedentes; de talibus quidem contributis licet uiuere, non de symbolis, uel confertis ut 44.dist.c.non oportet pro reuerentia.& c.liceat;& ut breuiter transeam, si in Apostolorum loco sunt legati, non solùm sermonem eorum imitantur, sed conuersationem & abstinentiam ut 35.disti.c.ecclesiæ principes, in fi. Alia, quæ circa materiam istam dicenda uidentur, dicã côpetentiùs inf.de censibus. ¶ Item notan-
10 dum † est, quòd legatus transmissus ex latere domini papæ, in quatuor excedit legatum qui priuilegio ecclesiæ suæ fungitur legatione. Primò, quia præsente transmisso alius ob reuerentiam maioris non exercet legationem ut inf.eod.tit.c. uolentes. Secundò, in absolutione excômunicatorum ut no.s.eo.tit.§.officium. Tertiò, in collatione ecclesiarum uacantium, ut not.s.eo.tit.§.Item possunt legati Quartò, in procurationibus. Nô enim ita procuratur ille, qui ordinarius est & in domo sua consistit, sicut transmissus. Qualiter autem ordinarius procurãdus
11 sit, dicam infr.de censibus. † Item legatus, qui de latere domini Papæ trãsmittitur, excedit legatum, qui trãsmittitur, sed non de latere transmittentis in uno, scilicet in absolutione excommunicatorum, ut superius dictum est.§.officium;& forte in alio, quia non inuenio quòd legatus priuilegio ecclesiæ suæ non exerceat legationem suam, nisi præsente legato ex latere domini Papæ transmisso, de tali enim loquitur s.eo.tit.c.uolêtes.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ordinarius quis sit.*
2 *Iurisdictionem ordinariam confert consuetudo.*
3 *Iurisdictionem ordinariam confert Papa uel princeps.*
4 *Qualitates in iudice ordinario côsiderandæ.*
5 *Episcopi an sint ordinarij iudices monachorũ.*
6 *Metropolitanus an sit iudex ordinarius in tota sua prouincia.*
7 *Episcopus an inter subditos suorum prælatorum in sua diœcesi sit ordinarius iudex.*
8 *Prælati uel ordinarij iudicis officium quale sit.*
9 *Aduocato licet uendere iustum patrocinium, & assessori, iustum consilium.*
10 *Iudex expensas habere debet, & nu.11.*
11 *Iudicis ordinarij iurisdictio circa quæ uersetur.*
12 *Iurisdictio iudicis ordinarij qualiter impediatur.*
13 *Iurisdictio prædicta qualiter finiatur.*
14 *Iudici ordinario si superior mandet id faciat, quod aliàs ex officio suo facere posset, quando illud exequitur ut delegatus.*
15 *Iurisdictioni ordinariæ quæ pertineant.*
16 *Diœcesani annuis uicibus suas diœceses uisitare debent, & pluries si necessitas uel utilitas exigit.*
17 *Absolutio ab excômunicatione propter iniectionem manuum in clericos competens ordinario, quando possit alteri delegari.*

¶DE OFFICIO ORDINARIJ. Rubrica.

DIXIMVS suprà de officio delegati, & legati, restat dicendum de officio ordinarij; & ideo subiicitur hic Rubrica de officio iudicis ordinarij.¶ Videamus igitur primò Quis sit iudex ordinarius; Quod sit officium iudicis ordinarij; Quæ potestas; & Quibus modis impediatur ordinaria iurisdictio, uel
1 finiatur. ¶ Ordinarius iudex † est qui à collegio eligitur, & à superiore confirmatur; ut electus in episcopum, qui per confirmationem sortitur iurisdictionẽ in omnibus, præter ea quę maiorem discussionem requirunt, & munus consecrationis exquirunt, ut.s.de electio.c.transmissam. Sunt igitur ordinarij prælati ecclesiarũ, ut inf.eo.tit.c.cum ab ecclesiarum prælatis, qui à collegijs eliguntur, & à superioribus confirmantur, ut.s.dictum est. Hoc enim fallit in duobus casibus, in quibus electus ante côfirmationem administrat, & iurisdictionem exercet. In electo in summum pontificem, qui statim administrat, & hoc ideo quia superiorem, imò parem non habet ut 23.dist.c.in nomine Domini suprà de elec.c.licet. Itẽ fallit in electo côcorditer ultra Italiã côstituto, & romanæ ecclesiæ immediatè subiecto, in quo hæc tria faciũt, qđ in alijs operat côfirmatio,

firmatio, præter actum alienandi ut s. de elec. c. nihil in fi. & secundùm hoc intelligo s. de iudi. c. decernimus. 15. q. 4. capit. j. Sunt ordinarij, electi ab uniuersitatib. uel corporibus laicorum, ut in Authen. de defen. ciui. §. nos igitur colla. 4. C. de iurisdi.
2 om. iu. l. ult. ¶ Ordinariam † iurisdictioné confert consuetudo, ut C. de emancipa. l. 1. argu. 9. q. 3. c. conquestus, quod intelligo in consuetudine præscripta, uel in ea cuius memoria non existit. ut no. s. de off.
3 arch. circa fi. illius. † Confert etiam ordinariam papa uel princeps qui est lex animata, ut in Auth. de consul. in fi. unde quo ad iurisdictionem ordinariam conferendam æquipollent lex animata, & inanimata, & sic intelligo. ff. de iuris. om. iu. l. & quia. quod uerum est, cũ papa uel princeps nõ unam uel duas uel 10. causas alicui committit, sed uniuersitatem causarum, unde camerarium, uicecãzellarium, auditorem contradictarum, & auditorem cameræ, or
4 dinarios puto. ¶ † Hæc autem in qualitate iudicis ordinarij attendentur, Conditio, sexus, ætas, discretio, fama. Conditio, ne sit seruus ut 3. q. 7. c. infamis. §. tria. Sexus, ne sit fœmina. ut 33. quæst. ult. capit. mulierem. Aetas requiritur, ut sit maior 20. annis. ut ff. de arbitris. l. cum lege, uel ad minus 18. ut ff. de re iudic. leg. quidam consulebant, & hoc locum habet etiam in delegato, ut supra de offic. delega. cap. cum uicesimum. Discretio, ne careat iudicio, id est discretione. ut 3. quæst. 7. d. ca. infames. §. tria. Fama, ne sit criminosus id est, infames. ut 3. q. 7. alleg. c. infames. §. tria. Infamia tamen licèt faciat ne ordinarius possit iudicare de merito uitæ, sententia tamen infamis iudicis uel criminosi tenet, nec repelli potest ordinarius propter talia a iudicando, donec tolleratur in officio suo. ut 8. quæ. 3. c. nonne. Sed delegatus potest repelli per exceptionem,
5 ut supra de rescrip. cap. scifcitatus. ¶ † De episcopis dubitatur, an sint ordinari iudices & inmediate monachorum, uel monachi medios habeant, scilicet abbates, quibus demum negligentibus iurisdictionem suam, possint in monachos exercere. Et est dicendum, quòd etsi ad abbates spectet claustralis correctio, ad episcopos tamen pertinet iudicium tribunale. C. de emen. propin. l. uni C. de patria potesta. l. 3. & inf. eod. cap. quanto. & 11. q. 1. cap. de persona. C. de epis. & cle. authẽ. causa quæ fit cum monacho. in Aut. apud quos oportet mo. causam dicere. §. j. colla. 6. uel dici potest quòd prima correctio monachorũ pertineat ad abbates, quia hoc est generale, ut quilibet prælatus in suos subditos sua iurisdictione utatur, siue sit abbas, siue sit prior, ut inf. de immu. ecc. c. nõ minus. inf. de maio. & obe. cap. cum in ecclesijs. Sed eis non corrigentibus, uel fortè corrigere non ualentibus, succedunt episcopi. ut inf. eo. tit. c. quanto, nihilominus dico quod episcopi sunt ordinarij monachorũ etsi habeant medios coadiutores. ¶ Item
6 quæritur etiam de metropolitano, † an sit iudex ordinarius in tota prouincia, & quo ad episcopos suffraganeos, & quo ad suffraganeorum subiectos. Sed habet medios. f. episcopos, per quos quasi per gradum causæ deferuntur ad eum ab audientia suffraganeorum suorum, quandoque per appellationem, quandoque per querelam, uel per alios modos ut 9. q. 3. c. 2. & 4. Ea uerò quæ statum prouinciæ contingunt, ad metropolitanum pertinent. ut 9. q. 3. c. archiepiscopus. Est igitur ordinarius competens iudex episcoporũ suffraganeorũ. ut 2. q. 7. c. metropolitanũ 10. q. 3. ca. quia cognouimus. in Auth. de sanctis. epis. §. si autem. Eorum autem, qui suffraganeis subsunt, est iudex ordinarius, sed non competens, nisi in certis casibus, ut inf. eo. tit. ca. pastoralis, in prin. s. in 8. casibus. Primus est, cum per appellationem defertur ad eum aliquod negocium, ut infr. eo. c. pastoralis. Secundus, cum per consultationem. ut 17. dist. c. multis. Tertius, cum per negligentiam episcopi. ut 9. q. 3. c. cum simus. inf. eod. tit. cap. ad reprimendum. infra de sentent. excom. c. per tuas. s. de offic. delega. c. prudentiam. §. sextam. Quartus, cum per discrepationem in officijs. ut 12. dist. c. de his. Quintus per quæstionem inter episcopum & subiectum ipsis, ut superius dictum est. Sextus, per episcopalis ecclesiæ uacationem. ut 11. q. 2. ca. non liceat alicui metropolitano. Septimus, per duorum contentiosam electionem,

nt 63.dist.c.ult. Octauus, & generalis.f.si prisca consuetudo plus ei contulit in antiqua.ut 9.q.3.c.cóquestus.inf.eo.ti.c.duo.

7 ¶†Sed quæritur an episcopus eodem modo se habeat circa subditos suorum prælatorum,quos habet sub se in sua diœcesi,ut causæ subditorum per illos prælatos medios quasi per gradum transferantur ad eum,sicut dictum est suprà in metropolitano, respectu suffraganeorum? Respondeo non, omnes enim causæ clericorum apud episcopum quasi apud maius tribunal tractari debent. ut ff. de iud. l. iudicium.11.q.1.c.de persona. & q.3.c.qui resistit.25.dist.c.perlectis.sup.de offi. archi. c.cum satis.in Authē. ut clerici apud proprios episcopos prius conueniantur coll. 6.circa prin. sed Ioan.& quidam alij dixerunt, q si prælati inferiores ab episcopis per electionem & cófirmationem, seu per consuetudinem habeant ordinariam iurisdictionem,episcopus non potest cognoscere de causis subditorum suorum, nisi per appellationem, uel alio legitimo modo transferant ad eum, ut in metropolitano superius dictum est;sed circa hoc consuetudinem antiquam & approbatam attendi sicut plerunque in consimilibus dico; Saluo tamen eo quod notaui supra de abbatibus circa monachos. ¶Officium prælati † uel ordinarij iudicis est, curam habere subditorum.ut 8.q.1.c.qui episcopatum;singulos pro posse iuuare;singulos releuare.ut 8.q.1. c. clemens. Item largam manum habeat cum necessitatem patientibus; cum curat alienam inopiam, suam credat.ut 86.dis.c.fratrem nostrum.Adulteria & scelera inquirat, & ulciscatur ut inf.eo.tit.c.1. si fuerint iudiciario ordine comprobata, alioquin occultos delinquétes non nominatim, sed indeterminatè arguet ut inf.eo.tit.c. si sacerdos. Condolebit eis,quos puniet; nam uera iustitia cópassionem habet, falsa autem dedignationem.ut 45. dist. c.uera iustitia. 46.dist.ca. hoc habet propriũ. manus suas debet seruare mundas, nullumq; contingere lucrum.ut in Auth.de man.prin. §. oportet. collat.3.iuxta illud. Si inciderit te iudice dirige libram iudicij, nec flectat amor, nec munera palpent. Munus enim a norma recti distorquet acumen iudicis, & tetra inuoluit caligine métem.Et alibi.Qđ non mortalia cogis auri sacra fames. Imo & qui rectè iudicat, & præmium remunerationis expectat,fraudem in Deo perpetrat;quia iustitiam,quam gratis impartiri debuit,acceptione pecuniæ uendit,ut 11. q.3.ca.qui recte.† Licet tamen aduocato uendere iustum patrocinium, & assessori iustum consilium.ut 11.q.2.cap.non licet. 14.q.5.non sanè & spe præmiorum inuitandus est assessor.ut C.de assesso.l.1. salarium debet habere.ut ff. de offi. asses.l. diem functo.¶Sed de expensis iudicũ uideamus; † & est certum quòd legati exigunt suas procurationes ut diximus supra tit.proxi. Delegati licitè petunt expensas, nec ideo minus gratis iudicant;nam & testibus prouidetur de expensis,nec ex hoc minus gratis testificantur.ut 4.q.3.c. si testes.§.penult. qui incipit item liberi. Nemo enim tenetur proprijs stipendijs militare, ut inf. de simo. ca. cum sit romana. 28.q.1.c.iam nunc,in fine.Munera autem prohibentur non sumptus.ut 1. q.1 .c.iudices.Vnde licitè sumitur esculentum & poculentum,ut ff.de off.præsi.l.plebiscito,& modica xenia nõ sunt lucra, ita ut neque omnia,neque semper,neque nulla,neque nunquam, neque a quolibet, neque a nemine accipiat; sed hoc totum cum moderamine,& discretione faciat,ut ff.de offi. procons.l.solent etiam.§.pen.& ult.ut litigantibus damna grauia non infligant. ut 10.q.3.c.illud.¶De ordinario† autem,uidetur quòd non debeat habere expensas, cum certa sint ei stipendia constituta. ut 23.q.1.c.militare; imo cum proficiscitur illa expendere debet,quæ domi expenderet.ut in Auth.de man.prin.§. illud. Sit igitur contentus his quæ a fisco præstantur, ut in Auth. iusiuran. quod præsta.ab his coll. 2. circa med. Certi tamen casus sunt in iure expressi in quibus ordinarius licitè petit sumptus, ut in consecrationibus ecclesiarum, & in uisitationibus ut ī. de simo. c.cum sit Romana,& inf.de censibus.c.sopite,& ī.de præscrip.c. cum ex officio, aliàs nihil petet, nisi quod a iure expressum est.ut 18.q.2.c. hoc tantum. De consuetudine tamen tam prælati, quàm priuati

8 (left margin, beside "lati † uel ordinarij iudicis est")
9 (beside "q.3.ca.qui recte.† Licet tamen aduocato")
10 (beside "deamus; † & est certum")
11 (beside "10.q.3.c.illud.¶De ordinario†")

priuati cum pro causis commissis proficiscuntur, exigunt omnes expensas, nec contradicit. j. de uita & ho. cle. c. cum ab omni. Illud enim c. non interdicit sumptus, sed côuentionem de certa parte litis, quę interdicitur procuratori. ut ff. de pact. l. sũptus. ff. man. l. salarium. C. de procu. l. litẽ. C. mand. l. si contra licitum. quæ interdicitur & fideiussori promittendi iudicatum solui. ut ff. man. l. si remunerandi. §. ultim.

12 ¶ Potestas† ordinarij potissimè circa tria uersatur, correctionem, iudiciũ, & animaduersionem, & his uerbis satis conueniunt uerba canonis. coherce. corripe. excõmunica. degrada. ut 23. q. 4. c. forte ĩ fi. coherce monendo, corripe suspendendo, & habet locum hic ordo, cum quis puniendus est pro contumacia; secus si pro crimine, tunc enim pęna incipit in degradatione, & finitur in excõmunicatione. ut 81. dist. c. dictu. j. de iudi. c. cum non ab homine; in contumacia uerò incipit ab excõicatione, & finitur in depositione. ut 83. dist. ca. quorundam. & 83. dist. c. honoratus; alijs tamẽ uerbis utitur apostolis. Argue, obsecra, increpa, in omni patientia, & doctrina. Argue de peccato, obsecra pro iustitia seruanda, increpa timorem diuini iudicis cominando: sed hæc locum habent in occultis peccatis, & in iudicio animæ. ut 2. q. 1. c. Si peccauerit, in fi. Debet aũt iudex in correctione beniuolus eẽ. ut 45. dis. c. licet: in iudicio iustus. ut 3. q. 7. c. iudicet: in aĩaduersione misericors. ut 45. dis. c. uera.

13 ¶ † Impeditur aũt iurisdictio ordinarij p suspensionẽ ordinarij, si ab officio suspendatũ, itẽ per excõicationem, quia suspẽsum ab officio intelligo suspensum ab ordinaria ptãte, & excõicatus excõicare non põt ut 24. q. j. c. audiuimus, nec alios iudicare. ut j. de sen. & re iud. c. ad probandũ. Si uerò ordinarius sit aliàs in mortali crimine constitutus, etsi de merito uitæ iudicare non possit. ut 3. q. 7. c. qui sine peccato. & c. iudicet. & c. sequentib. de ptãte tamen iurisdictionis põt quãdiu fuerit tolleratus iudicare. ut 9. q. 4. c. nonne. In his aũt casibus impedit iurisdictio ordinaria uniuersaliter. In specialibus uerò negocijs impedit per alios modos præter suspensionẽ & excõicationem. s. per appellationem, recusationẽ, & relationẽ ad superiorẽ, negocij reuocationẽ, per alij factã commissionẽ, & per alios modos quos notare põt quilibet studiosus. ¶ Finitur autem iurisdictio

14 † ordinaria quo ad personã quatuor modis, morte, depositione, translatione, dignitatis renunciatione, quo ad personã ideò dicit, quia uacante ecclesia localiter, & casualiter de consuetudine residet iurisdictio ordinaria penes collegium. ut j. de ma. & obe. c. cum olim. j. de hęre. c. ad abolendam. 7. q. j. c. pontifices. & ar. s. de consuet. c. cum inter uos, & j. eo. c. irrefragabili, non tamen in omnibus, quia non in collationibus præbendarum ut j. ne sede ua. c. illa, bene autem dixi de consuetudine, nam aliàs de iure communi soli prælati, qui per electionem assumũtur, iurisdictionẽ habent, ut not. s. eo. ti. in prin. ¶ In sum

15 ma notandũ † est, q etsi superior mandet ordinario, ut id faciat quod aliàs ex officio suo facere posset, ordinarius non semper id exequitur, ut delegatus ratione mãdati, sed plerunque ut ordinarius iure ordinariæ potestatis, ut j. eo. tit. c. licet. & c. graue, sæpe. n. ordinarij procurant sibi mãdari ea quæ ipsi suo iure facere possunt, ut cum maiori libertate & excusatione eadem exequantur. ut 11. dis. c. quis nesciat. ¶ Item sæpe superior non intendit cõmittere, unde ei cui scribitur non imponitur necessitas suscipiendæ cognitionis, sed potest si uult cognoscere, potest ẽt alteri delegare. ut ff. de of. præsi. l. sæpe. sicut & causæ appellationum cum remittuntur ad examen priorum iudicum, non committuntur, ut j. de appella. cap. ut debitus honor.

16 † Quæ autem ad ordinariam iurisdictionem pertineant, legitur j. eo. tit. c. conquerente. Solent tamen distingui duæ leges quibus ecclesiæ subsunt, episcopalis lex diœcesana, & lex iurisdictionis. Lex diœcesana in his consistit in cathedratico exigendo, item in tertia, uel in quarta oblationum, huic legi subsunt omnes ecclesię præter monasteria. ut 17. q. 1. ca. cum pro utilitate. 10. q. 3. c. inter cætera. 18. q. 2. c. quàm sit. Capellæ tamen monachorũ subsunt huic legi ut j. eo. tit. c. conquerente. 16. q. 2. c. statuendũ, nisi monasteria essent exempta cum capellis suis ut j. de priuil.

c.quoniam.& cap. cum capella.& ar.16.q. 2.cap.uisis,j.de capel.mon.c.ecclesijs.Lex iurisdictionis est quoddam ius,ex quo episcopus habet conferre omnia sacramenta,cognoscere de causis,coercere delicta. Huic legi subsunt & seculares ecclesiæ, & monasteria.ut 50.dist.c. accedens. 18. q. 2.c.hoc tantum.16.q.1.c.interdicimus,& eorum capellę ut inf.eo.ca.conquerente, & omnes ecclesiæ sitæ in diœce. ut 16. q. j.c.omnes basilicæ, quamuis autem dixerim monasteria exempta a lege diœcesana,seruitia tamen quæ ab antiquo præstare consueuerunt præstabunt.ut 18.q. 2.c. seruitium,& censum statutum. ut 18.q 2. c. Eleuterius. hoc etiam notabis, quòd licet distinguam duas leges diœcesanam,& iurisdictionis, frequenter tamen una ponitur pro altera ut j.de rescrip.c. auditis. j.de regul.& transe.ad reli. c. ex parte.j. de in integ. re. cap. auditis, exigit igitur episcopus a cunctis ecclesijs,siue diœcesibus præter monasteria sicut dictum est,cathedraticum siue synodaticum. Vocatur antem cathedraticum,eo quòd ob honorem cathedræ soluitur;synodaticum,quia frequenter uenientes ad synodum soluũt, quantitas cathedratici uel synodatici erit de iure duorum solidorum.ut 10. q.3.ca. placuit.inf.eo.tit.c.conquerente,& erunt exiguioris monetæ.ut ff.de leg.3.l.nummis,uerius puto, ut tã in quantitate,q̃ in qualitate pecuniæ inspiciatur consuetu-

17 do.¶†Diœcesani annuis uicibus suas diœceses uisitent.ut 10.q.1.cap. decernimus, uel pluries,si necessitas uel utilitas exegerit.ut 18.q.2. c. uisitandi,& non semel in uisitatione sua faciẽt quod docetur 10. q. j.cap.placuit. Sed & si uiderint aliquos amouendos,poterunt amouere ut s.de rescrip.cap.dilectus,sed cum in monasterijs officium uisitationis impendunt, non introducent secum clericos seculares, nisi duos,uel tres, & illos in decẽti habitu ut

18 j.eo.tit.cap. ut iusta. ¶Item notabis † q̃ potestatem absoluendi excommunicatos propter iniectionem manuum in clericos uiolentas, quæ ex officio competit ordinario in specialibus casibus,potest alteri delegare,ut infra eod.titu.cap.ulti.hoc ideo dico, quia potestas absoluendi tales ex cõmissione competens,alteri committi non potest,ut s.de offi.dele. cap. ult.

SVMMARIVM.

1 *Officium iudicis quid sit. & in quibus locum habeat.*

Et quando actioni deseruiat, & loco actionis intentetur.nu.2. & 3.

4 *Officium iudicis latissimum est.*

¶DE OFFICIO IVDICIS Rubrica.

TRACTATVM est supra singulariter de officijs dignitatum, & de officijs iudicum,& quid ad singulos pertineat ratione officiorum, quid ratione iurisdictionis delegatæ uel ordinariæ,hic autẽ indistinctè & indeterminatè tractat de officio iudicis, nec exprimit cuius,delegati uel ordinarij, eo quod quædam,de quibus sub rubric. tractatur,communia sunt cuilibet iudici tam delegato, quàm ordinario, ut dare aduocatum non habenti,ut inf.eod.titu.cap. 1. restituere læsos, quod commune est ordinario & delegato,ut inf.de in integ.resti.cap. penul. C.ubi & apud quem in integ. resti. post. l.ult.& propterea sic simpliciter intitulatur Rubric.de officio iudicis.¶Videamus igitur Quid sit officium iudicis; in Quibus locum habeat; Item quando deseruiat actioni;Et quando imploretur & intentetur loco actionis.¶Officium † iudicis est potestas iudicis a iure sumpta; Habet autem locum officium iudicis tam in his, quæ ante iudicium fiunt, sunt tamen iudicij præparatoria; quàm in his, quæ in iudicio facienda occurunt. ¶Ante iudicium ut habeat publicam personã si potest,aut duos uiros idoneos qui fideliter uniuersa iudicij acta conscribant,uidelicet.citationes dilationes &c. ut j.de proba.cap.quoniam contra falsam; Circa edicta mittenda ad loca in quibus rei morantur ut inf.de appella.cap. cum parati. inf. de dolo & contuma. cap. cum olim.si inueniri possunt.ut inf.qui ma.accu.poss. ca.relatum; alioquin mittitur ad domos, uel ecclesias eorum,ut inf.de dolo & contu-

tu. cap.causam. ff. de lib. agno.l.1.in prin. ff. de dam.infect.l.3.§.prætor 16. q.3.c.placuit ut quicunque.§.potest. in uer.is aũt. inf. de dolo & contu.c.contingit. & c. ult. inf. de cle. non resi.c.ex tuæ; denunciabit cognatis & amicis ut absentem defendãt uel uenire procurent.ff.ex quib. cau.ma. l.ergo.ff. quib.ex ca.in possess.eat.l. hic au tem.inf. qui fi.sint le.c. perlatum. Circa dilationes indulgendas, pro conditione causæ,temporis,uel personæ, ut his consideratis iudex ordinem edictorum uel cõpendium moderetur.ut ff.de iudi.l. nonnunquam ; & ut per eas delegati iurisdictio nimium non arctetur. ut supra de officio deleg. c.consuluit.Vt principales personæ in iudicio comparentes non per aduocatos sed per seipsos factum proponãt, nisi forte adeo fuerint indiscreti, ut eorũ defectus de iudicis licentia per alios suppleatur ut inf.de iudicijs.c. pastoralis. Vt porrigantur libelli apti, & conuenientes rei,de qua agitur,alioquin iudex ex officio suo repudiet,uel assessor.ut inf.de iudi.c.examinata.ff.si mens.fal.mo.dixe. l. 1. §.fin autem.C. ut nemo priua.prædijs suis uel alie.titu.impo.l.2. in fi. & ff. de assess.l. 1. uel quod sine scriptis agatur in speciali bus casibus,quos notabo inf. de libel. obl. Item ut per narrationem actoris, & respõsionem rei fiat contest.lit.ut dicam inf.de lit.contest.c.1.C.eo.titu.l. uni. nisi agatur causa denunciationis uel inquisitionis, in quibus nec libellus porrigitur,nec fit con testatio litis,ut dicam inf.de accu. inqui. & denun.Item ut iuretur de calumnia, & de ueritate dicenda.ut inf.de iuramen.calum. Item ut fiant positiones partium, & interrogationes iudiciales.Item ut patiẽter audiatur aduocatus.ut ff. de offi. pro-
2 con.l.nec quicquam.§.circa.†Vt suppleat defectus aduocatorũ in iure. ut C. ut quæ desunt aduoc.par.iu.sup.non autem in facto suppleat, nisi de facto iudici liqueat; ut iudici,& post lit.contesta. Exempla.C. de appel.l.ampliorem.C.de tempo.appel la.l.2.§.ultimo. Ideo autem ante lit.contest. iudex de facto supplere non potest, quia ante lit.contesta.omnia constant iu dici,non ut iudici,sed ut priuato, & ideo dici consueuit, quod ea quæ ante lit.contesta. contingunt, non pertinent ad officium iudicis.ut ff.de ædil.edict. l. ædiles. §.item sciendum. Fallit in casu.Nam iudex ex officio suo repellit procuratorem militem,etiam aduersario suo tacente. ut ff. de procurat. l. filius. §. ueterani. C.de procura.l. militem. Sed illud contingit propter publicam utilitatem. Nec obstat his, quæ dicta sunt, lex, quæ uidetur uelle, quòd iudex suppleat de facto & ante lit.contesta.ut ff.de pet. hære. l.ultim.nam quod ibi dicitur,etsi non excipiatur,exponendum est sic, idest, si non habeat locum doli exceptio, satis tamen consulitur officio iudicis, & sic intelligo suppleri de facto, & post lit. contesta., supra de consue.cap.ult.infra de sentent. & re iudic.capit. cum bertoldus. infra de concess.præb.cap. ex parte; supplet autem iudex & ante sententiam,opponendo aduocatis; & quærendo a partibus, & sicut melius potest uerum inuestigando,ut 30. quæ.ult.c.ul.supplet etiam & post sententiam,ut in fructibus.ut ff.de re iudi.l.Pau
3 lus. ¶† Item locum habet iudicis officiũ in omnibus, quæ post lit. contestat.accidunt circa rem petitam, uel contingunt, uel si fructus ex ea percipiantur, uel damnum in ea detur, siue pretium rei petitæ ad possessorem perueniat, uel aliquid loco pretij, quæ post lit.contesta.accidunt ualdè pertinent ad officium iudicis.ut ff. de rei uend.l.non solum.& l. Item si uerberatum.§.1.& C. de rei uend.l. certum est, institu. de offic.iudic. §.post inchoatam. & §. eo quoque nomine. ff. de ædi. edic.l.ædiles.§.sciendum. ff. de aqua plu. ar.l.si tertius.§.officium.& ff. de usu. l. 2. Idem in dolo, uel culpa, seu negligentia admissa post lit.contesta.sicut multis probatur exemplis.ut ff. de rei uend.l.qui petitorio.§. 1. ¶Item iudicis officio fit delatio iuramenti circa quantitatem expensarum.ut in Authen. de iudi. §. oportet, colla. 6. in quantitate damnorum ut inf. de his quæ ui.metusue causa fi. cap.ult.C. unde ui.l.si quando.2.quæstio.1. capit.in primis. ¶Item ex officio iudicis defertur iuramentum,quandoque actori,quandoque reo,inspectis personarum & causę circunstantijs,ut inf.de iureiurand. cap.ult. de

de qua materia ibi plenius tractabimus. ¶ Item ut certam ferat sententiam prout pôt.ut ff.de iud.l.de qua re.& insti.de actio §.curare. ¶ Item ut sententiam executioni demandet, si egeat executione; nam si in rei uendicatione pronunciatur pro possessore contra petitorem, absoluetur possessor, nec est opus alia executione;si autem contra possessorem pronunciauerit, iubebit eum rem restituere cum fructibus.ut ff.de rei uen. l. ut ex diuerso.§. ubi alienum. Sed si possessor neget se in præsenti restituere posse,& sine frustratione uidebitur tempus restituendi causa petere,indulgendum est ei,ut tamen caueat de litis æstimatione cum fideiussore,si intra tempus quod ei datum est, non restituat.ut insti.de of.iudi.§.j.In personali autem actione debet pronunciare absoluendo,uel condemnando.ut C.de sen.& inter lo.om.iu.l.præsens. Non refert quibus uerbis utatur:nam siue dicat absoluo;siue dicat,|mihi uidetur Ticium nihil debere Seio.Item siue dicat,condemno in decem;siue dicat,præcipio Seium dare decem, uel æquipollentia uerba, ualet sententia.ut ff.de re iud.l. in sententia. de arbi. l.quid tamen.§.sed arbiter.j̄.de uer. sig.c.in his. In his igitur & consimilibus, de quibus exêpli gratia aliqua super litera ipsa notaui,iudicis officium ante litem contesta. actioni deseruit,sicut mercenarius & minister;& in tali imploratione officij non est facienda litis côtestatio, eo q̄ facta uel facienda est in principali, cui per implorationem officij deseruitur; sicut aliàs dicitur, non esse faciendam litis contestationem in causa appellationis, si facta est in principali.ut j̄.de appel. c. per tuas. Aliquando deficiente actione,cum nulla competat actio,ad hoc quod intenditur,imploratur iudicis officium, & tunc succedit loco actionis,licet non sit actio,ut cum petitur in integrũ restitutio, a maiori uel minori non distinguo.ut ff. de mino. l.quod si minor.§.ult.In hac igitur imploratione officij quæ loco actionis succedit, & procedit ut dictum est,erit facienda litis contestatio.ut j̄.eo.tit.c.2.in prin. Item imploratur officium iudicis principaliter ad interponendum cautionem, id est, hoc solũ agitur & petitur ut caueatur,ut cum petit legatarius sibi caueri de legato præstãdo. ut C.ut in pos.lega.l. j.ut cum uicinus petit sibi caueri de damno infecto ab eo,cuius domus minatur ruinam.ut ff. de damno.infect.l. prætor ait.§.ei.& l.dies.§.hoc autem.Incidẽter autem agitur de cautione interponenda iudicis officio ;ut.ecce agebatur rei uen. coram iudice,& re usucapta post lit. contesta.iubet iudex caueri a reo, quod non impignorauerit uel non manumiserit si seruus uendicabatur. ut ff. de rei uend. l.si post susceptum;uel agitur pigno.acti.iudex incidenter iubet creditorem cauere de dolo ut ff. de pigno. acti.l. creditor:ubi ergo iudicis officium principaliter intentatur, nec de alio agitur nisi de eo quod per officium iudicis postulatur libellus porrigendus est, & litis contestatio facienda:ubi autem de aliquo principaliter agitur,& incidenter imploratur officium iudicis super aliquo faciẽdo, super hoc quod per officium petitur,litis contestatio locum non habet.ut j̄.eo.tit.c.2. & propterea locum officij imploratio non habet.j̄.de appel.in c.significante,quia cũ canonici conuenissent episcopum, intelligo porrecto libello, & agerent contra eũ petitorio dicentes quòd in macellis eorũ carnes uendi deberent,unde episcopus iniuriosè faciebat uendi in suis,ut dicebant non poterant quasi incidenter & per officium iudicis postulare,quod petebant prĩcipaliter per libellum, scilicet, ius uendendi reduci ad statutum antiquum, nec mouet quod dicit ante litem contestat. nam idem esset & post lit. contestat. & ideo ponitur in litera, præsertim. Multa alia exempla poni possent in quibus iudicis officium imploratur principaliter tam in ciuilibus quæstionibus, quàm in extraordinarijs criminibus puniendis, & in quibus incidenter siue ante litem contesta.siue post:sed sufficiat superiora posuisse causa breuis & summariæ doctrinæ.
4 † unde alibi dicitur, officium iudicis latissimum est. ut ff. de iurisdi. omn. iudic. leg. 1. eo quod ita latè patet ut exempla quæ ponenda concurrerẽt,numerari non possent.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Maioritas quibus ex causis inter clericos consideratur.*
2 *Obedientia in quibus consistat.*
3 *Superiori quando & a quibus sit obediendum.*
4 *Subditus an in dubio obedire teneatur superioris mandato.*
5 *Habens duos iudices quorũ unus præcipit unũ, & alter contrarium, cui magis obedire teneatur.*
6 *Monachus an potius abbati quàm episcopo obedire debeat & nu.9.*
7 *Mandato oneroso superioris an sit parendum.*
8 *Vxor an peccet mortaliter frangendo uotum abstinentiæ, ad mandatum mariti.*
10 *Monachi regulares magis sunt astricti obedire suo abbati uel priori, quàm clerici seculares suo episcopo.*

¶DE MAIORITATE ET obedientia. Rubr.

TRACTAVIMVS supra de ministris, Sed quia ministrorum quidã sũt maiores, quidã minores: ad hoc.n. dispensationis prouisio gradus diuersos & ordines cõstituit esse distinctos, ut dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impẽderent, uera concordia fieret & ex diuersitate contextio: non enim ecclesia aliàs subsistere poterat, nisi huius magnus eam ordo seruaret, quod celestiũ militiarum exemplar nos instruit: quia dũ sunt angeli, sunt & archangeli in potestate & ordine differentes. ut 89. dist. cap. ad hoc, & sicut membrorum uarietas per diuersa officia, & robur corporis seruat, & pulchritudinem repræsentat, ita uarietas personarum per diuersa nihilominus officia distributa & fortitudinem & uenustatem sanctæ dei ecclesiæ manifestat. ut 89. dist. c. 1. Ideo post tractatum ministrorum ponitur hic rubrica de maiori, & obedientia. In hac igitur rubrica tractatur de maioritate & minoritate ministrorũ, & de obedientia maioribus a minoribus impendenda. ¶ Videamus ergo quibus ex causis maioritas inter clericos attendatur, & in quibus obedientia constat. ¶ Maioritas
1 consideratur ex quinque causis, † Potestate siue iurisdictione, Ordine, Consecratione, Antiquitate, Prærogatiua ordinantis. Potestate siue iurisd. qua præest archidiaconus archipresbytero. ut s. de offi. archidia. c. 1. Ordine, quo præest presbyter diacono. ut 93. dist. c. legitimus in fi. diaconus subdiacono, & sic deinceps. ut 93. dist. c. a subdiacono, & hæc duo membra probantur in 89. distin. c. ad hoc in fi. Consecratione, qua pręest episcopus presbytero. ut 95. dist. c. olim episcopus, & episcopus cunctis in ecclesia constitutis. ut 25. dist. c. perlectis. Antiquitate, ut prior habeat q prius fuerit ordinatus. ut j. eo. tit. c. 1. 75. dist. c. ordinationes. s. de ele. c. dudum ad audientiam. ff. de albo. scri. l. j. Prærogatiua ordinãtis, ut maior habeatur qui a maiore fuerit ordinatus. ut j. eo. ti. c. per tuas. ff. de albo. scrib. l. 2. Et hæc omnia no. s. de offi. arch. in prin. sed ibi omissum est unũ membrum. s. consecrationis, quod hic additur.
2 ¶Obedientia † uerò consistit in tribus, in reuerentia, iudicio, & præcepto. Reuerentia debetur ei, qui præcedit in ordine uel antiquitate. ut 93. dist. ca. a subdiacono. ff. de albo. scriben. l. 1. Vt minor assurgat maiori, nec sedeat stante maiore. ut 93. dist. c. non oportet. Vt maior præcedat, minor sequatur in sedendo, scribendo. ut 17. dist. c. ult. 96. dist. c. bene quidem. ff. de albo. scri. l. j. & incedendo, quamuis in hoc consuetudo Romanæ curiæ contrarium seruet, nã minor pręcedit & maior sequitur. Item in consuetis & honestis seruitijs faciendis ut j. eo. ti. c. statuimus. s. de const. c. quoniam, fallit in duobus casibus, ut cum minor ordine, & posterior tempore maior est potestate uel iurisdictiõe, ut archidiaconus, qui etsi inferior sit archipresbytero tempore, & ordine, maior tamen illo cẽsetur, & ei ab illo est obediendum ut 25. dist. c. perlectis. Item fallit cum minor gerit uicem & locũ maioris. ut 93. dist. c. ult. ¶ Obedientia iudicij & præcepti debetur ei qui præest iurisdictioni uel consecrationi, nã alias sententia a nõ iudice lata nullius est momenti ut j. de iudi. c. at si clerici. C. si a nõ compe. iudi per totum. & idem in præcepto

cepto. ut 7.q.1.c.quia frater. Virtus autē siue efficacia præcepti est, q subditus te netur obedire præcepto prælati sui ex ne cessitate, aliter peccat mortaliter, immo ariolus & idolatria iudicatur. Obedientia uerò uictimis iure præponitur, quia p uictimas aliena caro, per obedientiam propria caro mactatur, ut 8.q.1.c.sciendum, quod intelligo cum superior præcipit licitum & honestum. ¶Obediendum † est superiori a clericis in omnibus, quæ ad diuini cultus obsequium pertinent, uel quæ ecclesiasticæ utilitatis cura peragere suaserit. ut in præalleg. c. quia frater. 7.q.1. unde si præcipiat superior aliquid contra Deum, non est ei obediendum, quia tunc Deo magis, quàm omni obediendum est. Vnde non semper malum est non obedire, & obedientia non est seruanda in rebus illicitis. ut 11.q.3.c.si dominus, Nunquam enim propter obedientiam malum committendum est, sed aliquando debet bonum, quod agitur, intermitti. 2.q.3.c.quid

3

4 ergo. ¶Sed quid si subditus † dubitet an sit licitum uel non quod a superiore mandatur? Respondeo in dubio obediat, nam etsi fortasse reū faciat superiorem iniquitas imperandi, Innocentem tamen inferiorem ostendit ordo seruiendi. ut 23.q.1. c.quid culpatur. in fi. nec mireris, si circa idem mandatum peccet idem præcipiendo, non autem inferior obediendo, nam & hoc aliàs cōtingit. ut 24.q.5.c.manifesta & c.noluit, & j.de iureiur.c.debitores. Itē etsi onerosum sit quod mandatur, obediēdum est. ut 19.dist.c.in memoriam. & si iniusta correctio sit, tolleranda est. ut 100. dist.c.contra morem, & quod dixi in dubio obediendum, intelligo nisi dubitatio esset crassa & supina, quæ non excusaret, ut si superior mādet aliquid, quod sit contra articulos fidei, contra præcepta & prohibitiones, contra generale statutum ecclesiæ, In talibus non excusaret dubitatio, quia nec ignorantia. ut 16.q.1.c.si cupis. Qui enim quæ Dei sunt nescierint, a domino nesciuntur, unde si quis ignorat ignorabitur. ut 38.dist.c.qui ea. ¶Sed pone † q aliquis duos habeat iudices, unus præcipiat unum, alter contrarium iubeat, cui erit magis obediendum, uidetur Au-

5

gustinus pro regula tradere, quòd maiori sit obediēdum. ut 11.q.3.c.qui resistit. Sed obijcit de clericis subiectis episcopo, qui magis tenentur obedire episcopo, quā metropolitano. ut 9.q.2.per totum. † Obijcitur & de monachis, qui magis tenent obedire abbati, quam episcopo. ut 58.dist.ca.1.& 2. Nec episcopus debet relaxare sententiam excommunicationis latam a plebano, ut supra de offi.ordi.c.cum ab ecclesiarum. Ad quę respondeo. Canon ille loquitur, quoniam negotium super quo mandatur, translatum est ad superiorem iudicē per appellationem, tūc ad eum spectat negotium principale. ar. j. de offi.dele.c.prudentiam. in fi. & ideo maiori est obediendum, uel loquitur quando minor habet iurisdictionem a maiori, & maior reuocat in eo casu in quo potest. ut ff. de iudi.l.iudicium. & arg. ad idē. C. de offi.recto.prouin. l. potioris, uel si bene intelligatur litera illius canonis, cessabūt obiectiones, nam in primo exemplo loquitur de curatore, qui nullam habet iurisdictionem et si habeat administrationem, loquitur de proconsule, qui habet iurisdictionem, & ideo ei obediendum. In secundo exemplo ponit de proconsule, & principe, Item de principe, & de Deo, in quibus casibus indubitanter principi contra mādatum proconsulis, & Deo contra mandatum principis est parentum. ut 8. dist. c.quæ contra mores. in fi. † Vnum non obmitto, q mandato superioris oneroso est parendum ut 19.dist.c.in memoriam, & patientissimè tolleranda est etiam iniusta correctio. ut c.dist.c.contra morem. Et hæc omnia locum habent in duobus ordinarijs iudicibus, Cæterum si duo sint delegati contraria alicui mandantes, tunc locum habet c.cum contingat. de rescrip. ¶ Quid † de uxore an peccet mortaliter frangendo uotum abstinentiæ ad mandatum mariti, cū maiori potestati potius parere debeat, q marito, ut superius dictum est? Respōdeo. Deo obedit in hoc, q marito obedit, quia hoc facit iuris auctoritate. ut 33.q.5.c.manifestum & c.noluit. ¶ Quid si episcopus † uellit monachum instituere prælatum in ecclesia seculari, Abbas nolit, cui magis obediendum est? Respondeo abbati. ut

6

7

8

9

16.q.1.c.cũ pro utilitate.& c.monachi.§ 8. dist.c.1.& 2.Nec obst.16.q.1. c. qui uere. 9.n.ibi dicit, nisi iubeat ab epo, supple o, cum licentia abbatis. Sed fateor, quod si episcopus velit causa necessitatis secundũ uetera iura & statutum antiquum ecclesię ut 55.dist.c.priscis, siue hodie causa utilitatis.ut in d.c.cum pro utilitate,cogendus est abbas consẽtire,& monachum licenciare,uel superiorem agendum: ut not.in eo qui postulatur in epum, si a suo prælato non conceditur,s.de postula.circa pri. ¶Item si episcopus uocet monachũ ad se ad ministerium cubiculariatus, nunquid potest inuitum inuito abbate abstrahere? uidetur quod sic ut 2.q.7.c.cum pastoris. Sed puto,contrarium,quia hoc est priuilegium solius papæ quemlibet ad se uocare clericum,uel monachum.ut 9.q.3.c. p principalem,sed si uocet ad se monachum, & abbas cõtradicat,monachus debet obedire Papæ ut 8.dist.c.quæ contra mores.& 11.q.3.c.qui resistit.¶Item quid si prælatus vocet aliquem religiosum ad suum cõiunctum, ubi religiosus generalia statuta sui ordinis obseruare non potest,puta,prælatus freqnenter equitat & fratrem prædicatorem secum frequenter equitem ducit cum sit de generali statuto ordinis ut nullus equitet nisi infirmus, & certè consulo ut ad castrum proprium reuertatur, nec periculum suum exponat commodis alienis.ut 40.dist.c.sicut non suo,& idem dico in fratre minore prælati alicuius cãmorario constituto,cum sit de generali ipsorum statuto quod denarios non contingant,Satis enim absurdum reputo,talium manus ex contractus pecuniæ rubiginosas fieri,& frequenter insistere calculo rationum,quem enim senseris aut semper, aut crebro de nummis loquentem,institorem potius habeto, quàm monachum. ut
10 16.q.1.c.si cupis.†Et nota,quòd monachi & regulares magis sunt astricti obedire suo abbati uel priori tanquam qui renunciauerunt propriæ uoluntati, quàm cleri seculares suo episcopo.ut 12.q.2.c.non dicatis,sup.de offi.ord.c.quanto. Item clerici sunt magis astricti,quàm laici. arg. 71. dist c.primatus,

SVMMARIVM.

1 *Treuga quid sit, & quid sit pax.*
Treugarum quot species sint.
2 *Fides an sit seruanda eo tempore, quo treuga conuentionalis finitur.*
3 *Treuga canonica quãdo sit seruanda, & quãdo bellum cessare debeat.*
4 *Treugæ canonicæ quibus personis perpetuò debeantur.*
5 *Prælati & maximè episcopi tenentur discordantes ad concordiam reuocare.*
6 *Episcopus propriam iniuriam non uindicat.*
7 *Episcopus an possit iniuriam ecclesiæ remittere.*
8 *Pater iniuriam illatum filio remittere potest.*

DE TREVGA ET PACE.
Rubrica.

QVIA ad officium iudicis spectat pacificare discordes . ut 90. dist. per totũ, & maximè in c.discordãtes. & in c.diffidentes.Ideo post tractatum de officio iudicis ponit rub. de treuga.& pace.Videamus igitur,Quid sit treuga,Quid pax, & Quibus temporibus potissimè pax & treuga debeant obseruari;
1 † Treuga est securitas præstita personis & rebus ad tempus discordia nondum finita.Pax est discordię finis.Item treugarum duæ sunt species. Nam alia conuentionalis,alia canonica. Conuentionalis ex conuẽtione recipit formam: sicut & cõtractus ex cõuentione legẽ, idest, formã accipiũt ut ff.de posit.l.1.§.si conueniat.ff.de re iudi.l.contractus,sicut ex ultimis uoluntatibus uoluntas est lex. ut in Auth. de nupti.§.disponat collat. 4. † Eo autem tem- 2
pore,quod ex conuentione finitur,etiam hosti fides seruanda est ut 23. q.1.c. noli. 22.q.4.c.Innocens,quod intelligo si & infidelis seruat fideli, aliàs non. ut infra de iureiuran.c.peruenit.27. quæst.1.c.sed infidelis.C.de transact.l. si diuersa pars. & l. cum proponis.ff. loca.& conduc. l.quæro. §.interlocutorem.95.dist.c.esto subiectus licèt sit ar.contrarium.11. quæst. 3.c.inter uerba.in fi. 33. quæstio.5. cap.quod Deo.
3 & 22.quæst. 2. c. ultim. ¶ † Est & treuga canonica, quæ præter omnem conuen-

tionem certis diebus, & temporibus ser-
uanda est, ut inf. eod. titu. cap. 1. ¶ Sed con
tra hoc opponitur, aut loquitur de iusto
bello aut de iniusto. Si de iusto, a tali e-
tiam his diebus, de quibus hæc decre. lo-
quitur, cessandum non est. ut 28. quæst. ul
ti. c. si nulla. Si autem de iniusto, hoc nullo
tempore faciendum. ut 11. q. 3. c. Iulianus.
& c. si dominus. 23. q. 2. c. 1. & 2. Solutio,
potest hoc intelligi de iusto bello, a quo
& si nullo tempore sit cessandum, minus
tamen ei uacandum est his diebus & tem
poribus, de quibus hæc decre. supponit, &
hoc idem innuit illud decretum si nulla;
cum dicit, si ineuitabilis urget necessitas,
uel importunitas. Item potest intelligi &
de iniusto bello, quod si nullo tempore
sit faciendum, minus tamen his diebus &
temporibus, quàm alijs. Ad has treugas
canonicas obseruandas tres funiculi colli
gantur, excommunicatio diœcesanorũ,
confirmatio uicinorum episcoporum, &
mutuum consilium, & auxilium a coepi-
scopis impendendum, ut infr. cap. 1. & 90.
distinct. cap. præcipimus. & cap. perlatum.
¶ Sed quæritur an episcopi constituantur
transgressores si hoc non seruant? Et po-
test dici quòd non, eo quòd non sunt hæc
moribus utentium approbata. ut 4. distin.
4 cap. in his. §. leges. † Quare autem his die
bus & temporibus, de quibus loquitur hæc
decreta, treugæ canonicæ potius sint ser-
uandæ, super litera ipsa notaui. Et est sciẽ
dum quòd certæ sunt personæ, quibus per
petuò canonicæ treguæ debentur, ut sunt
presbyteri, monachi, conuersi, peregrini,
mercatores, rustici euntes, & redeuntes,
& in agricultura existentes. Item, & ani-
malibus quæ arant semina, & quæ portãt
ad agrum, ut inf. eod. titu. cap. 2. ¶ Item ro
mipetæ & oratoria uisitantes. ut 24. quæ-
stio. 3. c. si quis romipetas; habent autem
hoc priuilegium rustici quandiu fuerint
in agricultura, sicut milites donec pugnãt.
ut C. de resti. mili. l. ult. & C. quibus non
ob. lon. tem. præscr. l. ult. sic clerici, mona-
chi, & cõuersi donec in ecclesijs canonicè
ac regulariter uiuunt. ut C. de epi. & cle.
l. generaliter; & sic legati gaudent priui-
legio donec in legatione consistunt. ut ff.
de iudi. l. 2. §. planè; sic animalia quæ ad
culturam agri pertinent. ut C. quæ res pi
gno. ob. pos. l. pignorum. In summa hoc
5 sciendum est, quòd † quilibet prælatus &
maximè episcopus prius de plano & abs-
que coactione, postmodum autem iurisdi
ctione & potestate debet discordantes ad
concordiam reuocare. 90. dist. c. 1. & 5. q.
2. c. primates, & litigantes reconciliare. ut
ff. de usur. l. si usufructus. §. æquissimum. ff.
de offi. præsi. l. illicitas. §. ne potentiores.
¶ Sed obijcitur, si sic inter litigantes com
ponatur, remanebunt crimina impunita,
quod est contra legem, ut ff. ad le. Aquil.
l. ita uulneratus. ¶ Item expedit crimina
nocentium esse nota. ut ff. de iniur. l. eum
qui. inf. de collu. c. 1. & 2. Ad quod respon
deo, quod dixi superius locum habet in
causis ciuilibus, in actione iniuriarum,
quàm quilibet remittere potest, si iniuria
non contingat ecclesiam. ut 23. quæst. 4.
cap. si is qui, & si sit facta non facienda. ut
ff. de pact. l. si unus. §. pacta. ¶ Item hoc in-
telligo in ciuilibus actionibus, eo saluo
quòd in quibusdam casibus compositio-
nis remedium locum non habet. ut inf. ti
tu. proximo. c. ulti. Item hoc intelligo, ubi
de crimine ciuiliter agitur; nam & si cri-
men quis remittere nequeant, potest ne-
dũ a ciuili actione sed ab accusatione desi
stere. ut inf. de accu. cap. ueniens; quando
autem ab accusatione impunè possit de-
sisti, & quando non, & quando crimen in
abolitione ueniat, suo loco dicemus. ¶ I-
6 tem notandum, † quòd episcopus propriã
iniuriam uindicare non potest. ut 23. quæ
stio. 4. cap. inter querelas. Sed eam debet
remittere, quia ei sanctitas ignoscendi
gloriam dereliquit. ut C. de episco. & cle.
l. si quis in hoc genus, sed non facile di-
mittere debet; Nam reipublicæ interest
pœnas facile non dimitti, ne ad malefi-
cia temerè quisdam prosiliat. ut C. de pœ
7 nis. l. si operis. ¶ † Quòd autem iniuriam
ecclesiæ possit remittere, quibusdam ar-
gumentis suaderi potest. Nam episcopus
est pater ecclesiæ. ut 95. distin. cap. esto, sed
8 † pater iniuriam illatam filio remittere
potest. ut ff. de iniur. l. sed si unius. §. filius-
fam. Item actio iniuriarum non est in bo
nis ecclesiæ antequam intentetur, & lis
super ea contestetur, ut ff. de iniu. l. iniu-
riarum

riarum actio; unde cum non sit in bonis ecclesiæ, potest eam remittere sine consensu capituli ut infr. de his quæ fi.a præ. c.cum in apostolica. Sed hoc non puto fore uerum, nec obstant argumenta superiora. Nam etsi dicatur episcopus pater, est tamen ecclesiæ procurator, ut ʒ. de dona. c.2.10.q.2.c.casellas. 12.q.1.c.ult. 12.q.2. c.fine exceptione. In d.c.cum apostolica, fauor religionis attenditur; summa autem est ratio, quæ pro religione facit. ut ff. de religio.l.sunt personæ.

SUMMARIUM.

1 *Pactum quid sit.*
2 *Pactum unde dicitur.*
3 *Pactorum quot species sint.*
4 *Pactorum diuisiones duæ sunt.*
5 *Pactorum uires an porrigantur ad alias personas.*
6 *Pactorum effectus quis sit.*
7 *Pactum nudum quid sit, & quot modis uestiatur.*
8 *Pœna non seruantis pactum, quæ sit.*
9 *Pactum omne an sit seruandum.*

DE PACTIS. Rubrica.

EXPLICITO tractatu ordinandorum & officiorum, Accedimus ad præparatoria iudiciorum; sed quia homines ut iudicia euitent, pacta ineunt & transactiones, Iccirco de his præmittitur, Et primo de pactis, eo quod decentius, & honestius gratis a iure discedi tur, quàm pecuniæ interuentu, & quia pacta generaliora sunt, quàm transactiones. Videamus igitur Quid sit pactum; Vnde dicatur: Quot sint species pactorum; Et quot diuisiones; Et ad quos pactorum uires porrigantur; De quibus rebus pacisci possit; & Quis sit effectus pactorũ; Et quę pœna sit non seruantis pactum. ¶Pactum
1 † est duorum pluriumve consensus in idẽ. f.dandum, uel faciendum; non autem in eodem uero, uel falso. Nã si duo uel plures consentiant in hoc uero, f. Titium esse hominem; uel in hoc falso, Titium esse asinum, non erit pactum; quia non erit obligatorium, talis enim consensus neutrũ alteri obligat; & quia dixi dandum uel faciendum, intellige alteri paciscentiũ ab altero. Quid enim si paciscar tecum inuito Titio quod Titius det Seio? pactũ nullum erit: Sed si paciscar tecum ut des Titio, pactum erit quandoque utile, quandoque inutile ad agendum. ff. de uerb. obl. l. stipulatio ista. §. alteri. & §. si stipuler. Nec mireris si pactum inutile ad agendum, pactum uocetur, nam sic a iure uocatur. ut C. eod. ti. l. debitorum. & l. pacto. & inf. eo. tit. cap. ult. & per hoc quod dixi pactũ duorum pluriumve, differt a pollicitatione; quia pollicitatio est solius offerentis promissio. ut ff. de polli. l. pactum. Promissio autem referri potest nedum ad pollicitationem, sed ad nudum pactum. Item ad stipulationem. ut ff. de ædil. edic. l. sciendũ.
2 §.1. ¶Dicitur autem † pactum a pactione. ut ff. eod. titu. l. 1. pactio uerò a pace & actu, quasi pacis actus. Nam qui paciscuntur, ex diuersis & contrarijs motibus animorum post multa uaria certamina in unam consonantem sententiam conuenire dicuntur. ut C. de rescind. uendi. l. si uoluntate. & ff. eod. titu. l. 1. §. conuentionis. Et hoc nomen pactum generale est ad omnia, quæ aguntur inter partes causa contrahendæ uel tollendæ obligationis; sed nomen conuentionis generalissimum est, Nam & scholares in scholis, & clerici in capitulo, & populus in foro conuenire dicuntur. ut in prædicto §. conuentionis. Vel dicitur pactum a percussione palmarum; Veteres enim cum se obligabant palmas percutiebant in signum non uiolandæ fidei, unde pactum quasi palmæ ictus. ¶Pa-
3 ctorum species duæ sunt. † Quædam in rem, quædam in personam. In rem sunt quotiens generaliter paciscor, ne petam. In personam, quotiens ne a persona petam. In primo autem casu, nec ab illo, cui sit pactum, peti potest, nec ab hæredibus eius; sed nec is qui paciscitur, nec ejus hæres petere potest. In secundo uerò casu, pactum personale ad alterutrum non pertinet, nec etiam ad hæredem. ut ff. eodem titu. l. idem. §. pactum; utrum autem in rem, an in personam pactum factum sit, non minus ex uerbis, quàm ex mente contrahentium æstimandum est. Plerunque

enim persona pacto inseritur, non ut personale fit pactum, sed ut demonstraretur cum quo factum sit. ut ff. eod. titu. l. 1. §. pa
4 ctorum. ¶ Diuisiones † pactorum similiter sunt duæ. Quædam enim sunt utilia, quædam inutilia. Vtilia sunt ea omnia, quæ non inutilia. Inutilium uerò exempla multa ponuntur, ponam tamen de multis aliqua causa breuis instructionis. ¶ Sunt igitur pacta inutilia ratione personarum, ut si paciscatur furiosus, qui nec expressè consentire potest. ut ff. de actio. & oblig. l. 1. § furiosum, nec tacitè. ut ff. loca. & condu. l. qui ad certum, nisi in casu. ut ff. solu. matrimo. l. 2. §. olim; unde furiosi matrimo. contrahere non possunt. ut 32. quæst. 7. cap. neque. ut ff. de sponsa. l. furor. ff. de ritu nuptia. l. oratione. §. furor; nec etiam se ad religionem obligare, ut 22. quæstio. 1. cap. Consaldus, inf. de regula. cap. sicut tenor; quod intellige in continuo furioso, secus se habeat dilucida interualla. ut 7. quæst. 1. cap. quamuis. C. qui testa. facere poss. l. furiosus. institu. eo. titu §. furiosus; quomodo enim reus constituitur, qui nescit quid faciat. ut 15. q. prima, cap. aliquantos. Item inutile redditur pactum ratione personæ in pupillo, qui nondum est doli capax. ut ff. de actio. & oblig. l. prima. §. furiosum. ff. de nona. l. 1. in fin. ff. de condi. indeb. l. quòd pupillus; & hoc ubi pupillus uult obligari,
5 secus si sibi uelit alium obligare, quod potest etiam sine tutore. ut ff. de autho. tut. l obligari; & idem omnino in prodigo. ut ff. de uerbo. oblig l. is cui bonis; & idem intelligo ut obligari uel alios sibi obligare non possint, in monachis regularibus, & conuersis professis, qui personaliter paciscuntur. ut ar. infra de confirm. uti. uel inuti. cap. ad nostram. & cap. porrecta: secus si contemplatione monasterij, cui per tales acquiritur. ut C. de episcop. & cleri. l. Deo nobis. §. hoc etiam. 18. quæst. 2. cap. abbates. 16. quæst. 1. cap. monachi. Item deficiunt pacta, & inutilia fiunt ratione personarum, ut in uiro & uxore qui sibi donare non possunt, seu uendere. ut ff. de dona. inter uir. & uxo. l. j. & l. si sponsus. §. circa. Item ratione potestatis. ut C. de contra sti. iud. l. 1. & idem intelligo in legatis, dū legatione funguntur, ne per impressionē contrahere uideatur in prouincia in qua legationem exercent. ut C. de his quæ ui ui metusve cau. fi. l. si per impressionem. Item inter patrem & filium, nisi de castrē si peculio, uel quasi, ut insti. de inuti. stip. §. item inutilis. ff. de iudi. l. lis nulla, inter seruum & dominum. ut C. de transact. l. interpositas. Itē deficit pactum, si res, quæ in pactum deducitur, non extet in rerum natura. ut ff. de contrahen. emptio. l. domum, nisi mora præcesserit. ut ff. de uerb. oblig. l. inter stipulantem. §. penul. Item si homo liber, res sacra, uel religiosa deducantur in pactum. ut insti. de inuti. stip. §. idem iuris. Item sunt uel fiunt inutilia pacta ex alijs causis, quæ connumerantur in eo. tit. inst. de inuti. stip. Item cessat pactum in collatione rerum spiritualium. ut 1. quæst. 1. c. quàm pio, cum suis concordan. Item cessat in rebus prohibitis, etiam si iuramentum fuerit appositum. ut infra de foro compet. c. Si diligenti, inf. de iu. iur. c. tua. C. de legibus & consti. l. non dubium, Item cessat in his, quæ obseruata uergunt in animæ detrimentum. Item pactum turpe, uel rei turpis, aut impossibilis de iure, uel de facto nullam obligationem inducit, ut infr. eod. titul. c. ultim. Sunt & aliæ diuisiones pactorum quas omitto, eo quòd sunt meræ legales. ¶ Porriguntur † uires pactorum ad alias personas, ut probatur hoc. ff. eo. titul. l. si tibi, cum ll. seq. usque ad l. si unus. ¶ Item pactum prædecessoris obligat successorem, sicut patris filium, si pactum fuerit in utilitatem ecclesiæ contractum. ut infr. de solut. ca. 1. aliàs secus. ut infr. de preca. c. 2. ¶ Pacisci non possumus de rebus spiritualibus, de prohibitis, & de his quorum non est commercium, ut superius dictum est in tractatu de pacto inutili ratione rei. ¶ Effe-
6 ctus † pactorum est. ut quod in pactum deducitur, obseruetur, ut infr. eo. c. 1. & 3. & quamuis secundum leges ex nudo pacto non oriatur actio. ut ff. eo. titu. l. iure gentium. §. sed cum nullam. C. de rer. permu. l. ex placito permutationis. præterquam in quibusdam casibus, quos non prosequor cum sint prorsus legales; tamen secundùm

cundùm canones ex nudo pacto,& ex simplici uerbo aliquis efficaciter obligatur, ita ut detur actio contra eum,ut hic in 5. qualiter.1 2.quæst.2. c. quicunque suffragia.& q.5.c.quia Ioannes.Et est ratio canonum, quia dum quis uenit contra simplex uerbum,mortaliter peccat ut 22.q.5.c. prædicãdum. Et ideo quæ procedunt de labijs meis,nõ faciam irrita.Cor enim loquentis conuenire debet ori, quod loquitur. ut 23. dist. c.psalmista.Nec Deus uult aliquam differentiam fieri inter simplex uerbum,& iuramentum.ut 22.q.5.c.

7 iuramenti. ¶ † Dicitur autem pactum nudum,quod non uestitur aliquo genere uestimenti.Sex autẽ modis uestitur pactum. Re, uerbis, literis, consensu, contractus cohærentia,rei interuentu ,ut instit.de. uerb. obli.& ff. de pact.l.iuris gentium.§.

8 quinimò,& §.sequent.b. ¶ Pœna † non seruantis pactum est, ne alius teneatur stare pacto, & pœna apposita committatur.ut infra de pœ.c.constitutis.infr. de iureiur. c.peruenit. C. de pactis.l. cum proponas infr.de censibus. c.cum olim. C. de transac.cap. cum mota , & hoc si alius pactum seruauit, aliàs neutra partium committitur.ut in d.cap. constitutis dicitur. ¶ In

9 summa notandum est, quòd † omne pactum , quod seruatum non exigit animæ detrimentum,seruandum est, ut dicimus in iuramento ut ĩ.de iureiuran.c. si uerò. & 22.q.4.cap.si aliquid, nec sit in damnũ alterius, quamuis sit in damnum paciscentis ut inf. de iureiuran. cap. cum contingat.Sed obstat in eo tit.cap.debitores,ubi pactum de soluendis usuris non seruatur, Sed iuramentum seruatur. Ad quod respõdeo,ibi pactum non seruatur non iuris auctoritate,seu permissione, & eodem modo iuramentum seruatur per aliud. c. ex administratione.eo.titu. ¶ Item not.quòd posterius pactum præiudicat priori.C.eo. titu.l.pacta nouissima.ar. ĩ, de censibus. c. cum olim.

SVMMARIVM.

1 *Transactio quid sit.*
2 *Transactio unde dicatur.*
Transigere qui possint.
3 *Transactio an in criminalibus locum habeat.*
4 *Transactio an cesset in actionibus famosis.*
5 *Remissione in generali quæ non ueniant , & quæ ueniant .*
6 *Prælatus an transigere ualeat causa ecclesiæ sine consensu capituli & nu. 7.*
8 *Transigi an possit si agatur super ecclesia .*
9 *Casus in quibus transactio locum non habet .*
10 *Transactionis effectus qui sint.*

¶DE TRANSACTIONIBVS. Rubrica.

DICTVM est supra de pactis in genere,nunc autem tractatur de pactis in specie, scilicet, de transactionibus,quæ sunt quædam pacta.Videamus igitur Quid sit transactio , Vnde dicatur,Quis possit transigere,de quibus rebus, Et in quibus rebus cesset transactio , Et quis sit transactionis effectus.¶ Transa-

1 ctio † est de re dubia & lite incerta necdum finita non gratuita pactio.Litem autem intelligo præsentem,uel futurã,quia & ante litis contesta. fieri potest transactio.ut ff.de condi.indeb. l.eleganter.§.si quis post,Item litem exaudio iustam,siue iniustam.ut C.eo.tit.l.2.Si tamen is, qui agit,certet se fouere iustam causam,alioquin contra.ut ff.de condi.indeb.l.in summa.cum distinguatur inter insistentẽ,ut si actor per calumniam insistat,nulla sit transactio.Sed si reus per calumniam resistat, ualeat transactio quo ad eum. ut C. eod. titu.l.sub prætextu, licet per aliam uiam hoc est per actionem de dolo, uel replicationem doli consulatur actori , ut ibidem dicitur, quando reus dolo induxit actorem ad transigendum. Non gratuita ideo dicitur , quia transactio nullò dato,uel promisso, uel retento non procedit,ut infra,eodem titu. cap. super eo. C. eodem titu.l.l. transactio, Non finita uerò dicitur,quia si iudicatum esset, non appellari posset. , nec aliquo remedio attentari. Nec de sententia dubitatur , si fiat transactio, nulla erit.ut ff.codem titul.l.post rem.& ff.de condi.indeb.l. eleganter. §. si post rem. Potest enim esse quòd his,qui conuenitur, dicit,uerum est me esse condemnatum tibi ad decem,

&

& uerum est quòd debeo, sed si uis esse cõtentus quinque, dabo tibi incontinenti quinque, tunc transactio nulla; sed si negaret iu licatum, adeò tamen liquida foret probatio, ut non sufficeret negare, adhuc idem est. ut C. de pœnis. l. qui sententiam.
2 ¶ Dicitur autem transactio † quasi actionis transitio, eò quòd qui transigit, transit & discedit ab actione, & ita propriè dicitur transigere is qui agit. ut C. eodem titulo. l. 2. ¶ Possunt autem transigere domini rerum uel actionum, tutores, & curatores habentes liberam administrationem. ut ff. de procurato. l. procurator, prælati ecclesiarum. Item procuratores habẽtes speciale mandatum. ut ff. de procura. l. mandato. & l. procura. tutorum. Item dati in rem suam, qui dominis præferuntur. ut ff. de procurato. l. procuratore. ¶ Potest transigi in omnibus ciui libus. ut C. eo. tit. l. causas; nõ tamen in spiritualibus, ut ĵ. eo. tit. c. constitutus. Potest in eis interuenire amicabilis compositio, ut ĵ. eo tit. c. 2. & c. de cętero. ĵ. de decimis. c. suggestum. & c. ex multiplici, inf. de confirma. uti. uel inuti. c. uenerabilis; nisi dicatur transactionem fieri posse in spiritualibus, ut detur spirituale pro spirituali; sicut in permutatione dicimus, ut ĵ. de re. permu. c. ad quæstionẽ, uel nisi interueniat superioris auctoritas pro bono pacis, ut ĵ. de præben. c. nisi & ar. ff. de his qui no. insa. l. furtim accipe. §. qui iussu. † In
3 criminibus autem interuenire potest transactio in his quę irrogant pœnã sanguinis. ut C. eo. tit. l. transigere. 2. q. 3. c. si quem §. in omnibus. Sed & tunc accusator incidit in Turpillianum. ut ff. ad Turpi. l. ab actione. sed hoc nihil ad reum cui ignoscitur si quoquomõ sanguinẽ suum redimit. ut ff. de bo. eorum qui ante sen. mor. sibi consciue. l. j hoc tamen fallit in adulterio, ut d. l. transigere. Sed hodie in adulterio uidetur correctum ut in Auth. ut nulli iudi. §. adulteram; uel forte specialiter obtinet in marito; uel uerius ibi non trãsigitur de re dubia & lite incerta, sed reconciliatur coniuncta. In criminibus autem, quæ sanguinis pęnam non ingerunt, transactio fieri non potest, sed gratuita pactio seu remissio fit. ut ff. de iure fisci. l. in fisci. & ff. ad l. Iul. de ui. publi. l. qui cœtu. §. qui uacantẽ; & idem in adulterio dicerẽ. Si autem data pecunia reus transigat cum actore, trãsactio nulla est, & reus pro confesso habetur; ut ff. de præuarica. l. in omnibus. & in prędicto. §. in omnibus. Et hoc fallit in crimine falsi. ut C. eo. tit. l. transigere. Vnde uersus. Sanguinis, & capitis metuens de crimine pœnam. Transige, si placeat, non trãsigit ullus adulter. In reliquis nulli liceat nisi crimine falsi. Dat censura tamen noua mechonite leuamen. Sed cum secũdùm canones nullum crimen irroget pœnã sanguinis. ut 23. q. 8. c. his a quib. ĵ. ne cle. uel mona. c. sententiam, in nullo transigitur. Item in alimentis non transigitur sine pręsidis auctoritate. ut ff. eo. tit. l. cum hi usq; ad §. qui transigit. & §. si prætor. & C. eo. ti. l. de alimentis. Itẽ in quæstionibus, quæ ex testamento proficiscuntur, non transigitur. nisi inspectis cognitisque uerbis testamenti. ut ff. eodem tit. l. de his. ¶ Item
4 cessat † trãsactio in actionibus famosis descendẽtib. ex maleficio. ut in actione furti, ui bono. rap. iniuriarum, ut ff. de his q no. insa. l. furti. §. pactusue. secus est in actionibus famosis descendentibus ex contractu ut in actio. mandati, tutelæ, & depositi. ut ff. de his qui no. infami. l. in actionibus. Itẽ cessat transactio in iure subiectionis, ut ĵ. eo. ti. c. præterea. Subiectio enim est spiritualis, & ideo aliquo dato uel promisso remitti non potest, sed gratis potest ut ĵ. de relig. domi. c. constitutus ĵ. de priuile. cap. cum olim. sed potest episcopus in remissionem constituere censum sibi soluendum in recognitione dominij ut ĵ. de cen. c. omnis anima, uel adiudicium perceptæ libertatis ut ĵ. de priuile. c. recipimus. ¶ Et no-
5 tabis † quòd in generalem remissionem nõ uenit iurisdictio. ut 16. q. 2. c uisis. in fi. Item nec uisitatio, nec procuratio, ut ĵ. de donatio. c. pastoralis ĵ. de censi. c. cum uenerabilis, nec reuerentia. ut C. de bonis liber. l. ult. Nec cathedraticum ut ĵ. de dona. c. pastoralis. Quid ergo uenit in generalem remissionem, seu cõcessionem, siue exemptionem? Respondeo, remissio omnium temporalium ut in d. c. pastoralis.
6 ¶ Sed quæritur † an prælatus possit transigere in causa ecclesiæ sine consensu capituli? Respondeo non, ut ĵ. eod. tit. c. contingit;

git, sicut nec alienare ut 12. q. 2. c. sine exceptione, & 10. q. 2. c. ea enim §. hoc ius porrectum. Sed agere potest causam ecclesiæ, cum sit maritus & legitimus administrator, præstita tamen satisdatione, & capitulum ratum habeat; ut uides in marito in causa uxoris. ut C. de procur. l. maritus; uel cum causa sit communis inter prælatum & capitulum; admittetur prælatus ad agendum cum satisfactione de rato; sicut consors in causa sui consortis. ut C. de consor. eiusdem li. l. 2. defendere autem ecclesiam ex suo officio tenetur. j. de rescri. c. edoceri. Sed ad primum opponitur. Prælatus habet liberam & generalem administrationem, ergo transigere potest. ut ff. de procu. l. procurator cui. & l. procurator tutorum; & quòd prælatus sit procurator ecclesiæ, probatur j. de don. c. fraternitatis. 12. q. 1. c. 1. Item tutor transigit. ut ff. de furtis. l. interdum. §. qui tutelam, & prælatus tutor est. ut 16. q. 1. c. in canonibus. Itẽ transigit administrator ciuitatis, ut C. eo. tit. l. c. præces, & prælatus administrator, est seu dispensator. 10. q. 2. c. præcariæ. Ad
7 primam obiectionem respondeo.† Prælatus habet generalẽ administrationẽ, sed non liberam; & ideo transigere nõ potest ut. ff. de procur. l. mandato. Vel dic quod prælatus transigere non potest alienando rem de qua agitur, plerumque enim, per transactionem fit alienatio. ut C. de litig. l. ult. & secundum hoc prælatus potest agere, sed non alienare, quamuis lex reputet hoc absurdum. ut ff. de iure deli. l. ait prætor. Sed illud est generale; Fallit tamẽ in prælato. Item in tutore & procuratore. Itẽ non obstat obiectio superius facta de tutore, qui transigit; nam alio modo requiritur consensus capituli, quàm pupilli. Item non obstat superior obiectio de præside, quia præses habet liberam & generalem.
8 ¶ † Item quæritur an si super ecclesia agatur, transigi possit? Respondeo nõ ut j. eo. tit. c. constitutus, quod intelligo cum de ecclesia agitur tanquam de titulo, seu de beneficio ecclesiastico, ut j. eo. tit. c. super eo. Cæterum si duo episcopi uel duo monasteria agant de ecclesia cõtendẽtes, de proprietate illius, uel de proprietate prædij alicuius. ut 16. q. 3. c. inter memoratos, tunc transactio locum habet & permutatio, dum tamen non detur temporale pro spirituali, ut j. de re. permu. c. ad quæstio-
9 nes. ¶ In summa notandum est† quòd quædam sunt, in quibus nec compositio nec dispensatio, nec transactio locũ habet. Quo modo enim posset fieri per amicabilem compositionem, uel per dispensationẽ, seu transactionẽ, ut uir dimissa uxore aliam superinduceret, ut monachus existens monachus haberet proprium. ut j. de statu regu. c. cum ad monasterium. ut subiectus in subiectione perdurãs superiori non obediat in licitis & honestis. In his ergo & cõ similibus transactio locum non habet ut
10 infr. eodem tit. c. ult. ¶ Effectus † transactionis est, ut omnia instrumenta ad causam spectantia super qua transactum est, & quicquid aliud quod opem partibus ferre poterat, sit uacuum & omni uirtute cassatum, & sola transactio ualidum perpetuũ que robur obtineat ut inf. eo. tit. capitu. 1. ¶ Item ex ea datur exceptio in omni eo quod factum fuerat & transactum, unde si generalis fuit petitio & generalis transactio, in omnibus obstabit exceptio. ut C. eo. tit. l. sub prætextu & ff. eo. tit. l. non est; nisi reus dolo occultauerit speciẽ, de qua deceptus est actor. ut ff. de pact. l. tres. Si uerò generalis est petitio, & de specie facta fuit trãsactio, nocet exceptio in ea specie tantùm, & idem est si specialis sit petitio, & generalis quantùm ad uerbum transactionis. ut C. eo. ti. l. si de certa & l. age. & ff. eo. ti. l. cum aequiliana, & l. qui cum tutoribus §. ult. & multo fortius idem si utrũque fuit speciale. ut ff. de pactis. l. si unus. §. pacta, & hic est effectus transactionis ex parte rei. Ex parte uerò actoris non datur actio ex transactione, s. ut id detur uel fiat quòd conuenit dari uel fieri ut recederet a lite. Et est ratio, quia actori superest uera actio, ad quam redire potest, & si opponatur exceptio ex transactione, replicabitur, non debet ei fides seruari, qui uult cõtra pacta uersari. ut C. eo. ti. l. siue apud acta. ut C. de pac. l. cum proponas. inf. de iureiuran. c. peruenit, & si actori non superest uetus actio, detur ei condictio ab causam contra reum, ut se reponat in pristinam obligationem. ut ff. de cond. causa da.

l. si

l.si quis accepto:uel datur actori actio ex præscriptis uerbis ad interesse,quia est cõtractus,do ut des,ut hic remittere sit dare.ut ff.de cond.causa da.l.si mulier. & ff. de iure dot.l.si pater & l.quemadmodum §.1.& ff.de præscri.uerbis.l.ob eam;de dolo autem non agit actor,quia non fuit dolo inductus ut transigeret,licet ex post facto reus dolo fecerit, quod non seruauerit fidem.ut ff.de dolo.l.2.§.si quis,si autẽ transigendo dolo fuisset inductus actor,ageret de dolo.ut C.eodem tit. l. actione & l.sub prætextu.

SVMMARIVM.

1 *Postulare quid sit, & qui postulare possint.*
2 *Clerici an possint postulare coram iudice seculari & nu.9.*
3 *Monachi quando possint aduocare, & canonici regulares.*
4 *Episcopi an possint aduocare.*
Sacerdotes an postulare possint.
5 *Qui postulando repellantur.*
6 *Aduocati non debent assumere causas desperatas.*
7 *Aduocatus quando teneatur si causam amiserit & nu.7.*
8 *Aduocatus quæ in suis aduocationibus obseruare teneatur.*

¶DE POSTVLANDO.
Rubrica.

PRAEMISSO tractatu de pactis,& de transactionibus, ad præparatoria iudiciorũ accedimus, & quia litigare uolens indiget postulante, idest aduocato,seu patrono, ideo subijcit hic tractatus de postulando. ¶Videamus igitur Quid sit postulare, Et qui possint postulare,Qui & quibus modis repellantur a postulando. Et an clerici pro impensis patrocinij sallaria percipere possint. ¶Et quidem
1 postulare est † desiderium suum uel amici sui in iure apud eum,qui iurisdictioni præest,exponere,uel alterius desiderio contradicere.vt ff.eo.ti.l.postulare & 3.q.7.c.infamis.§.tria.¶Possunt postulare ingenui & libertini habentes peritiam literarum uel experientiam causarum. vt C. eo. tit.l.prouidendum.in prin.C.de iud. l. certi,& in Auth.de iud.in princi. & 1.respõ.colla. 6.Postulat aũt quis aliquñ uolẽs aliquñ a iudice coactus,ut s.de of.iu.c.j.uñ & prætor inquit ei,qui non habet aduocatum,ego dabo.vt ff.eo.tit.l.1.§.ait prætor Et est sciendum,quod si aduocatus iussus a iudice alicui patrocinium denegauerit cum excusatione, quæ nequeat comprobari,careat foro,idest,non aduocet. ut C.eo.ti.l. prouidẽdum.§.si quis. & 3.q.7.c.infames.uersi. si quis uero dabit inquam iudex aduocatum fœminis,pupillis, debilibus,& his qui suæ mentis non sunt, uel qui propter potentiam suorum aduersariorum aduocatos inuenire non possunt.ut ff. de off. procons.l.nec quicquam.§.ult. hoc tũc gratis dare debet,imò conuento a parte,uel a iudice statuto sallario pro facundia aduocati,pro modo litis, & fori consuetudine, dummodo quantitatem debitam non excedat.ut ff.de ua.& extraor. cog. l. 1. §. in honorarijs;alijs autem personis nõ puto aduocatum dari posse,cum per se & sua pecunia possit quilibet aduocatum habere.ff.de rebus eorum qui sub tu. uel cura. l.magi.§.in primis ergo, unde illud quod dicitur,ei qui non habet aduocatum, ego dabo,sic exponitur idest,si habere non potest,sicut & in actione aquæ pluuiæ arcendæ dicitur,si aqua pluuia nocet. i. nocere poterit,ut ff.de statu.li.l.Labeo.¶Repel-
2 luntur † ab aduocatione coram iudice seculari Clerici in maioribus ordinibus cõstituti, etiam si ecclesiastica beneficia non habeant, quia si sine titulo sunt ordinati, tenetur ei episcopus prouidere,ut j.de p. ben.c.episcopus.& c.cum secundũm apostolicum. Item & in minoribus constituti si stipendijs ecclesiasticis substẽtentur,nisi aduocent pro se & pro miserabilibus personis,ut j.eo.ti.c.1. Si verò beneficia ecclesiastica non habeant,possunt aduocare etiam in foro seculari,quia iusta negotiatio non est clericis pauperibus interdicta ut j.ne cle.uel mo.c.1. Aduocare autem & sallarium recipere licitum est pro aduocando.nt,11.q.3.c.nõ licet, sed in foro ec-
3 clesiastico licet utrisque. † Monachi autem,& canonici regulares,nec in ecclesiastico foro possunt aduocare, nisi forte id mona-

monaſterij expoſcat vtilitas abbate nihi-
lominus imperante, vt j.eo.c.2.inf.ne cle.
vel mo.c.non magnopere.& c.ſuper ſpecu
la.16.q.1.c.alia. & c.placuit.& 15.q.2.c.1.
4 ¶ Quid de epiſcopis? † Dico quòd nec in
cauſa propria, nec in cauſa eccleſiæ poſ-
ſunt aduocare; ſed aduocatum habebunt
non malæ famæ ſuſpectum.ut 5.q.3.capi.
quia epiſcopus. Sacerdotibus autem non
niſi pro ſeipſis, pro eccleſijs ſuis, pro perſo
nis cõiunctis, ac miſerabilibus licitum eſt
poſtulare, vt inf.eodem tit. c.ult.14.q.5.c.
denique.& 16.q.1.c.te quidem. Oppro-
brium eſt enim ſacerdotibus ſi ſe peritos
forenſium cauſarum velint oſtendere. ut
C.de teſta.l.conſulta diualia.C.de epiſc.
5 & cle.l.repetita.¶ Item repellitur † quis a
poſtulando quandoque iudicis officio, for
tè quia aduocati & aſſeſſoris officio ſimul
utitur.ut C.de aſſeſ.l.ult. Item repellitur
quia iudex videns ex vna parte rudes &
nouicios aduocatos, ex altera parte peri
tos & antiquos, vult æquam facere diſtri-
butionē, & vnum dare parti alteri indigē
ti, cui aduocatus negat ſuum patrociniū.
ut C.eod.ti.l.prouidendum.& 3.quæſt.7.
cap.infames §.apud vrbem, in ver.ſi verò.
¶ Item repellitur qui pactus eſt de ſalla-
rio cum graui damno litigatoris, & maxi-
mè de quota portione litis. vt C. eod.ti.l.
ſi qui aduocatorū & 3.q.7.d. c. infames.§.
arceantur. Item non catholicus. vt C.eo.ti.
l.nemo.de pœni. diſt.1.c.nemo.inf.de hæ
ret.c.excommunicamus.§.præterea. Item
repellitur quis per legem Iuliam repet. ſi
pecuniam ob non iudicandum accepit ut
ff.ad l.Iul.rep.l.ea. Item prohibetur quis
a iudice, ne apud ſe aduocet, vel ne in pro
uincia illa aduocet, vel ne imperpetuum
aduocet, quod ex forma decreti iudicis ap
parebit. vt ff.eo.ti.l.puto, cum l.ſeq. Item
prohibentur aliqui poſtulare per edictū
prætoris, cuius edicti ſunt ordines; qui au
tem in iſtis ordinibus comprehendantur
his uerſibus continetur. Non cuicunque
datur ut poſtulet, imò vetatur additus, pę
næ ſeruus, puer, actor arenæ. Luminibus
caſſus, mulier, muliebria paſſus. Et hæc
omnia probãtur. 3.quæſt.7 prę all. c. infa
mes.§.tria.& ff.eo.ti.l.1. Pro impenſis au-
tē patrocinij clerici ſalaria recipere poſ-
ſunt. vt 11.q.3.c.non licet, nec enim tene
tur proprijs ſtipendijs militare.ut 13. q.1.c.
eccleſias.§.quia verò; nec de ſuo facere be
neficium. ut 10.q.2.c. precariæ. Et Greg.di
cit, iuſtum namque eſt vt illi conſequan-
tur ſtipendium qui pro tempore ſuum cõ
modare reperiuntur obſequium.12.q.2.c.
charitatem. Sed contra, 15.q.2.c.obſeruã-
dum. Ad quod reſpondeo cum Gratiano,
quòd illud decretum loquitur de profeſ-
ſis; vel derogatum eſt ei per contrariam
6 conſuetudinem. ¶ Caueant † autem aduo
cati ne cauſas deſperatas aſſumãt, & ſi for
tè a principio aſſumpſerint ignoranter, cū
de uitio cauſæ patuerit, ceſſent, & ſalaria
iam recepta reſtituant. vt C.de iud. l.rem
non nouam; nam & tutor cauſam defende
re debet pupilli ſi eſt iuſta. ut C.de admi
niſtra.tu.l.ſi bonam; alioquin bonam fidē
agnoſcere debet ut ff.de adminiſtra. tu. l.
quoties.§.ſicuti; & idem in fideiuſſore. ut
ff.man.l.quintus, & ſi nequam aduocatus
clientulum ſuum inducat ſcienter ad mo
uendum uel defendendum cauſam ini-
quam, tenetur ei ad damna & expēſas.ar.
C.de adminiſtra.tu. l. non eſt ignotum.
Item tenetur ſi propter ſuam imprudẽn-
tiã vel negligentiã vel infirmitatem cãm
amiſerit. vt ar.ff.ad l.Acqui.l.idem iuris.
§.1.& ff.loca.& cõdu.l. cū in plures.§.loca
tor.& ff.de of.præſi.l.illicitas. §. ſicuti, &
multò fortius ſi ꝑ īfidelitatē & ꝓditionē.
Nã tūc maiori pęna dignus ē. ut ff. de pœ
nis.l.ſi quis aliquid. la 2.§. inſtrumenta.
ff.ad l.Cor.de falſ.l.j.§.is q. & ff.de extra
7 or.crim.l.ſaccularij.§.j.† Itē tenet̄ qualiter
cūq; ſuo uitio cãm amiſerit. ut ff. de euic.
l.ſi ideo.& C.de euic.l.emptor. & ff.de ta
bu.exhi.l. locū.§.condemnatio; ſecus ſi ex
qualitate cauſæ vel defectu probationū,
quia uitiū eſt materiæ, nõ artificis.ut ff ad
l.Aqui l.ſi ſeruus ſeruū. §. ſi calicem.& ff.
8 loca.& cond.l.item ꝗritur.§ ſi gēma.† Vñ
aduocati in ſuis aduocationibus quatuor
obſeruare tenentur. Primò vt cauſæ quali
tatem examinent, & iuſtam ſi voluerint
aſſumant, & iniuſtam repudient, ſicut di-
ctū eſt. Scđò vt in aduocando modeſtiam,
ueritatem, & legalitatem obſeruēt; mode
ſtiam ut nõ procaciter nec conuiciãdo ꝓ-
ponant niſi quatenus litium expoſcat uti

litas.ut C.eod.titu.l. quoniam. ueritatem ut non mentiantur,uel falsa iura allegẽt, seu fallas rationes non inducant, falsis probationibus, cauillationibus non utantur, nec dilationes non necessarias petẽt. ut 3.q.7.c.infames.§.tria.in uersic. si quis autem ex litigatoribus.C.de iudi.l.properandum.§.illo proculdubio.legalitatem, ut de cõtingentibus nihil omittant.¶ Tertiò ut sallarium petant conueniens pro magnitudine causæ, & laboris, & pro sui facundia, & fori consuetudine.ut C.eod. tit.l.quisquis.3.q.7.sæpe alleg.c.infames. §.tria.in uersicu apud urbem. & argu.12. q.2 cap.concesso.& c.Vulteranæ. infr.de præbend.cap.de multa,in fin. in uersi.circa sublimes tamen,& literatas personas. ut C.de off.ma.l.nemo,in uersi.ut is gradu cæteros antecedat quem stipendia longiora & labor prolixior fecerint anteire. & ar.ad idem.59 distin. capit. si officia.& & 61.dis.c.miramur. & ff.de ua.& extraordi.cogni.l.1.§.in honorarijs.¶ Quarto ut neque a principio conueniant de certa parte litis, uel cum graui damno litigatoris ut superius not. in §. Item repellitur qui pactus est;nec post cœptam litem pactum ineant cum eo, quem in propria fide receperunt:ut C.eo.titu.l. quisquis.§. præterea.& 3.q.7.d.cap.infames.§.tria.in uersic.præterea.nisi forte nomine palmarij,idest palmæ,seu uictoriæ caueatur.sed & post peractam causam potest de sallario caueri.ut ff.de ua. & extraord. cogni.

9 l.1.§.si cui.¶ † In summa notandum est, quòd clerici in criminali causa coram iudice seculari allegare non possunt.ut 51. distin.cap.aliquantos.23.quæst. 8.cap.his a quibus,nisi ad hoc ut pro reis supplicẽt. ut 14.quæst.3.cap.si res aliena.23.q.5.c.1. & 2.& cap.reos.

SVMMARIVM.

1 *Procurator quis dicatur.*
2 *Differentia quæ sit inter procuratorem ad iudicia & procuratorem ad negotia.*
3 *Procurator qualiter constituatur.*
4 *Mandatum procuratorium ut legaliter fiat quæ requirantur.*
5 *Procuratorem quis constituere possit, & qui non. & nu.6.7.& 8.*
9 *Procurator quando non admittatur.*
10 *Mandatum speciale in quibus negotijs requiritur.*
11 *Procuratores dantur in causis ciuilibus, & quando in criminalibus.nu. 22.*
12 *Procurator an in causa denunciationis, uel in causa inquisitionis interuenire possit.*
13 *Procuratorem constituere an quis compellatur in causis grauibus, & quæ causæ graues sĩt, in quibus quis si uult potest constituere procuratorem.*
14 *Procuratores an & quando possit constitui, præsente uel absente aduersario, & qui constitui possint.*
14 *Cautio quæ & quando a procuratore exigatur. & nu.16.*
17 *Exceptio contra procuratorem quod non habeat mandatum, potest quandocunque proponi.*
18 *Procuratoris officium quale sit.*
19 *Procurator appellans an teneatur prosequi appellationem.*
20 *Mandatum procuratorium quando finiatur.*
21 *Procurationis effectus quis sit.*
22 *Causas absentiæ procurator & quilibet alius inhabilis potest allegare in criminalibus.*

¶DE PROCVRATORIBVS. Rubrica.

IN superiori rubrica dictum est de aduocatis, qui litigantibus patrocinia præstant & gloriosæ uocis confisi munimine laborantium spem, uitam, & posteros defendunt.ut C. de aduo. diuer.in l.aduocati. ¶ Sed quia procuratores supplent uices & plerunque defectus litigantium.Ideo subsequenter subijcitur hic tractatus de procuratoribus. ¶ Videndum est igit Quis dicatur procurator; & Qualiter constituatur; Quis instituat; & quis instituatur,& in qua re; Quæ & quando exigatur cautio a procuratore; Qualiter procuratoris officium expliceture;& Quis sit procuratoris effectus. ¶ Procurator

1 † est is qui ad negotia aliena mandato sibi a domino facto gerenda gratuitè suscipit negotia plura, uel unum.ut ff.de neg. gest.l.3.§.negotia.ff.ui bo.rap.l.2.§.quod ait. Ideò autem adijcitur mandato domini

nai ut excludantur tutores,curatores,collegia,& prælati ecclesiarum,qui procuratores constituere non possunt, sed synditum uel actorem.ut ff.eo.titu. l. nec ciuitas.C.eod.titu.l. neque tutores. infra tit. proxi.de syndico cap.uni.nisi forte prælati suo nomine non ecclesiarum conueniãtur;tunc enim per procuratores agent. & defendent.ut Authen.de sanctis. epis.§.si quando. quod autem ibi dicitur causam monasterij agi per procuratorem,impropriè ponitur procurator, idest, syndicus; sic intelligo.j.de iura.cal.c. cum causam. j.eo.tit.c.quia.Vel dici potest, quòd causæ corporum, uel collegiorum agantur p procuratores. s.cum lite iam contest.syndici uel actores cõstituunt procuratores,
2 quod licet. † Et est in hoc differentia inter procuratorem ad iudicia,& procuratorem ad negotia. nam procurator ad iudicia non constituit procuratorem nisi lite contesta. cum iam dominus litis est effectus.ut in l.præalle.§. tutores.nisi sit procurator in rem suam,qui ante lit. contest. constituere potest.ut C.de dona.l. illam. Sed procurator ad negotia procuratorẽ instituit quandocunque. ut ff. mand. l.si procuratorem.§. 1. Gratuitè autem ideò dicitur in descriptione , quia si interueniat merces,locator dicitur operarum,nõ procurator , & locatio contracta uidebitur,non mandatum;contrarium porrò est officio merces.ut ff.manda.l.1.§.2. Sed si procurator mandatum gratis suscipiat, & postea dominus remunerandi laboris causa aliquid ei donauerit, nihilominus erit mandati actio. ut C. eod. titu. l.litem.ff. mand.l.1.§.ultim.& l. si remunerandi in princ.Suscipit, autem idcirco subijcitur , quia procurator tenetur non ideo quia gerit, sed quia gerendum suscepit. ut ff. mand.l.si remunerandi.§.1. ¶ Constitui-
3 tur † autem procurator mandato generali,uel speciali.ut ff.eod.titu.l.1.&ff.man. l. si remunerandi.§.1. Sunt tamen quædam personæ, quæ sine mandato admitiũtur ad agendum.ut ff.eod.titu.l.sed & hæ personæ. sicut & ad impetrandum , ut suprà.de rescriptis.cap.nonnulli,in fi.quod intelligo in coniunctis cognatione carnali usque ad quartum gradum.ut j.de consang.& affi.c.non debet.& arg. C.de epis. & cle.authen.licentiam,etsi forte d. auth., loquatur de gradu legali.¶ Potest autem constitui procurator ad unum negotium uel plura,ad litem præsentem,uel futurã, in diem,uel ad diem , uel in perpetuum, purè uel sub conditione , præsens uel absens.ut ff.eod.tit.l.1. cum sequentib. ¶ Itẽ si constituitur unus uel plures simul & in solidum, occupantis conditio melior est; si uerò diuersis temporibus,posteriore dato primus reuocatus uidetur. ut ff.eo.tit.l. si quis enim.§.ult.& l.pluribus.& j.eo.tit. c.non iniustè.¶ Quid si duo dati sint & in solidum,& neuter occupet uel concurrãt? dico iudicem eligere posse idoneorem . ut ff.de popula.actio.l.2. ff.de act.l.si plures.ff.de collu.deteg.l. ult. ff. de liberali. causa.l.5.& ff.de lib. ro ho,exhi.l.3.§ hoc interdictum,nisi unus procurator uelit alteri cedere.ar.s. de offi.delega.cap.pastoralis. ¶ Sed quid si duo simul constituantur non hoc adiecto,insolidum? puteo q pro parte quilibet possit & debeat eam exequi procurationem, licèt in tutoribus benignè aliud sit receptum.ut ff.de nego. gest.l.cum alicui.& ff.de admistra.tuto.l. de cætero §.ult.& l.Lucius.§.1. Nec obstat quod legitur. ff. mand. l. creditor. §. duobus,quia illud intelligitur cum insolidum cuilibet mandatur,& eo.modo intelligitur.ff.eo.titu. l. qui proprio.§.ult.& l.
4 qui duos. ¶ Mandatum † procuratorium legaliter fieri debet,ut j.eo.tit.cap.1.& ut legaliter fiat quatuor continere oportet. Primum,ut dirigatur aduersario.ut ff.eo. tit.l.si procuratorem;nam & mandati reuocatio eidem est insinuanda,ut j.eo.tit. cap.mandato,uel saltem dirigatur iudici. ut argu. j.eo.ti.cap.mandato;iudici enim facienda est fides.ut ff. de proba. l. quinquaginta.2.q.7.c.plerunque.C. de condi. ob tur.cau.l.1.Secundum,nomen instituẽtis & instituti. Tertium,nomen iudicis corã quo procurator expediri debet. Quartum , causam in qua, si tamen coram eodem iudice plures causas habeat instituẽs, Sed si quis ita inscribat, Ego talis instituo mihi procuratorem talem in causa tali coram iudice tali, quamuis literæ quæ mandatum continent non dirigantur aduersario

rio uel iudici puto sufficere. ¶ Constituit

5 † procuratorem paterfamilias; filius autem fami. constituit quãdoq;, ut si habeat peculium castrense uel quasi, aduentitiũ, & pater eius sit absens, ac patris procurator ut ff. eod. titu. l. filius. ff. de iudi. l. si longius. & ff. de iniu. l. sed si unius. §. filio. Item liber homo Seruus enim non constituit procuratorem, nisi ipse sit in quasi possessione libertatis, & moueatur ei quæstio status, uel ipse moueat alijs alias causas, quia interim pro libero se gerit. ut ff. eo. titu. l. seruum. 1. & 2. responso. & ff. de libera. cau. l. ordinata. & C. de assertio. tol. l. 1.

6 Item maior 25. annis, † nam minor non constituit pro se, sed cum auctoritate tutoris, uel tutor seu procurator dat ei actorem, uel post litem a se contesta. procuratorem. C. eod. titu. l. neque. Hoc tamen fallit in his, quibus minor pro maiore habetur, ut in matrimonio contrahendo in quo minor 25. annis maior 11. uel 14. pro maiore habetur, ut inf. de despon. impub. cap. ex literis, unde & per se causam matrimonialem agere potest, & per procuratorem, ut inf. de testi. spol. cap. ex parte. Item in religione assumenda. ut 20. quæst. 1. cap. illud. Item in sacro ordine assumendo. ut 77. distinct. cap. 1. 2. & 3. Item cum mortem parentis exequitur, uel cum agit de testamento patris, ut 15. q. 3. cap. certis. §. pupillis. Item cum agit de recuperanda possessione. ut C. qui leg. perso. ha. l. ult. Item cum agit de thoro uiolato, ut ff. ad l. Iulia. de adult. l. si maritus. §. lex Iuli. Item cum agit de interdicto de libero homine exhibendo, ut ff. de libero ho. exhi. l. 3. §. si mulier. Item cum agit de mãdato alterius. ut ff. de mino. l. cum mandato. Item secundum canones cum agit contra patrem. ut 2. quæstiu. 7. cap. quare; cũ enim pro maiore habeatur in prædictis, & ad agendum admittetur si causam de hi. fieri contingat, & per consequens ad procuratorem instituendum. Constituunt prælati in proprijs negotijs ut infra eod. titu. cap. petitio. In communibus uerò quę contingunt ipsos & capitula, & conuentus, cum ipsorum consensu. ut infr. eod. titu. cap. 1. sicut è conuerso infr. de iudi. cap. cãm. & hoc. tã in agendo, quàm in defendendo. Et si opponas & dicas, prælatus ex suo officio tenetur & potest defendere ecclesiam in causa communi, ut supra de rescriptis. cap. edoceri. & not. supra de transa. §. sed quæritur, ergo potest dare procuratorem in causa eadem sine consensu capituli, uel conuentus? Respond. non instabit procurator ad agendum qui mandatum suscepit; tenetur enim & potest prælatus agere ex suo officio, non tamen potest constituere procuratorem ante litem contesta. ut C. eod. titu. l. neque. ff. manda. c. si procuratorem, nisi esset datus in rem suam. ut C. de don. l. illam. ¶ Possunt con-

7 stituere non excommunicati; † excommunicati enim nec constituere possunt. ut j. eo. tit. c. ult. nec constitui. ut j. de proba. c. post cessionem. Et ut breuius dicam constituere potest omnis ille, qui non prohibetur. Est enim edictum de constituendo procuratorem prohibitorium. ut ff. eo. tit.

8 l. mutus. ¶ Sunt † autem quædam personę, quæ in proprijs personis non admittuntur ad agendum; ad defendendum autem coguntur constituere procuratores, ut excommunicatus ut j. de iudi. c. intelleximus. Illustris persona, ut C. eo. l. quicunque. & auth. quod ius, & in Auth. ut ab illust. & quæ super illustres sunt. ad prin. Item & episcopus. ut 5. quæstio. 3. capit. quia episcopus; Quod contingit triplici ratione. Vna, quia secundum apostolum, Seruos Dei non oportet litigiosos esse. ut 2. quæst. 7. cap. sicut sacerdotes. Secunda, ne cogãtur recedere a diuinis obsequijs. ut C. de episcop. & cler. capit. omnis qui. Tertia, quia causæ materiam criminibus creare solent. ut C. de iudi. l. properandum. in prin. & quod dixi in episcopis, locum habet in prælatis maioribus, & etiã in minoribus, & in collegijs quorum singula singulos syndicos habere debent. ut 9. quæst. 3. c. cum simus, & dicemus infra

9 titu. proxi. ¶ Illud autem sciendum † est q̃ ubi is, qui instituit procuratorem, nouit ueritatẽ negotij; procurator aũt ignorat, item dominus iustus & legalis sit, procurator nequam & perfidus, non agetur causa per talem procuratorem. ut ff. eod. tit. l. si actor. & C. eo. ti. l. ult. & ar. j. de iura. calum. c. in pertractandis. ¶ Est etiam sciendum

10 Sciendum q in quibusdam negotijs † requiritur speciale mandatum, ut cum agitur de suspitione. ut ff. de procur. l. non solum §. ult. Item in causa restitutionis in integrum. ut ff. de mino. l. illud. §. si talis. In interdicto de liberis deducendis uel exhibendis. ut ff. eo. tit. l. Pomponius, & in literis apostolicis impetrandis ut supra de rescrip. c. nonnulli. Item in iuramento calumniæ, uel alio iuramento in animam alicuius præstando. Item cum petitur absolutio in forma iuris in personam alterius, aliàs autem secundùm regulam suffi cit generale mandatum, ut j. eo. tit. c. petitio. ff. pro socio. l. actione. §. renunciare.

11 ¶ Dantur procuratores in † causis ciuilibus, non autem in criminalibus. ut 5. q. 3. §. in criminalibus. ff. de pub iudi. l. penult. §. ad crimen. Fallit hoc in crimine iniuriarum, in quo illustris persona agit & defendit per procuratorem. ut 3. q. 9. c. absens. dnisi, etsi criminaliter agatur. C. de iniu. l. ult. & tunc sententia concipietur in persona illustris non procu. ut in d. l. ult. ciuiliter agendo licet cuilibet agere iniuriarum per procuratorem. ut ff. de iniur. l. non solum. § agere. Fallit in causa ingratitudinis, qua patronus libertum per procuratorem accusare potest, & ille defendere. ut ff. eo. ti. l. sed & hæ. §. 1. Item in popularibus actionibus non interuenit procu-

12 rator. ut ff. eo. ti. l. licet. † Et idem uidetur in causa denunciationis, cum & illa sit popularis; sed secus in causa inquisitionis ut infr. de sen. & re iudi. c cum I, & A; Nã etsi inquisitio fiat de crimine, non tamen est criminalis propter modum ut j. eo. ti. c. tuæ, & maximè cum fit inquisitio tam in capite, quàm in membris, ubi de plano inquiritur, ut j. de accusa. c. olim. Sed cum sententia concipi debeat in persona procuratoris. ut C. de sen. & interlo. om. iu. l. 1. qualiter in causa inquisitionis concipiẽ tur uerba sententiæ in persona procuratoris circa remotionem ab administratione, quæ ex inquisitione proceditur ut j. de simo. c. licet Hely. Respondeo, in casu isto concipietur sententia in persona principalis; sicut & in crimine iniuriarum, cum illustris per procuratorem defenditur. ut C. de iniur. l. ult. sic fiet in causa criminali, cum agitur & defenditur per procuratores; non enim pronunciabitur matrimonium inter procuratores, sed inter princi-

13 pales: & idem puto in causa electionis. † In grauibus autem causis non compellitur quis constituere procuratorem, unde si citatus sit quis ut compareat, & in propria persona comparere non possit, non tenetur; & si sic non uenerit, quia non potuit, nec miserit quia noluit, contumax non hẽtur j. eo. ti. c. querelam. Sed obijcitur, uidetur q citatus teneatur constituere procuratorẽ si uenire non possit, nam potestatem intelligitur experiendi habere qui per procuratorem agere potest. ut ff. de diuer. & temp. præscr. l. 1. Respõ. uerum est, q si nõ agatur saltem per procuratorem, tempora cedent, non tamen ut quis contumax reputetur. Item opponitur ex eo quod legitur j. de dol. & contu. c. cum dilectus. j. de appel. c. constitutus, in quibus cõtumax reputatur, qui non misit sufficientem procuratorem, & agebãtur ibi causæ electionum. Ad quas respondeo decreta. quod illæ locum habent cum quis citatur ut compareat per se uel per procuratorem, aliàs locum habet decreta. querelam; unde illud, quod in illis dicitur, magis procedit ex forma citationis, quàm ex censura iuris. Causas graues, in quibus potest quis si uelit procuratorem instituere sed non cogitur, puto has & consimiles, causam status cum quis uendicatur in seruum. ut C. de asser. tol. l. uni. in princ. 54. distinct. capit. frequens; secus cum quis proclamat in libertatem. ut 2. quæst. 6. cap. si quando. Item ubi agitur ad remotionem, ut infr. de accu. cap. qualiter & quando. Item ubi de toto beneficio, uel de toto patrimonio agitur, seu maiori parte ipsius. ut

14 ff. de excusa. tuto. l. propter litem. † Constituitur procurator paterfami. uel filius. ut ff. cod. titu. l. filius. §. ipse quoque. infr. eo. cap. non iniustè. Item maior 25. annis, non minor. ut ff. eod. titu. l. minor. sed si minor sua sponte interueniat pro absente, sanctius est talem admittere, quàm absentem graui condemnatione afficere. ut C. eod. titu. l. exigendi. quamuis quod ibi dicitur quidam exaudierint, cum minor allegat causam absentiæ, non causam cau

sit. Item constituitur compos me. tis, non furiosus.ut ff.eod.ti.l.2.§.furiosus. ¶ Item homo bonæ famæ,non infamis.ut 3.q.7. c.1. quidam tamen exponunt ibi procuratore,idest,aduocatus;uel itelligũt istud in procuratore episcopi, uel collegij, per id quod legitur.5.q.3.c.quia episcopus;secus in procuratore priuati & hoc propter tex. insti.de excep.in fi. Sed dici potest quod aliud sit secundum leges,& aliud secundũ canones. ¶ Item nec seruus institui potest procurator,quia iudicio interesse non potest.ut C.de iud.l.seruus.Et uidetur q circa procuratorẽ generalis regula tradi pos
15 sit,† ut quilibet possit constitui procurator præsente uel absente aduersario, nisi certa lege prohibeatur.ut insti.de his per quos agere poss.§.ult.¶Item & alia subijci potest,q procurator volens tantum & expresse cõsentiens constituitur.ut ff.eo.ti. l.filius.§.inuitus & C.eo.ti. l.inuitus. Sed hæc ultima regula fallit in constituẽte,nã quidam compelluntur constituere procuratorem,ut excommunicati, conuenti,& illustres agentes uel respondẽtes in pecuniarijs causis,prælati,& collegia,ut no.su pra.eod.§.sunt autem quædam personæ.

¶ Circa cautionem quæ a procuratore
16 † exigitur,sic breuiter nota,licẽt materia sit diffusa , nam si procurator datus sit ad agendum & de mandato constiterit, sine cautione admittitur,ut ff.eo.tit.l.si procuratorem;si de mandato dubitetur, tenetur probare mandatũ, uel de rato cauere. ut C.de procu.l.1. & idẽ est in actore uniuersitatis.ut ff. quòd cuiusq; uniuer.nom. l.item eorum.§. actor;utrum autem uelit mandatum probare , uel de rato cauere , quidam dicunt esse in potestate procuratoris,ut ff.de iure do.l.plerunq;.C.de condi.inde.l.si quis seruum.ff. dam. infec.l.inter quos.l.aliena. Alij autem dicunt esse in potestate rei an velit probari ab illo , quia sine mandato nullus admittitur ad agendum.ut C.de proc.l.licet;nisi sit coniuncta persona.ut ff.de procu.l.sed & hæ. quæ personæ possunt sine mãdato experiri,sed non contra mandatum. ut C. eo.ti. l exigendi. ff.eo ti.l.Pompo. §.ult. Quæ autẽ personæ & usque ad quem gradum si ne mandato ad agendum admittantur,di xi supra eo.§.constituitur.Quidam tamen inter coniunctas personas connumerant clericos.arg.11.q. 2.c.non liceat papæ.Et nota,quòd licet prædictæ personæ non caueant de rato,cauere tamen debẽt de defendendo.ut C.de satisd.l. vni.ff.de procur.l.nominum;hoc in procuratore actoris,sed procurator rei etiam si constet de mãdato, cauere debet iudicatum solui.ut C.de satisf.l.uni.ff.de procur.l.sed & hæ.§. defendere insti.de satis.§ sed hodie.An autem procurator actoris habeat mãdatum, dubium efficiatur ex sola negatione rei? quælibet enim res efficitur dubia per negationem.ut C.quibus ad liber.procla.nõ licet.l.ult.C.de acqui.possess.l. nemo.& ff.
17 de trans.l.ui.¶Et est sciendum,† quòd cautio quam exponit procurator rei. s.iudicatum solui tria continet.s.defensionẽ causæ faciendam,& sine dolo , & quod ipsum uerbum sonat.ut ff.iudi.sol.l.iudicatũ solui,pro hac satisdactione fideiubebit dominus cum hypotheca rerum suarum pro ipso procuratore , si præsens procuratorem constituit, vt præsentem intelligas dominum,& si sit in urbe,& si in ortis,& si in cõtinentibus ædificijs.ut ff.eo.ti.l.præsens & l.qui in foro & l.ideo. Si verò procurator dominum defendit absentem , exponitur ab ipso procuratore cautio,etiã si sit locupletissimus.ut ff.iudica.solui.l.ad defendẽdum.insti. de satisd.§.si verò aliquis & ff.
18 eo.ti.l.si minor §.ultimo.¶ † Et nota quòd aliquando excipitur contra procuratorẽ, quòd non habeat mandatum,& hæc exceptio est exceptio falsi;nam falsus est procurator,qui dicit se procuratorem,cũ non sit.ff.de uerbo.significa.l.Paulus.Cum igitur iudicium nullum & controuersiæ nullæ.ut ff. de iudi l licet.& ff.rem ra habe.l. 3.ẽ.de offi.deleg. c.cum olim. ¶ Hanc exceptionem si omiserit fideiussor & soluerit,non liberat debitorem.ff.manda.l.inter causas.§.mandato.ff.de cond.causa da. l.si procuratori. Aliquando excipit quòd desierit esse procurator utpote reuocato mandato ut j.eo.ti.c.ex insinuatione,& c. in præsentia,quod intelligo siue reuocetur mandatum ante litem contestat, siue post & ex causa.ut ff.eo.tit.l.ante litem & l.post litem,cum sequentibus,cũm tali mo

do similiter iudicium sit nullum, ut in præ
missis decre. & ideo hæc exceptio propo-
ni potest quandocunque, id est, in quali-
bet parte iudicij si iudicium dici potest,
eo saluo quod id, quod præcessit reuoca-
tionem mandati uel notitiam iudicis, ua-
let & tenet ut j. eo. ti. c. mandato. Ali-
quando excipitur quod non possit esse p-
curator, quia miles; & hæc exceptio cum
sit dilatoria, proponitur vsque ad litis cō-
contest. ut ff. eo. ti. l. filiusfamilias. §. vete-
rani. Et hanc exceptionem potest omitte
re si fideiussor. ut ff. mãda. l. si fideiussor. §.
quædam. Aliquando excipitur quod sit
excommunicatus uel q fuerit tēpore mā
dati. ut j. de proba. c. post cessionē, & hæc
exceptio proponi potest quandocunq; &
post sententiam ut inf. de sen. & re iudic. c.
ad probandū, & hæc exceptio proprie non
potest dici dilatoria, quia proponi potest
post lit. cōte. peremptoria nō, quia proponi
potest post sententiam, ut dictum est; &
ideo anormala appellatur, idest, irregula-
ris, quia nec dilatoriarum nec peremptō-
19 riarum naturam imitatur. † Officium pro
curatoris est litem peragere ex quo man
datum suscepit, nam a principio liberum
& uoluntarium est mandatum recipere;
sed postquā susceperit, necessitatis est con
summare. Vnde uersus. Suscipere manda
tum licet, & finire necesse est. ut pbatur.
ff. eo. tit. l. filius. §. inuitus & C. eo. ti. l. inui
tus. Incūbit etiam procuratori finita cau-
sa appellare. ut in §. inuitus, uel saltem do
mino cōtestari, vt si uelit, apellet, ut j. eo.
ti. c. non iniuste. & hoc uerum est nisi iu-
sta causa procuratorem excuset quare ap
pellare non possit, puta infirmitatis, uel
paupertatis, vt ff. manda. l. si procuratorē.
§. si ignorantes; & tunc denunciabit domi
no suo, sicut dictum est, nisi præsens sit ut.
ff. de euic. l. Herennius. ¶ Sed obijcitur
quomodo procurator poterit excusari p-
textu paupertatis cum lata sententia suffi
ciat uoce illicò appellare ut 2. q. 6. c. fi. ut
ff. de appell. l. 2. quæ ergo expensæ requir
untur in dicendo appello? Respondeo for
te aberat procurator in die sententiæ, &
ideo opus erat in libello appellare, ut ff.
de appell. l. 1. in fi. in quo formando & con
cipiendo oportet haberi consilium, q nō
20 sine expensis expeditur. ¶ Sed † nunquid
procurator appellans tenetur prosequi ap
pellationem, non ut C. eo. ti. l. inuitus. C.
de appella. l. si actor. Nec obstat. l. vnic. ff.
an per alium cau. ap. nam illa loquitur, cū
quis instituitur procurator specialiter ad
appellandum, & prosequendum. Item non
obstat. ff. eo. ti. l. qui proprio. §. item quæri-
tur. vbi finito negotio principali tenetur
procurator suscipere negotium restituto-
riū, quia ibi fuerat procurator ad hoc spe-
cialiter cōstitutus. Sed adhuc instatur, eo
quod eadem sit causa appellationis cum
principali. ut C. ne in una eademque cau-
sa in rubrica. & in l. 1. & 2. q. 6. c. si quis in
quacunq; lite; sed puto q nō sit eadē, uñ
nouæ probationes locū habēt in cā appel
lationis. ut C. de app. l. eos & C. de tep. ap
pel. l. per hāc. j. de testib. c. fraternitatis, &
noua litis contestatio. ut C. ne liceat in
vna l. si quis in quacunq; & j. de appell. c.
interposita §. vlt. quod intelligo in articu
lo appellationis ut ibi; non in principali,
si iam facta est coram primis iudicibus, ut
21 j. de appell. c. per tuas. † His pactis finitur
mandatum procuratorium. Item finitur
reuocatione mandantis sine re integra re
uocetur. ut j. de elect. c. in causis, nam hoc
generaliter obtinet in quolibet mādato. ut in
sti. mā. §. recte sine re non integra, sed an
lit. conte. ut ff. eo. ti. l. ante litē sed & post
litem contest. ex causa tamen ut ff. eo. tit.
l. post litem, cum ll. seq. Seu si procurator
in hoc uelit resistere, si solus est, audiri nō
debet, quia operas suas ingerit inuito, nisi
ad hoc faciat ut pudorem suum defendat,
volens probare falsam esse causam suspi-
tionis quam dominus prætendit, eatenus
igitur est audiēdus ut existimationem suā
defendat, non vt procuratione uti uelit.
Item & is, contra quem procurator insti-
tutus est, auditur in hoc; interest enim ei
diuersis procuratoribus non impugnari,
ut ff. eo. tit. l. quæ omnia. Item finitur man
datum renunciatione procuratoris, quæ
fit re integra; postea verò non, nisi ex cau
sa, vt eadem intelligas in renunciatione,
quæ dixi in reuocatione. ut ff. eo. ti. l. imi
tari & le. Item finitur mandatum morte
mandatoris vel mandatarij re integra exi
stente. insti. man. §. item si adhuc. & C. mā
da. l.

da.l.mandatũ. ſecus ſi res nõ ſit integra.ut
22 C.eo.ti.l.nulla.¶ † Effectus procuratoris
ſeu procurationis eſt ,vt ratum ſit qđ cum
procuratore geritur , ac ſi cum Domino
geſtum eſſet,vt ĩ. eo. ti.c.1.niſi poſtmodũ
appareat procuratorem falſum uel reuo-
catum,ut ſuperius dictum eſt,uel eum, cu
ius nomine actum eſt,ſeruum fuiſſe. ut ff.
de iud.l.non iccirco.§. cum poſtea;uel ali
quid aliud, propter quod reddatur iudi-
23 cium retro nullum.¶In ſumma†notandũ
eſt quòd in pecuniarijs cauſis procurator
interuenit, & in criminalibus ſecundum
leges in quibus agitur ad pœnam relega-
tionis vel minorem Nam pœna relegatio
nis imponitur abſenti ſicut in pecuniarijs
cauſis.ut.ff.de pœ.l.abſentem,& idem di-
co ubi agitur ad remotionem ,ſcilicet ut
quis ab adminiſtratione remoueatur , &
propterea in cauſa inquiſitionis admitti-
tur procurator,ut dixi ſ.eo.ti.§.danſ.nec
obſtat.l.unic.ff.an per alium cauſa appel.
quæ dicit,cauſas criminales,ex quibus ſe
qui ſolet pœna uſq; ad relegationem,non
poſſe agi niſi per principales,nam illud ibi
ponitur excluſiuè.Sed in præmiſſa.l.de pę
nis,ponitur excluſiuè.& ſimile. 32. diſt.c.
24 de illo.¶Item notabis,† quòd in crimina
libus interuenit procurator,& minor , &
fœmina;& qui aliàs non admittitur,nõ ut
allegẽt cauſas principales negotij, ſed cau
ſas abſentiæ accuſati.ut ff.eo.tit.l.ſeruum.
§.publice.& l. abſens. & C. de accuſat.l.
reos.

SVMMARIVM.

1 *Syndicus quid ſit.*
2 *Syndicus unde dicitur.*
3 *Syndicus quis poſsit conſtitui.*
4 *Sydici officium quid ſit.*
5 *Procurator,ſydicus,œconomus,actor, defen-ſor , & uicedominus in quo inter ſe diffe rant.*

¶De ſyndico. Rubrica.

TRACTAVIMVS de procuratore, qui
agit uel defendit cauſam domini.
Nunc tractamus de ſyndico , qui
agit & defendit cauſam uniuerſitatis.Vi-
deamus igitur Quid ſit ſyndicus.Vnde di
catur.Quid ſit eius officium. Et in quo in
ter ſe differant procurator.Syndicus,Oe-
conomus, Actor, Defenſor & Vicedomi-
1 nus.¶Syndicus † eſt procurator uniuerſita
tis ad iudicia conſtitutus,ut infra eo.ti.c.
uno.ff.quod cuiuſque uniuer.no.l.1 .§.qui
bus.¶Dicitur autem ſyndicus ſingulorum
cauſam dicens, ut ex interpretatione no-
minis patet,cui deſeruire debemus. ut C.
de epiſco.& cleric. l.decernimus inſti.qui
mo.teſt.infirma.§.alio quidam. C. de fer
rijs l.a nullo. C.de epiſ.& cler.l.ſi quis ad
declinandam.§.licentia.16. q. 1 .c.ſi cupis,
3 †Poteſt autem conſtitui ſyndicus qui non
ſit de collegio ut ĩ.eo.ti.c.uno.Pōt & de ip
ſo colegio cõſtitui . Nã &monach' cõſtitui
pōt q monachorũ cāſ agat,&,defẽdat abba
tis Imperio.ut 16.q 1 . c.monachi a mona
ſterio & c. qui uerò ; & ſi alicubi inuenis
cauſam uniuerſitatis agi per procuratorẽ,
expone ibi procuratorem,ideſt,ſyndicum
uel actorem.ut ſ.ti.prox.c. quia in cauſis.
ĩ.de iur.cal.c.cum cauſam.in Auth.de ſan
4 ctiſ epiſ.§.ſi quando. ¶Officiũ ſyndici†eſt
agere uel defendere cauſas præſentes,uel
quandocunque emergentes.ut ff.quod cu
iuſque uniuer.l.item eorum §.ſi decurio-
nes,& hoc eſt , quod hic dicitur conſtitui
debere ſyndicum alienum a collegio,ſala
rij conſtitutio conſilium eſt , quod patet
ex eo,quod hic dicitur in fine.Expedit n.
pro paruo incommodo a ſtrepitu cauſarũ
ſeruos Dei eſſe quietos; & hoc conſilium
eſt ſalubre dummodo ſufficiat monaſte-
rium ad ſumptus;ſicut aliàs dicitur , una
quęque eccleſia debet habere ſuum præſ-
byterum.ut 22.q.2.c.ſicut, & tamen intel
ligendum eſt,ſi ſufficiat ut 21 .q.2.c.præci
pimus;alioquin duæ eccleſiæ uno presby-
tero coniunguntur ut 10. q.3.c.unio.Ideo
autem dico fore conſilium quod hic con
tinetur,quia poteſt unus de collegio age-
re cauſas monaſterij abbatis imperio , ut
ſuperius dictum eſt,& probatur optimè in
Auth.de ſancti.epi. §.ſi quando colla. 9.
5 ¶† Differunt autem inter ſe procurator,
ſyndicus & reliqui,de quibus upraoſi-
tum eſt.¶Nam procurator eſt priuatæ per
ſonæ.ut ſupra ti.prox.in deſcriptione.Syn
dicus uniuerſitatis, ſiue eccleſiæ ſecularis,

qui

qui & ab ipsa uniuersitate constituitur. Oeconomus uerò est is,cui res ecclesiasti ca gubernanda mandatur ut. C.de sacrosan.eccl.l.iubemus la.2.in prin.unde œconomus in rebus ecclesiasticis tantùm, & quem episcopi tractatus elegerit.ut. C. de epi. & cle. l.omnes qui ubicunque. §. hoc nihilominus.Syndicus in rebus & negotijs cuiuslibet corporis, uel collegij. Actor pro uno ut insti.de cura. in fin.uel pro uniuersitate,sed ad unam causam tãtum,& præsentem.& cum decreto:syndicus ad omnes ut. ff. quòd cuiusq; uniuer. no.l.item eorum.Inter syndicum autem, & defensorem lex nõ uidetur facere differentiam;nam syndicum defensorem appella.ut.ff.de mune.& hono. l.munerum. §.defensores.& ad idẽ.j.eo.ti.c.1.in prin. Est & Viccdominus qui administrat res episcopales,& hospitibus & causis quæ ueniunt paratus existere debet ut 89.dist.c. volumus.Sed œconomus administrat res ecclesię ut dictum est,& probatur.89. di. c.quia in quibusdam 16. q. 7. c.quoniam quibusdam 9.q.3.c.cum simus 88.di. c. 1. 10.q.2.cap. hoc ius porrectum.Aliquando œconomus defendit in cã,ut in preal. leg.l.omnes qui. §. hoc nihilominus. Sed propriè ad causas actor, uel syndicus, ut dictum est. Item quandoque œconomus ponitur in aliqua ecclesia uacante ad percipiendos prouẽtus, & conserdos ad opus futuri prælatis;& hoc cũ propter discordiã patronorũ ecclesia ordinari non potest, ut j.de off.ordina.c.cum nos plerumque.

SVMARIVM

1 *Vis quinque sunt genera.*
2 *Metus quid sit, & qualiter distinguatur*
3 *Metus an & quando excuset.*
Graue damnum quod dicatur.
4 *Comminatio excommunicationis an excusationem inducat.*
5 *Metu gesta que sint,que ipso iure non ualent.*
6 *Metum passis que actio detur pro rebus traditis.*

¶ DE HIS QVE VI METVSVE causa fiunt. Rubrica.

DIximus supra de his quę spõte facimus tam circa negocia quam circa iudicia. Nunc dicamus de his quæ inuiti agimus & coacti. Et ideo subijcit hic Rubr.de his quæ ui metusve causa fiunt. ¶ Videndum est igitur Quid sit metus. Qualiter distinguatur. Item quis metus seu quæ actio excuset, uel irritum faciet quod geritur.¶ In primis autẽ notandum est quod rubr. quæ hic ponitur respicit intitulationem antiquã quæ sic ponebatur in antiquo edicto prætoris. Quod ui metusue causa factũ est &c. Vis autem fiebat mentio propter necessitatẽ impositam contrariã uolũtati, sed posteà detracta est uis mentio; ideo quia, quod cunque ui atroci fit,id quoque metu fieri uidetur.ut.ff.eo.ti.l.1. ¶ Quinque autẽ
1 † sunt genera uis. Est enim uis conpulsiua, per quam compellitur quis ad id faciendum quod non faceret, si esset liberi arbitrij nec compelleretur, & ex hac ui oritur actio,quod met. causa. Est uis expulsiua quę inducit interdictum unde ui. Est uis ablatiua, & hæc inducit interdictum ui bonorum raptorum in rebus mobilibus.ut.ff.ui.bo.rap. §. sed ncdũ talia. Est uis turbatiua que introducit interdictum uti possidetis in rebus soli;sed in rebus mobilibus interdictum utrobi, cum duo se possidere contendunt. Est uis inquietatiua, hæc inducit interdictũ quod ui aut clam, ut si qs à me prohibitus uel putans se prohibẽdum quid in eo faciat, sine ius faciendi habeat siue non.ut. ff. q
2 ui aut clam.l 1.¶Metus † est instantis uel futuri periculi causa mentis trepidatio. ut ff.eo.tit.l.1.Metum autem accipiendũ non quemlibet timorem, sed maioris mali,ut.ff.eod.titu.l.metum. Item non uani hominis.sed qui in uirum constantem cadere posset.ut ff.eo.ti.l.metum.& j. eo.ti. c.ad audaciã.& c.cum dilecti. Et ppterea metus distinguit,aut est probabilis aut nõ probabilis.Probabilis qui caderet in uirũ animosum,& constantem. Improbabilis, qui caderet in uirum pusillanimem & formidolosũ.ut.ff.eo. tit.l.5.& 6. Probabili

excusat, & rescindit quod factum est, eo instante per actionem quod metus causa. Improbabilis nec excusat, nec rescindit.
3 ¶ Et notandum † quòd metus damni & ammissionis rerum excusat. ut infra eo. c. abbas. & simile. l. di. c. presbyteros; Sed contra 32. q. 7. c. omnes accusationes, ubi damna rei familiaris non excusant. Solutio graue damnum excusat, nó graue nō excusat. Graue autem damnum appello damnum omniū rerum uel maioris partis. ar. ff. de excusa. tu. l. propter litem. Vel meliùs metus damni excusat in dato, uel promisso, siue remisso; quia & datum repetitur, & promissum nō soluitur, remissum petitur, sed non excusat in commisso; nō enim ob metum damni debet mortale peccatum committi, quia potius deberemus omnia mala tollerare, quàm in peccatum mortale consentire ut 37. q. 5. c. ita ne. Cadit autem in constantem uirum, & per hoc excusat metus mortis, & cruciat⁹ corporis. Item metus stupri & seruitutis. ut. ff. quod me. causa. l. isti quidem. C. eo. tit. l. interpositas. infrà eo. ti. c. cum dilectus, & sic intelligo infrà de spon. c. cum locum. & c. ueniens. Et hæc uera sunt, nisi quis sua culpa se ingerat in hunc metum, ut ff. eo. tit. l. si mulier. in prin. & l. nec timorem. Inuenio etiam quòd metus uerborum excusat. ut. ff. de acquir. hære. l. ui. & 6. distin. c. 1. Sed quod dixi metum non excusare in quem quis incidit sua culpa; recipit contrarium, j. de spon. c. ueniens. Ad quod respondeo, metus ex culpa meticulosi proueniens non excusat, si sit legitimus & à iure sumat initium; Si autem iniuriosus, id est, iniuriam timens excusat. Sed non legitimus ibi erat metus, de iure enim mori timere poterat, cum in hoc casu liceat patri occidere adulterum simul & filiam. ut. ff. ad leg. Iul. de adult. l. quod ait. Sed quamuis lex hoc dicat, canones non admittunt. ut. 33. q. 2. c. inter hæc; uel prærogatiua matrimonij, de quo ibi tractatur, hoc habet, ut metus quāmuis legitimus efficaciam matrimonij impediat. Sed si per coactionem aliquid fiat, tunc distinguitur breuiter, quia aut coactio est absoluta, aut conditionalis. Absoluta. s. cum quis uiolenter trahitur ad quid faciendum, quo casu qui uiolenter trahitur, excusatur omnino. ut. l. distin. c. præsbyteros. 1. q. 1. c. constat. 32. q. 5. fere per totū. 15. q. 6. c. 1. & ar. de conse. di. 4. c. eos il. 1. Conditionalis autem, qui metum uel cruciatum seu aliquid graue minatur, & si excuset à tanto, non tamen à toto. ut. infrà eod. titu. c. sacris. in uerbo culpam attenuet. Quidam tamen dixerunt inter iuramenta promissoria & assertoria, ut in promissorijs metus uel coactio conditionalis excuset; in assertorijs non, quia potius debemus omnia mala abstinere & c. ut. 33. q. 5. c. ita ne. 11. q. 3. c. quatuor. & c. quisquis. & c. nolite. Permissoria uocamus illa sacramenta. s. cum quis iurat de aliquo dando seu faciendo, uel non dando uel non faciendo; assertoria cum quis asserit pro uero falsum, & maximè contra fidem.
4 ¶ Sed quæritur † an comminatio excommunicationis excusationem inducat, et uidetur quòd sic; nam continet corporis & animæ detrimentum. ut. 2. q. 1. c. de manifesta. 11. q. 3. c. audi. Item per excommunicationē subuertitur status alicuius. Transit enim de corpore uel potestate ecclesiæ in potestatem dyaboli. ut in di. capitu. audi. & ideò iustus est metus. ut. ff. eo. titu. l. illi quidem. Item excommunicatio est æternæ mortis damnatio ut 11. q. 3. c. necessario, qui ergo timet excommunicationē, timet mortem, timenda est igitur 11. q. 2. c. 1. Sed contra, excommunicatio medicinalis est, non mortalis. ut 2. q. 1. c. multi. Item si est iniusta, uacua est & de ea non est curandum. ut 11. q. 3. c. cui est illata; nec ligat dummodo non contemnatur. ut 23. q. 3. c. notandum. in fi. Puto quòd metus excommunicationis non excuset; aut enim est iniusta, & illa non ligat quo ad Deum. Aut est iusta, & tunc sibi imputet qui se ita constituit, ut mereatur excommunicari ut. ff. eodem titul. l. si mulier.
5 ¶ Est notandum † quòd quædam fiunt per metum, quæ ipso iure non ualent, ut contractus matrimonij ut infrà de sponsa. c. cum locū & 30. q. 2. c. ubi non est. Item dotis promissio ut. ff. eo. tit. l. si mulier. §. si dos. Item iudicis aditio, ut

ff.de iu.l.2.1.respon.in fi.Itē authoritatis præstatio.ut.ff.de auth. tu. l. 2. Item ecclesiasticæ rei alienatio. ut 15. q. 6. c. 1. Item sententię pronunciatio ut 11.q 3.c. iniustum; aliàs autem quæ per metum fiunt, tenent, sed rescindūtur per actionē quod metus causa, si sunt perfecta; si uerò sunt imperfecta, tūc per exceptionem. ut. ff quod metus causa.l.metum.§.sed quod

6 prætor. ¶In summa notandum † est q̄ si per metum rem meam corporalem tradam, possum agere utili rei uendicatione & contra metum inferentem, & contra quemlibet possessorem ad quem res peruenit; sufficit enim hoc docere metum illatum à quocunque, nec astringor probare quis metum intulerit, cū metus habeat in se ignorātiam, id est, iustè possum ignorare quis metū intulerit, maximè si erat nox, uel dies sed in multitudine hominū, ut maleficium cumprehendere uel dignoscere non potuerim ut.ff.eo.ti.l.metum.§. uiolenti.& § licet enim & l. si cum exceptione.§ in hac. Vtilis in rem actio ideo datur metum passo, & non directa pro rebus traditis, quia per traditionem desinit esse dominus; nam traditionibus & usucapionibus dominia transferuntur. ut. C.de pactis.l.traditionibus, inst. de rerum diu. §.per traditionem, sed de æquitate prætoria fingitur rem in bonis meis permansisse, ideò possum eam uendicare, ut dictū est. Nec obstat his quia inuitus tradidi, quia coacta uoluntas, uoluntas est.ut 15.q.1.c. meritò. Nō enim uidetur re exclusus quē prætor restituturū pollicetur. ut.ff.de in integ. restitutio. l.nemo. Sed nec uidetur possessionem adeptus, qui ita possessionē adeptus est, ut eam retinere non possit ut ff.de acquir.poss. l.non uidebitur, possum etiam agere actione, quod metus causa. Et est sciendum quòd rei uendicatio nunquam competit nisi in simplum. Actio uero quod metus causa à principio est in simplum, & in simplum cōdemnatur reus, idest, in rem ipsam si exstet, uel in æstimationem ipsius si non extet; cui sententię si pareat is, qui metum intulit, soluendo liberatur; quod si non paruerit, damnatur in quadruplum ut quadrupletur omne quod erat soluendum in simplum, & in quadruplo contineatur res si potest restitui, uel rei æstimatio. ut. ff. de rei uend. l. quod si possessor, quod locum habet siue agatur contra metum inferentem, siue contra illum ad quem res peruenit ut.ff.eod.tit.l.si cum exceptione.§.1. & §. in hac. &. §. quadruplatur &. §. quatenus, & sic circa eandem rem duæ feruntur sententiæ & utraque diffinitiua. Sed. prima circa rem ipsam restituendam quę diffinitiua est, quia negocio finem imponit. ut ff.de re iud.l. 1. secunda circa rei æstimationem quadruplandam, & potuerunt hæc nomina locum habere secundum iura canonica. Nam si animal tuum damnum dederit, poteris deliberare dando animal pro noxa, alioqui ad omnia damna teneris, ut infra de iniuri. & dam.dato.c.si culpa. datur etiam in quadruplum secundum iura canonica. ut 12.quæst. 2. c. cum deuotissimam & capitu. in legibus; Et si per uiolentiam à domo mea expellar, tenetur uiolentus ad restitutionem domus, & omnium rerum in uiolentia perditarum, etsi ad uiolentum non peruenerint. ut. infrà eo. tit. c. ultimo. In quadruplatione autem considerabitur aut metum passus sim siue in re mea, siue in possessione mea; nam aliud est pretium rei, & aliud possessionis. ut. ff. eo. titu. l. si mulier. §. qui possessionem. Dantur igitur metum passo hæc duo remedia, de quibus superius dictum est. scilicet utilis rei uēdicatio, & actio quod metus causa. Datur & tertium auxilium s. actio de dolo; nam eum, qui metum fecit, & de dolo teneri certum est; & tollitur una actio per alteram ipso iure, facta exactione. Electione tollitur exceptio in factum opposita. ut. ff. eo. tit. l. sicut excep. §. eum, qui.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum quibus & quando competat & nu. 2. 3. & 4.*

3 *Ecclesia læsa an possit restitui sicut minor. & nume. 4.*

5 *Ecclesia uel minor an restitutionem à sententia petere possit.*

¶DE RESTITVTIONE IN INtegrum. Rubrica.

DIXIMVS supra de restitutionib. quæ ratione metus indulgentur maioribus. Nunc uidemus de in integrum restitutione, quæ tam ecclesijs quàm maioribus ætatis ratione donantur. ¶Videamus itaque quibus per restitutionis auxilium succurratur. Cur. Quo modo. Quando. Et à quo possit restitutio indulgeri. Et quid sit in integrum re-
1 stitut. ¶ Succuritur † per restitutionem in integrum minoribus. 25. annis. Dicuntur autem minores. 25. annis, qui nondũ compleuerunt. 25. annos, facta computatione de momento ad momentum. Non enim sufficit tetigisse ultimũ diem, ut quis ab hoc auxilio excludatur; sed oportet pertransire ultimum momentum, ut cum si quis natus sit in bisexto, duo dies computentur pro uno, nam posterior dies intercisiditur, id est, de medio eximitur, uel non computatur pro die. ut. ff. eo. titu. l. 3. §. minorem. & de uerb. signi. l. cum bisextus. Conting't autem bisextus in singulis quadriennijs. Nam annus habet tricẽtos. & 65. dies. & 6. horas ut. ff. de statuliber. l. cum hæres. §. stichus; Illæ autem sex horæ in quattuor annis faciunt. 24. horas, &
2 sic diem integram. ¶Itẽ computatio † de momento ad momentum, ubi agitur de restitutione minoris, fit in fauorẽ ipsius. Expedit enim minori sic fieri, scilicet, prorogari tempora restitutionis potius quã arctari. Aliquando ob fauorem non fit computatio de momento ad momentũ, sed sufficit d em inchoari, ut in usucapione triennij contingit. Fauor enim est possessoris status esse ultimum diem usucapionis attingi, ut completa sit usucapio, & hoc propter titulum & bonam fidem. ut. ff. de usucap. l. in usucapionibus. & ff. de diuersis & temporа præ. l. in usucapionibus. 1. respon. & idem est cum tractatur de libertate præstanda a minore. 25. annis. ut. ff. manum. l. 1. Itẽ cum tractatur de testamentis faciendis a maiore. 14. annis. ut. ff. de testa. l. in qua ætate; sic quandoque ob fauorem sufficit annum inchoari. ut. ff. de mu. & ho. l. ad rem. & ff. Ad Trebel. l. qui filium. & supra de elec. c. cum in cunctis; secus in præscriptione. 30. uel 40. annorum, quæ odiosa est, ubi requiritur ultimum annum finiri. ut. ff. de actio. & obli
3 ga. l in omnibus. ¶Succuritur † & ecclesijs quę minorum iure censentur, ut j. eo. ti. c. requisiuit. Semper enim ecclesia iure minoris debet illæsa seruari, ut ibi dicit; quidam tamen exposuerunt illud uerbũ, semper, id est, in quolibet contractu, restringentes illud semper ad quadriennii tantum numerandum a tempore contractus, in quo ecclesia læsa est, posse restitui & non ultra. Ecclesia enĩ maior est & restituitur sicut minor factus maior. s. j. quadriennium numerãdum a tpe cõtractus. ut. C. de tem. in integ. resti. l. ul. Nam ut ibi hæres minor factus maior restituitur infra quadriennium in his, in quibus fuit captus tempore minoris ætatis, unde qui sic dicunt ponunt ecclesiam in 25. anno. Alij autem aliter dicunt, & alio modo exponunt illud uerbum, semper, sic uide licet quandocunque sine temporis præfinitione. Vnde ponunt eam in primo die natiuitatis suę, & dicunt eam super in minori ætate consistere, nec enim crescit uel decrescit eius ætas. Tu dicas quòd ecclesia fungitur iure & uice minoris, quod sic probatur, ecclesia enim comparatur reipublicæ. ut. C. de sacrosan. ec. l. ut inter diuinum. Et respublica comparatur minori, ut j. eo. c. requisiuit; non tamen est minor immò maior, sed restituitur sicut minor ut respublica. ut C. de offi. eius qui uicem alte. gerit. l. 1. Si enim minor esset ut dictum est, non fuisset desponsata ut 26. di. c. acutius. s. de biga. c. debitum. Et puto ecclesiam restitui quandocunque in contractibus sine temporis prẽfinitione, & in iudicijs etiam post sententiam ut j. eo. c. suscitata. & c. tum ex literis. Sed hoc non nisi

nisi propter grauie damnum.ut.ff. de mino. l.si ex cã. Et in his duobus differt ecclesia a minore, qui non restituitur nisi in minori ætate. Et hoc intelligo esse uerum nisi post contractum uel post sententiam contra ecclesiam præscribatur. Nam in tẽporibus ut in usucapione & præscriptione non inuenio ecclesiam restitui, quamuis inueniam quædam tempora de præscriptione subduci, ut notabo j. de præscrip. præscribit enim ecclesia & præscribitur contra eam. Et in hoc similiter differt ecclesia a minore qui in temporibus ipso iure seruatur illæsus, præterquam in longissima præscriptione, quę quidem currit, sed minor restituitur.ut C. in qui. cau. nõ est necess. in integ. resti. l. ult. Alij autẽ dicunt, quòd ecclesia restituitur a 25. annis usque ad quadriennium, sic & ecclesia rectẽ iure utitur minoris, hæc enim tempora habet minor ad petendam in integrũ restitutionem. ut C. de temp. in inte. resti. pe. rer totum.

4 ¶Item restituitur † minor uel ecclesia si lædatur siue decipiatur ipse minor, siue tutor eius uel curator eius interuenerit legitimus.ut. C. si tutor uel cura. interue. l. etiam la 1. & la 2. Et idem dico in ecclesia si prælatus eius, syndicus uel œconomus decipiatur. Delictum enĩ personæ non debet redundare in damnum ecclesię, ut 16. q. 6. c. si episcopus, secus est si decipiat simplex procurator minoris uel ecclesiæ, tunc enim minori uel ecclesiæ non subuenitur nisi procurator sit non soluendo. ut. ff. eod. titu. l. cum mãdato, magis enim fuit prouidendum superioribus personis quę gerunt ex necessitate, quàm procuratori qui ex uoluntate gerit. ¶Et quod dixi ecclesiã restitui si prælatus decipiatur. Hæc est ratio, quia prælatus conditionem ecclesiæ deteriorem facere non potest, ut j. c. 1. quod intelligo in faciendo, secus in omittendo. ut 16. q. 3. c. placuit. j. de præscrip. c. 1. Aliquando tamen potest etiam in faciendo conditionem ecclesiæ deteriorem facere, vt pote; modicam rem donando ut j. de dona. c. cæterum. 12. q. 2. c. terrulas. Et idem in quinquagesima & centesima, ut j. de dona. c. apostolicæ. & j. de his quę fi. a præla. sine consensu ca. c. pastoralis. 12. q. 2. c. bonæ rei. Et in hoc differt prælatus a procuratore, quia procurator liberam habens & generalem administrationẽ nõ potest donare. ut. ff. de procu. l. procurator tutorum. & l. procurator cui, quamuis aliquotiens prælatus appelletur procurator ut. 10. q. 2. c. precariæ 12. q. hic. ult. & q. 2. c. sine exceptione. 10. q. 2. c. casellas. j. de dona c. fraternitatem. Et quod dico conditionem ecclesię deteriorem fieri posse p prælatum in omittendo, uerum est legitimo tempore interueniente, non statim. hoc est, si ex omissione prælati præscriptio inducatur contra ecclesiam. Aliter si prælatus omittat in iudicio legitimam exceptionem seu defensionẽ restituitur ecclesia ut j. eo. c. auditis. & c. cum uenissent, nisi super hoc eodem petita esset restitutio & denegata, ut j. eo. tit. c. ult. ¶Iuuatur etiam minor & ecclesia in allegationibus omissis, dum ea quę sunt pro eã, non allegata, uel allegata non probata fuerunt, uel si se proditum seu proditam ab aduocatis conquer tur. ut. ff. de min. 25. an. l. minor autem §. 1. & l. minor annis. 25. ¶Item succurritur minori & ecclesię si se negotijs alienis immiscuerit sine mandato, uel saltem necesse habet cedere domino negociorum beneficium restitutionis, ut. ff. eo. tit. l. quod si minor Et ut breuiter dicam restituitur minor & ecclesia in contractibus, uel quasi contractibus, in delictis, uel quasi, ut super his rubricę speciales in C. ponuntur; & quod dixi restitui in contractibus uel quasi, locũ habet cum contractus tenet ut pote celebratus in casu concesso & in forma iuris ut 10. q. 2. c. hoc ius porrectum. & 12. q. 2. c. sine exceptione. Aliter si in casu non cõcesso uel nõ secundùm formam iuris, nullus est contractus ipso iure. ut 10. q. 2. c. quia rem homini. & 12. q. 2. c. sine excepti onec. apostolicos & cap. alienationes; & tunc cum ius commune competat, non est necessaria in integrum restitutio ut ff. eo. tit. l. in causæ. ¶Item succurritur ecclesiæ & minori si quasi contumax ad iudicium non uenit culpa, non dolo. ut. ff. eo. titu. l. minor. secus si ex dolo ut. ff. de mino. l. si ex causa. §. nunc uidendum. tunc enim non restituetur ecclesia, quia nec mino

minor restituitur in delictis atrocibus, nisi quatenus miseratio ad minorē pœnam iudicem perduxerit ut. ff. eo. ti. l. auxilium. Quod intelligo, quum tota ecclesia delinquit. ut. C. de sacrosanc. eccle. l. iubemus nullam nauem, alias delictum personæ & c. ut uo. supra eo. ti. §. restituitur. ¶ Item subuenitur & si nouæ defensiones appareāt ecclesiæ, quibus ante usa non fuit. ut. C. si sæpius in inte. resti. postu. l. 2. quamuis de iure communi pretextu nouorum instrumentorum lites sopitæ non debeant instaurari. ut infrà de sen. & re iudi. c. inter monasterium. & C. eo. tit. l. sub specie. ¶ Item si diferat iuramentum. ut. ff. de iureiur. l. nam postea. §. si minor. Et qualitercunque in iudicijs minor uel ecclesia capiatur, si uel agat, uel conueniatur. ut. ff. eo. ti. l. ait prætor. §. Sed & in iudicijs. ¶ Sed dubitatur

5 † an ecclesia uel minor possit petere restitutionem a sententia, eo quòd ecclesia tuta est communi iure & communi auxilio, pōt enim appellare, & ideò ad extraordinarium auxilium recurrere non debet. ut. ff. de mino. l. i causæ. Sed hæc obiectio in sententia domini Papæ locū non habet, quoniam superior nō inuenitur ad quem per appellationem recursus haberi possit, ut suprà de elec. c. licet. in fi. & 9. q. 3. c. cuncta. Sed si instes & dicas, poterit supplicari, ergo restitutio superuacua est, ut superius dictum est. Respondeo, utrunque remedium supplicationis & restitutionis est extraordinarium auxilium, & eadē æquitate inductum, unde unum reliquum non excludit. Vt dicitur, aliter actio de dolo non datur, si alia competat eadē æquitate inducta, ut actio quod metus causa; quæ etsi competat, datur tamen actio de dolo, nam & eum qui metum fecit & de dolo teneri certum est. ut. ff. qđ metus causa. l. si cum exceptione. §. eum qui. ¶ Sed nunquid à sententijs aliorum potest quis petere restitutionem? Videtur quòd non, quia potest appellare, & sic ad extraordinarium auxilium non recurret per d. l. in causæ; & si tempus appellandi excesserit, restituetur ad appellādum. ut. C. si sæpius in integ. rest. postu. l. j Respondeo, pōt ecclesia restitui a sententia; Nec obstant superiora iura. Nam illa l. in causæ, loquitur cum minor est tutus ipso iure; & ideo non debet recurrere ad auxilium restitutionis. Item alia lex non obstat, loquitur enim cum minor petijt restitutionem, & fuit ei denegata, iterum petere non potest, nisi nouæ defensiones allegentur: sed poterit appellare, ut infra eodem titu. c. ult. & C. si sæpius in integr. resti. postu. l. 2. & 3.

6 ¶ † Si tu quæras an sit aliud restitui a sententia, quàm restitui ad appellandum à sententia? Respondeo sic, cum enim restitutio fit à sententia, perinde est ac si sententia lata non esset ar. ad hoc infra eo. cap. cum ex literis ubi dicit: non obstante sententia. sed ubi fit restitutio ad appellandum, sententia salua manet, quamuis postea suspēdatur per appellationem. ut. C. de iureiuran. l. generaliter, in princi. C. de appellatio. l. præcipimus. §. hæc si. suprà de offi. delega. c. pastoralis. §. præterea. infrà de senten. & re iudic. c. cum inter uos. Licèt alibi dicatur extingui pronunciatum per appellationem. ut. ff. ad se. con. Turpil. l. 1. §. ulti Sed exponitur ibi extinguitur, id est, suspenditur.

7 ¶ † Fieri autem debet restitutio iudice sedente pro tribunali præsente aduersario, uocari enim debet is contra quem petitur restitutio, alioquin ipso iure non tenet restitutio. ut. ff. de mino. l. uerum. §. sciendum & l. in causæ. §. causa & l. etiam si patre. §. ulti. Nam negotiorum merita partium assertione panduntur. ut. C. si per uim uel alio modo. l. ulti. Quia etsi minori uel ecclesiæ pro restitutione non detur actio, sed iudicis officium ut. ff. de mino. l. quòd si minor. §. ulti. & l. illud. § 1. & l. quod si de speciali oportet tamen libellum porrigi, litis contestationem fieri, & solemniter & rītè procedere ut s. de offi. ind. c. ult. in casu tamen, si is contra quem restitutio petitur uocatus infrà triennium non ueniat, restitutio indulgetur ut in Auth. ut sponsali. largi. §. ad hoc. colla. 9. Debet etiam ecclesia siue minor probare læsionem siue deceptionem, non enim ex hoc solo quòd minor est quis, sequitur quòd sit deceptus, & idem in ecclesia. ut. ff. de mino. l. non oia. ff. de iureiu. l.

8 su. l. nam postea. §. si minor. ¶ Possunt † re-
stituere iudices delegati à Papa uel a pri
cipe. Itē ordinarij. Item delegati ordina-
riorū habentiū administrationē, siue cau-
sæ restitutionū fuerint specialiter cōmis-
sæ huiusmodi delegatis; siue alijs causis
commissis, corā eis restitutionum incide-
rint quæstiones. Itē ordinarij non haben
tes administrationem, sed delegati ab eis
non possunt, si causæ restitutionum com
mittantur eisdē; sed si alijs causis commis
sis quæstiones restitutionū incidant corā
ipsis, & cās audire possunt & restitutiones
indulgere. Et idē dico in arbitris, nā sup
restitutionis quæstione compromitti nō
pōt; sed si super alió cōpromitatur, super
quo compromitti potest, & corā arbitro
incidat quæstio restitutionis, & audire &
restituere potest ut j. eo. ti. c. causam, quæ
sumpta est ex l. ult. C. ubi & apud quē. Sed
certè si rectè inspiciatur lex illa, colligi-
tur ex ea q nec delegati ordinariorum
non habentiū administrationem, nec ar-
bitri cognoscere possunt de huiusmodi
quæstione etiā incidenter, & sic legebant
& intelligebant legem illam domini mei
Azo. & Aug. Sed d. c. causam contrarium
dicit; & potest esse huiusmodi ratio, quia
in incidenti quæstione etiam minus com
petens iudex iurisdictionem sortitur ut
s. de offi. deleg. c. prudentiam. §. ult C. de
iudi. l. quoties. & C. de or. cognitio. l. adi-
9 te. ¶ Dubitatur autem † qui sunt ordina
rij administrationem non habentes, sed
facultatem tantummodo iudicandi. Et
secundùm iura ciuilia dici potest, quòd
sunt illi qui honorem et dignitatem ha-
bent, sed non administrationem, unde
ratione honoris & dignitatis iudicare pos
sunt, si qui in eos consenserint, & de his lo
quitur de iudi. l. 1. & C. eo. ti. l. rem nō no
uā. 1. respon. Sed ſm iura canonica posset
poni exemplum in episcopo qui renuncia
uit loco epali, non dignitati, qui honorē
retinet & administrationē. ut s. de ordi.
ab epo quæ resig. epa. c. 1. & s. de renunci.
c. nisi cum pridem. §. ult. & c. post transla
tionem circa fi. Item poni pōt exemplum
i episcopo cuius episcopatus oīno destru
ctus est, populus effectus, hic. n. episcopus
est, nullus tamen episcopatus, hic honorē
habet sine administratione. Quidā tamen
ponunt exemplū in officialib. eporum, &
male, quia officiales nō sunt ordinarij sed
delegati ad uniuersitates cāruni ut no. s.
10 de offi. uica. circa prin. ¶ A quib. aūt † cōfe-
ratur iurisdictio ordinaria no. s. de off. or.
§. ordinariā. Et est sciendum q ubicunq;
ecclesia uel minor restituitur, restituēdus
est & eius aduersarius ēt maior, sed in eo
tm casu; & non in alio ut. ff. de mino. l. q
si minor. §. rest. & l. pater §. 2. & l. ēt. §. 1. C.
de repu. l. una. C. de prædijs mino. l. si præ
dium, in fi. 12. q. 2. c. Vulteranæ j. de reb.
eccl. non alie. c. ad audientiā. Non. n. ec-
clesia ditari debet cum aliena iactura ut
54. di. c. generalis j. de pœnis. c. suam. ff. de
condi. inde. l. nam hoc natura. ¶ Item licet
minor uel ecclesia impetrauerit restitu-
tionem, potest renunciare si uelit ut ff. de
mino. l. si iudex. ¶ Quando autem eccle-
sia restituatur dixi s. eo. tit. §. fit computa
tio; quia semper & sine temporis præfini-
tione. ut j. c. 1. & c. tū ex literis. nisi cōtra
eā legitimè præscribatur, nā ut ex litera
illius c. tum ex literis. colligitur, q tēpo-
re Eugenij papæ & in primo mēse sui pon
tificatus interuenit læsio, & tēpore Cele-
stini indulta est restitutio, qui cām com-
misit sententia Eugenij non obstāte. Qui
dā tamē dicunt quòd ibi interrupta fuit
quadriēnij præscriptio per petitionem re
stitutionis; fuit enim petita restitutio tē-
pore Eugenij, & temporibus aliorū sum-
morū pontificū ei succedentiū eadem pe
titio innouata, & sic ecclesia petens non
fuit quadriēnio exclusa; sed errāt qui sic
dicunt quia restitutionis quæstio nedum
petitione, sed nec lit. contest. perpetuat,
ut ff. de mino. l. papinian §. ul. & C. de tē-
po. in integ. rest. l. ul. Si quis tamen uellet
illorum sententiam sustinere. posset dice
re quòd ibi per iudices stetit quo minus
i quæstione illa processum fuisset, & ideo
ecclesiæ petenti nullum potuit præiudi-
cium generari, ut in Auten. ut spon. lar-
gi. §. hoc quoque, colla. 9. & 2. q. 6. c. anle-
riorum. §. sed lis. & c. bidnum. ¶ Vnum nō
omitto, quia quod dixi suprà. §. proxi.
11 † delegatum causas restitutionis audire
posse, recipit dubitationē. Videtur enim
quòd causæ huiusmodi delegari non pos-
sunt,

sunt, quia ex edicto restitutorio nulla própria proficiscit̃ actio, sed condependet ex officio iudicis. ut. ff. de mino. l. quod si minor. §. ult. Ea uerò quæ iudicis officio expediuntur, nõ delegantur. ut. ff. de offi. procons. l. nec quicquam. §. ubi. ff. de reg. iur. l. omnia. ff. ad municip. l. ea quæ. Ad quod respondeo, speciale est hic fauore restitutionis, qui ampliandus est, non restringendus. ut. ff. de lib. & posthu. l. cum quidam. Sic & aliud speciale in hac restitutione contingit, ut cum causa restitutionis sit excellens, ita ut in ea requiratur speciale mãdatum, ut. ff. de mino. l. illud, ut in ea compromitti non possit, nec delegari ab ordinario iuredictionem sine administratione habente; tñ tam coram arbitro, quàm coram delegato huius ordinarij tractari poterit incidenter, ut j.
11 eo. tit. c. cã. ¶ † Est aũt in integrum restitutio, prioris status uel iuris reitegratio; per quam subuenitur minoribus; Subuenitur & ecclesijs iure minoris sicut dictũ est; Subuenitur quandoque & maioribus ex iusta & legitima causa ut ff. ex quibus cau. ma. per totum. & sic intelligo j. eod. titu. c. ex literis. inf. de senten. & re iudic. c. cum Bertoldus inf. de pigno. c. significante.

SVMMARIVM.

1 *Edictum de alienatione iudicij mutandi causa facta, quando locum habeat.*

2 *Edictum de litigiosis contractibus, & hoc edictum non concurrunt, sed diuersis respectibus locum habent.*

3 *Actio ex hoc edicto cui, & contra quem, & in quantum detur.*

¶ DE ALIENATIONE iudicij mutandi causa facta. Rubr.

IN superiori rúbrica prospectum est & prouisum per integrum restit. ecclesijs, ut supra ti. prox. c. 1. Et minoribus ut j. in c. constitutus. Et maioribus, ut supra in c. ex literis. Et non minori æquitate prospicitur hic omnibus, in quorum damnum & præiudicium aliqui res & possessiones, de quibus agendum esse credũt & timent, in altos transferunt causa mutãdi iudicij. ¶ Surgunt autem ex hoc edicto duo specialia beneficia. Vnum quia agitur contra alienantes actione in factum, ad id quod interest agentium res nõ fuisse translatas, saluis nihilominus pristinis actionibus aduersus nouos possessores, quos potius parat uel parit nouos aduersarios, ut. ff. eo. tit. l. 1. Et aliud, quia literę commissionum contra ueteres possessores obtentę extenduntur ad nouos, de quibus nullam faciunt mentionem, ut j. eo. tit. c. 1. Intitulatur hic igitur rubrica de alienatione iudicij mu. causa fac. ¶ Vnde uidendum † est, Quando locum habeat hoc edictum; & Cui; & Cõtra quem; & in Quantum detur actio ex hoc dicto. Habet locum hoc edictum, cum quis credens se conueniendum super re aliqua actione reali uel personali, in rem tamen scripta, ut pote, aliquo interdicto (inter
1 dicta. n. licet in rẽ uideantur concepta, ui tamen ipsa personalia sunt. ut. ff. de interdi. l. 1. §. interdicta) alienat rem dolo malo causa mutandi iudicij a se, & suscipiendi ab illo in quem transfert possessionem, nec refert an trãsferat dominium uel nudam possessionem. ut. ff. eod. tit. l. non solum & l. ex hoc. §. alienare. Dolo malo ideo dixi, quia si alienat rem redibendo uenditori, non ut iudicium euitet, sed aliàs redibiturus; uel si ex alia necessaria causa alienat, locum non habet edictũ, ut. ff. eodem titulo. l. ex hoc, & ll. seq. Et idem dico si ideò alienat, quia timet sibi moueri quęstionem, & lites execratur. ut. ff. eodem tit. l. item si res. § ult. Item locũ habet hoc edictum cum alienatio fit causa futuri iudicij mutandi, ut in l. ex hoc. §. pri. ff. eo. quia si iudicium esset inchoatum inter petitorem & possessorem conuentione iudiciaria, aut per preces principi oblatas & iudici insinuatas ac per iudicem aduersario cognitas, cum res esset litigiosa, si de dominio ipsius uel quasi quæstio erat, tunc cõmisso uitio litigiosi locum haberet edictum de litiosis. ut. C. de litigio. l. ult. in Auth. de litigio. in prin. colla. 7. quia prohibita est talis rei alienatio ut ibi, & 11. q. 3. c. quia res, sed res super

super qua futurum speratur iudicium, nō prohibetur alienari ante motam causam; Et ideo istud edictum, & edictū de litigio. sis contractib. nō concurrunt, sed diuersis
2 respectibus locum habent. ¶ Datur † autem actio in factum ex hoc edicto ei, in cuius fraudem & elusionem facta est alienatio, & suis hæredib. & contra hæredes eius ed quem res translata est; Et datur infrà annum, ut ff. eo. ti. l. non solum. §. ul. & ll. seq. Datur enim inquā aduersus eum qui alienauit, quem ad interesse conueniat coram ordinario, & ut puto corā delegato per literas contra eum obtentas, ut dolus repræsentet eum possessorem, ut ff. de rei uend. l. qui petitorio. C. ad exhiben. l. ad exibēdum, in quo interesse considerabitur, quanti interest agentis rem non fuisse translatam in hominem alterius diœcesis forte, uel prouinciæ, contra quem illum agere oportet ad possessionē auocādam per pristinam actionem. Item quanti interest ipsius non habere duriorem, uel potentiorem aduersarium, si in potentiorem translata fuit; quia pontentiorib. pares esse non possumus, ut. ff. eo. titu. l. 1. Item aget contra possessorem actione in rem, uel alia actione sibi competente ad rem auocādam siue coram ordinario possessoris, siue coram delegato, quem obtinuit contra alienantem, quod est hic speciale; cum aliàs generaliter literæ commissionis sint personales, nec ad alios extendantur quorum nomina in literis non habentur, ut suprà de offic. de leg. cap. cum olim abbas. & c. super eo. de rescrip. cap. significauit. Sed fallit illud generale hic, & in alijs casibus, quos not. suprà de rescrip. §. sed priuilegium, & suprà de offic. dele. §. casualiter. Veruntamen si ab eo qui rem alienauerit consequatur actor rei æstimationem, dolo præsentante ipsum possessorem, ut superius ut dictum est, non auocabit postea rem à possessore; nec enim habere pōt & rem & pretium, sed alterū, ut ff. de peti. hære. l. si & rem & pretiū; & rem a possessore, & interesse ab alienante consequi potest, ut superius dictū est. ¶ Item alienator potest conueniri pristina actione, non tantū ad rei æstimationem ratione doli, ut dictum est; sed ratione pretij quod ex rei uenditione recepit, quia prætium loco rei succedit, ut ff. de pecu. l. sed si quis, & in d. l. si & rem & pretium. ff. de le. 2. l. Imperator. & l. se. infrà de usu. c. cum tu. in fi. ff. de leg. 3. l. fideicommissa. §. si rem. & infra ut lite pen. c. ecclesia sanctæ Mariæ. Sed & si clerico cedatur actio contra laicum, ut si clericus trahat laicum ad forum ecclesiasticum etsi non fiat cōtra uerba edicti, fit tamen contra mentem, ut infrà eo. tit. c. 2. Nam ille incidit in uerba huius edicti, qui credens se conueniendum super re aliqua transfert rem illam in aliū causa futuri iudicij mutandi a se, & suscipiendi ab illo in quem transfert rem; sed in mentē huius edicti incidit non in uerba, qui dum credit uel scit sibi aduersus alium competere actionem illam priuilegiato uel potentiori homini cedit causa futuri iudicij non mouendi a se, sed ab illo inchoandi et perficiendi cui cedit, et in hoc casu cessio est nulla, & is qui cedit, amittit actionem ut hic. c. 2. & C. ne lice. po. l. nulla. Clericus autem dicitur potentior laico ratione officij, cuius contemplatione sortitur priuilegium quo ad forum. Nam aliàs ratione officij censetur durior aduersarius & potentior. ut. C. quod metus causa. l. si per impressionem. C. si quacunque prædi. potesta. l. 1. & C. si rector prouin. l. una. Sic & tutor ratione officij censetur potentior pupillo, & ideo cessio ei facta contra pupillum non ualet. ut. C. qui dari tuto. uel cū. pos. authen. minoris. Sed hoc qualiter esse potest, ut actione cessa clerico contra laicum, clericus trahat laicum ad forum ecclesiasticum, quum actor forum rei sequi debeat secundùm canonicas & legitimas sanctiones? ut infrà de foro compet. cap. si clericus. & capit. cum sit generale. 11. quæstio. 1. cap. relatum & capit. experientiæ. & C. de iurisdict. omni. iudi. l. iuris ordinem. Respondeo, hoc locum posset habere in locis illis, in quibus consuetudo est, quòd clericus trahat laicum etiam reum ad forum ecclesiasticum, ut infra de fo. com pet. c. si clericus. Vel aliter, posset clericus molestare laicum super re illa quam laicus possidet, super qua cessa est clerico

actio, laicus cogetur agere contra laicum super molestia, quam clericus ei infert. Et tunc clericus conuentus in foro ecclesiastico intentabit actionē sibi cessam ꝑ modum reconuentionis. Cessat autē hæc actio ex hoc edicto in quibusdam casib. ut ff. eo. tit. l. non solum. §. 1. & l. ex hoc. §. si quis alienauerit.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium quid sit.*
2 *Arbiter esse quis possit, & qui prohibeatur.*
3 *Compromitti an possit in causa matrimoniali.*
4 *Cōpromitti dēt in imparē numerū, et quare.*
5 *Compromissum factum in duos an ualeat.*
6 *Compromissum an ualeat, si duobus arbitris potestas assumendi tertiū incertum tribuatur.*
7 *Compromitti super quibus causis possit.*
8 *Arbiter an diebus feriatis pronunciare possit. & nu. 11.*
9 *Arbitriorum effectus qui sint.*
10 *Pœna in compromisso apposita, an possit contra partem non stantem in arbitrio peti.*
11 *Compromissum & iudicium in quibus conueniant, & in quibus differant. nu. 12.*
13 *Compromissum qualiter finiatur.*
14 *Pœna soluta ab eo qui non paret, an peti possit & iudicatum.*

¶ DE ARBITRIS. Rub.

EXpeditis præparatorijs iudiciorum ad iudicia ueniamus. Sed quoniā ad instar iudiciorū arbitria sunt redacta. ut ff. eo. ti. l. 1. Nam arbiter partes iudicis assumit. ut ff. eo. ti. l. si de meis. alias Pomponius. §. recepisse. Ideo prius de arbitris est uidendum ¶ Videamus igitur Quid sit arbitrium. Item in quot debeat cōpromitti. Quis possit esse arbiter. de Quib. reb. ualeat cōpromitti. & Quis sit effectus arbitrorum. In quibus differāt iudicium & cōpromissum. & Qualiter finiatur compromissum. ¶ Arbitrium † est trium actus personarum super ciuili quęstione, in quasi iudicio contendentiū. Nā & iudicans laborare debet ad inuestigandam ueritatem. ut 30. q. 5. c. iudicantem. Actor ad intentionem, & ad amplificandā causam. Reus ad extenuationē & ad cām diminuendam. ut 4. q. 4. c. 1. Vel sic diffinitur arbitrium secundum Azo. Arbitrium est causa in dicendo iure uoluntariè posita cum certarum personarū interpositione, s. arbitri, actoris, rei. ¶ Arbiter † esse potest qui non prohibetur a iure utpotè liber homo, paterfam. sed & filiusfam. arbiter esse potest, etiam de re patris. ff. eo. titul. l. sed & filius. & l. quinetiam. Item libertus, sed non seruus. ut ff. eod. titu. l. Pædius. in princip. & §. in seruum. Item non refert an arbiter sit integræ famæ, uel infamis, ut 3. q. 7. c. infames. §. cognitores. & ff. eo. ti. l. Pædius. Sed secus in iudice. ut C. de dig. l. neque famosis. C. de infamibus. l. una lib. 1 r. & j. de excess. præl. c. inter dilectos. ¶ Prohibetur aūt esse arbiter seruus, ut dictū est. Item mulier. ut j. eo. ti. c. dilecti. C. eo. ti. l. ultima, quia nec iudicare possunt. ut 3. q. 7. c. infamis. §. tria. ff. de iudi. l. cum prætor. §. 1. & 33. q. 5. c. mulierem; hoc tamen fallit in quibusdā excellentibus fœminis, quæ ratione suæ excellentiæ & consuetudinis iurisdictione ordinaria & arbitraria utuntur, ut d. c. dilecti; & aliquoties delegata. ut 12. q. 2. c. cū deuotissimā 8. q. 1. c. uereor. Itē in laicum compromitti non potest super rebus spiritualibus, ut j. eo. tit. c. contingit: quia nec de rebus ecclesiasticis laici iudicare ualent directè, uel etiam incidenter, ut j. ti. prox. c. decernimus. j. qui fil. sint legi. c. lator, nisi authoritate superioris suscipiāt compromissum. ut j. eo. tit. c. per tuas, seu iudicium. ut 32. dist. c. præter. §. uerum; uel nisi hoc humilitas superioris inducat. ut 2. q. 7. c. nos si incompetenter; uel nisi hoc fiat ad tollendam oēm suspicionem contra clericum exortam. ut 2. q. 4. c. habet, & c. Mennam. ¶ Et notabis † q in causa matrimoniali nec in laicum nec in clericum compromitti potest, ut s. de in integ. resti. c. causam. Et hoc est uerum in causa matrimonij carnalis: nam in causa matrimonij spiritualis compromitti potest in clericum, ut j. eo. tit. c. ex parte. s. de elect. c. cum inter dilectos. Item prohibetur compromitti in furiosum, surdum, aut mutum, seruum, & minorem xxv. annis, maior autem xx. sed minor xxv. annis potest

test sumi in arbitrum, sed restituitur si te merè auditorium recepit, cum intersit eius litibus non uexari. ut ff. eo. ti. l. sed si in seruum. §. 1. & l. cum lege. & ff. de minoribus. l. minoribus. xxv. annis subuenitur. Item prohibetur compromitti in iudicē ordinarium, dicente lege: si quis iudex sit, arbitrium recipere eiusdem rei, de qua iudex est, in se ve compromitti iubere, prohibetur lege iulia, & si sententiam dixerit, non est danda pœnæ persecutio. ut ff. eo. ti. l. sed & si in seruum. §. 1. & 3. q. 7. c. in fames. §. si quis uerò iudex: & est triplex ratio quare in ordinarium compromitti non possit. Prima, quia si nollet pronunciare, non esset qui eū cogeret, cū per ordinariū cogi debeat arbiter ad pronunciandum. ut ff. eo. ti. l. 3. Secunda, quia si cōtingeret sniam, quam ipse tulerit, impugnari, timendū esset ne eā defenderet animo sè. ut C. de asses. l. nemo. Tertia, quia lex dicit arbitrū similem esse iudici. ut ff. eo. ti. l. 1. & C. de iudi. l. rem non nouam, ergo est alius a iudice, quia cū inter utrunq. similitudo notetur, aliquid simile esse sibi ipsi non potest, & secundū hoc intelliges illam l. sed etsi in seruū, sicut sonat, ut sint duo dicta, s. q iudex non possit compromissum recipere: nec in se compromitti iubere. Contra hanc sniam facit consuetudo, frequenter enim in ordinarios cōpromittitur, & ualet quod fit, faciunt & multa iura ad hoc s. de ele. c. causam. & c. cum inter dilectos j. eo. ti. c. dilecti. & c. cum tē pore. & c. ex parte. Similiter & in delegatos compromittitur, ut j. de præben. c. nisi. j. de præsump. c. literas j. de rer. permu. c. exhibita, tu dicas q prohibitio legalis non habet locum secundum iura canonica. Vel si uelis sustinere illam l. sed etsi in seruum, dicas unum esse dictum. l. illius, & sit sensus, iudex prohibetur recipere cō promissum iubendo in se cōpromitti, ut illa uerba, in se ve compromitti iubere, sint expositio uerborum priorum legis. Quidam tamen dicunt, etiam secundum leges posse in ordinarium compromitti per Auth. ut diffe. iu. §. si uerò contigerit. colla. 9. Sed certè auth. illud loquitur in arbitratore, hoc est in amicabili compositore. Potest enim ordinarius per amicabilem cōpositionem dissoluere quæ dubia
4 sunt inter partes, ut ibi dicit. ¶ Debent † stat cōpromitti in imparē numerū, quia numero impari Deus gaudet, s. in unum, aut tres. ut j. eo. ti. c. 1. Et ideo statutū est propter hominum ad dissentiendum facilitatem, ut ff. eo. ti. l. itē si unus. §. principaliter, & si cōtingeret tres nō concordare in eandē sniam, obtineat snia duorū. ut hic. c. 1. Quod intelligo tertio præsente & cō tradicente, secus si absente, tunc enim sententia duorū non teneret, ut ff. eo. tit. l. si in tres & l. sicut. ¶ Quid si duo pronuncient, tertio præsente & tacēte, ut nec cō tradicat nec consentiat, perinde habendū
5 est ac si contradicat. Sed † quæritur an ualeat compromissum si compromittatur in duos? Et uē q non, nā si dissentiant, res sine exitu futura est. Sed certè solitū est cō promitti in duos, & ualet compromissū, & si non consentiunt, tunc ordinarius uel delegatus qui iurisdictionē sibi retinuit, pōt cogere duos certā eligere & tertiam personā, ut in d. l. itē si unus. § principaliter, & s. de offi. deleg. c. suspicionis; quāuis aliud obseruetur in duobus iudicibus discordantibus ac diuersas sententias ferentibus, quia illa snia ualebit quæ a superiore confirmabitur. ut ff. de re iud. l. duo iu-
6 dices. j. de re iudi. c. ul. ¶ † Sed si in duos compromittatur sic, ut si dissentiant tertium assumant, nec exprimatur is qui est assumendus, non ualet compromissum, quia possūt in assumendo dissentire. ut in dict. l. item si unus. §. si in duos. infra. eod. titul. cap. innotuit. Sed contra infra. eod. titul. cap. cum a nobis. Ad quod responderi poterit, quòd ibi actum fuit de certis personis assumendis, quamuis non fuissent expressæ. Vel illud locum habet in mediatoribus seu ordinatoribus assumendis, secus in arbitris. Vel illud obtinuit ob reuerentiam legati, & simile infra, de accus. cap. ad petitionem. Vel dic, quòd illa est ratio quare non ualet compromissum factum in duos ita ut si discordes fuerint tertium assumant, quia & in assumendo poterunt esse discordes & sic sine exitu res futura esset, quæ ratio cessat cum in unum compromittitur, & datur ei potestas alium uel alios

alios assumendi, & sic loquitur contraria
7 decre.¶ Potest compromitti † super pecu niarijs causis & temporalib. potest & super spiritualibus, ut j. cod. titu. c. non sanè & c. cum olim & c. ex parte, non tamen in laicum, ut j. eod. titu. c. contingit. Sed in matrimoniali, liberali, uel criminali non compromittitur ut. s. de in integ re sti. c. causam. §. in matrimoniali. Et est ratio in causa matrimoniali, excellentia sacramenti. In liberali uerò, fauor libertatis, quæ maiores iudices requirit. ut. ff. eo. tit. l. non distinguemus. §. de liberali. C. de peda. iudi. l. 2. C. ubi causa sta. l. iam dudum C. ne insta. desec. l. si pater. Arbiter autem non est magnus iudex, sed paruus, unde ipsius sententia non est per omnia sententia. ut. ff. de his qui no. infa. l. qd ergo. §. ex compromissis, nec ei paretur nisi metu pœnæ. ut. C. de arbi. l. 1. Et hæc eadem ratio locum habet, quare in criminali non compromittitur. ut. ff. eo. ti. l. non distinguemus. §. Iulianus. & in l. præallega ta. quid ergo. §. ex cõpromisso. & s. de in integ. rest. c. causam. Et est sciendum q̃ põt agi inter partes, ut pronuncietur uno litigatorum præsente, & altero absente. ut. ff. eo. ti. l. diem. §. stari. Item ut unus ex arbitris pronunciet absentibus alijs ut. ff. eo. ti. l. non distinguemus. §. cũ in plures. Itẽ agi potest ut compromittatur in Titium uel in Seium, sed is cogetur pronunciare in quem litigatores consenserunt. ut. ff. eod. ti. l. item si unus. §. item Pompo. Item agi potest, ut certo loco pronuncietur, alioquin ibi pronunciabitur ubi compromissum est. ut. ff. eo. tit. l. si cum dies. §. si arbiter. Item agi potest ut arbiter pronũciet, quod sibi uidetur dummodo ei uideatur secundum leges. ut in Auth. de iudi. §. ante pe. Sed si actũ est ut certã sententiã dicat, nullum est arbitriũ, ut ff. eo. l. qualem.
17 ¶ † Item quod dixi s. de domicilio, sic intellige, quia ibi intelligit clericus domicilium habere, ubi larem sibi constituit;nō ubi ecclesiā habet, uel beneficiū, ut s.de rescr.c.dilectus j.eo.ti. c.postulasti. Unde si contingat clericum delinquere ubi domicilium habet, ibi punietur; sed si crimen exigit priuationem a beneficio,pronunciabitur a iudice domicilij, mandabitur autem executioni sententia a iudice loci,in quo beneficium uel ecclesia consistit ,ut in d. capitu. postulasti.& ff. de re iudica. l. a diuo Pio.§. 1. Sed si alibi quàm ubi domicilium habet, delinquat;tunc distinguitur inter graue delictum & leue , ut si grauiter deliquerit , tūc iudex loci in quo deliquitur,puniet. ut ff.de re mili. l. desertorem. in princ.& adeò ut si aliò se contulerit delinquens, remittatur ad illum,ut in Auth. ut nulli iudi.§.si uerò quis comprehensorum.col. 9. Et hoc prætextu remisit Christum ad

18 Herodem Pylatus. ¶ Item † remittitur quis honoris causa , ut cum miles delinquens remittitur ad magistrum militum, sub quo deliquit ut ff. de custo. & exhi. reorum.l.de militibus.Et hoc uerum est, cum miles leue delictum commisit.ff.eo. tit.l.non dubium est,secus si graue, ut ff. de accusa.l.ult.

SUMMARIUM

1 *Libellus quid sit, & quotuplex.*
Libellus quis porrigere debet:
2 *Libellus an in omnibus causis requiratur.*
3 *Libellus conuētionalis quid cōtinere debeat.*
4 *Actio an sit exprimenda in libello.*
5 *Reus ab instantia iudicij absoluitur , si actio inepta proponitur.*
6 *Iudicium uniuersale quid sit , & quid generale.*
7 *Libelli effectus:*
8 *Libellus accusatoris reuocari potest.*
9 *Libellus dum dati libelli continere debet.*
10 *Libellus accusatorius qualiter debeat concipi.*
11 *Rescriptum in citatoriis literis insertum, quod ad inducias demandandas,pro libello habetur.*

¶ DE LIBELLI OBLATIONE. Rubrica.

QUia rei ad iudicia uocati, solent postulare libellos, ut sciant qd petatur,& qualiter & super quo debeant rñdere; ideo post tractatus de iudiciis, & de foro competenti, subijcitur hic rubrica de libelli oblatione. ¶ Videamus igitur;Quid sit libellus; Quis libellum porrigere debeat; in Quibus causis locū habeat libelli porrectio; Quæ in libello debeant contineri; Et de libellorum effectu. ¶ Libellus† est paruus 1 liber, id est, modica scriptura. Et est duplex libellus,conuentionalis, & accusationis . Primus in ciuilibus, secundus in criminalibus locum habet. ¶ Libellum autem porrigit actor, ut 3.q.3.c.induciæ. §.spatiū.& §. libellum. Porrigit inquam, & offert reo,ut in d.§.spatium, & auth.offeratur.C.de lit.cont.porrectus transfertur in acta, ut inf. de proba.cap.quoniam contra falsam. ¶ Libellus exigitur† in om 2 ni causa, in qua ordinariè agitur, nisi in quatuor casibus. Primus est, cum causa uel lis sit breuissima , & maximè uilium rerū seu personarū,ut C.de sen.ex breui reci.auth.nisi. Secūdus,cùm eps cognoscit inter suos familiares, ut in d.auth & 11. q.1.c.si quis cū clerico. Tertius,cū hoc fit ex cōsensu partiū, ut C.de priui.schola.l. quoties,in fi.lib.12.Quartus,cùm rector prouinciæ infra quinquaginta dies cī uenit,ut in Auth.ut iudi.sine quoquo suffr. arg.§.necessitatem,colla.2. ¶ Ideò autem dixi,quādo ordinariè agitur;secus erit,ut in causa denunciationis, & inquisitionis;

quæramus in causa inquisitionis capitula sint edenda, uel potius exponenda de qui bus fuerit inquirendum, ut j. de accus. c. qualiter & qñ. §. debet igitur. Aliàs autẽ generaliter libellus dandus est, siue in ci uilibus, ut j. eo. c. 1. siue in criminalibus, ut 2. q. 8. c. fi. §. libellorũ. ¶ † In libello cõ
3 uentionali debent contineri hæc. Nomẽ actoris, nomen rei, & nomen iudicis corã quo agitur. Item res quę petitur, ut j. eo. tit. c. 2. j. de appel. c. significantibus. Cum enim libellus ad hoc detur, ut reus deliberet, cedat an contendat, ut 3. q. 3. c. induciæ. §. offeratur, quomodo poterit deliberare nisi res, quę petitur, exprimatur? Item quomodo scire potest reus, an possideat uel nõ possideat rem quæ petitur? & periculosum est subire defensionẽ eius rei, quam forte non possidet, ut ff. de rei uendica. l. is qui, propterea res exprimenda est, & indicia rei, ut ff. de rei uend. l. in rem; & si res quæ petitur sit immobilis, exprimi debent confines, ut ff. de actio. empt. & uen. l. Titius. §. ult. & d. l. si in rẽ. §. ulti. Item species, & pondus exprimi debent, ut ff. depos. l. j. §. si quis argentum. Causa etiã exprimi debet, ut C. de adop. l. 3. C. de edic. di. Adri. tol. l. ult. ¶ † Sed
4 an actio sit edẽda dubitatur. Et uidetur quod non, ut supra. de iudi. c. dilecti. Nam in iudicijs ecclesiasticis non est rigor huiusmodi obseruandus, ut infra. de dolo. & cont. c. 1. Sed contra, ius. tit. proxi. cap. 1. inf. depo. c. grauis. s. de iudi. c. examinata. 11. q. 1. c. experientiæ. Ad quod sic distinguo. Actio aliquando significat formulã uerborum, ut ff. de furt. l. si seruus nauem, ut cum dicitur, ago contra talem ad decem actione ex empto, uel certi condictione de mutuo; tales actiones, idest, formulæ uerborum sublatæ sunt secundum utrunque ius, canonicum, & ciuile, ut in d. c. dilecti. & C. de formulis & impetra. subla. l. uni. Aliquando significat causam agendi, ut cum dico, peto decem à tali, quia uendidi ei librum, uel quia ei mutuaui: & secundùm hoc actio siue causa agendi uel petendi proponenda est in iudicio tam ecclesiastico, quàm seculari. Aliquando tamen causa petendi exprimenda non est, ut cum agitur rei uendi-

catione. Nam si aliquis petat rem iure dominij uel quasi, non habet necesse dicere causam dominij, arg. ff. de excep. rei iudi. l. si mater. §. 1. & 2. Itẽ modus agendi est exprimendus, ut cum ex eadem forma uerborum plures modi agendi resultant, & ideò exprimendum est ad qđ agatur, uerbi gratia, ut cũ peto rem mihi furtim subtractã, dubitari potest an agatur actione ad exhibendum, uel rei uendicatione, uel condictione furtiua, uel actione furti. His enim omnibus actionibus agitur, pro re furtiua. Et in his omnibus actionibus satis cõpetunt illa uerba. Peto rem talem mihi subtractam, sed diuersi sunt modi, & diuersos sortiuntur effectus, ut ff. de condi. fur. l. si pro fure. §. 1. & 2. & l. in re furtiua, & ff. de rei uen. l. item si uerberatum. §. ulti. Item si ago sic, ago contra talem, qui arbores mihi incidit; dubitari potest an agatur ex illo edicto arborum furtim cæsarum, an ex lege Aquilia: Et ideò iudex qui curare debet certam ferre sententiam, ut instit. de accus. §. curare, petere debet exprimi quomodo, & ad quid agatur. Aliquando significat ius agendi uel petendi, ut inst. de act. in prin. Et secundum hoc dicitur, Nemo sine actione experitur, ut ff. de admi. tu. l. quotiens. §. 1. & ff. de nego. gest. l.
5 si pupilli. §. uideamus. † Vnũ tamen omitto ꝙ si actio, idest, formula uerborum ꝓponatur & inepta, reus absoluitur ab instantia iudicij, ut suprà. de iudi. c. examinata, & ff. si mensor fal. mo. dixe. l. 1. §. 2. Et quæ superius dicta sunt, locum habẽt secundùm utrunque ius, canonicum, & ciuile. Omnia igitur certa debet facere is, qui libellum pręsentat; quia non licet ei uagari cum discrimine alieno, ut ff. de iniur. l. prætor edixit. in prin. Et si hæc, quæ superius dicta sunt, fuerint ab actore seruata, saluum est reo beneficium deliberationis. Et notandum ꝙ in uniuersalibus iudiciis res exprimi non debent in libello, neq; in sententia; sed in executione sic, ut ff. de peti. hæred. l. 4. & l. si quo tempore, & ff. si pars hære. peta. l. 1. §. ult. Et hoc idem obseruandum puto, cum petitur ecclesia cum iuribus & pertinentiis suis, ut j. de resti. spo. c. cum ad sedem. in prin.

prin. Et cum petitur præbenda cum plenitudine iuris & honoris canonici, ut ĵ. de concef.præben. c.propofuit.in fi.Nam in talibus etfi pertinentia iura, & honores in libello, & in fententia non ueniat exprimenda; in executione tamen exprimi oportet. Nam aliàs executor fententiam in illis nõ exequetur,nifi actor probauerit, illa in quibus executionem fieri poftulat,effe de pertinentiis & de iuribus rei in libello petitæ;ut in petitione hæreditatis dictum eft; fi tamen actor in libello,uel reus in excipiendo hæc uoluntariè duxerit exprimenda, exprimuntur & in fententia, ut fupra, de offic. ordi. c. conquerente ĵ.de præfcr. c.auditis,& ca.
6 cum olim. †Sunt autem uniuerfalia iudicia hæc, petitio hæreditatis,familiæ ercifcundæ, actio ex teftamento cum uniuerfum petitur. Et fimilitudinariè idem poteft dici in præmiffis petitionibus, & cum ius epifcopale, uel archidiaconale uendicatur. Sunt & generalia iudicia ut cum agitur actione tutelæ, mandati, pro focio, & in talibus ac confimilibus non funt res exprimendæ in libello; fed in iudicio & in fententia,ut C.de iudi.l. licet.
7 ¶Effectus † libelli eft facere rem litigiofam,ut C.de litigio.auth.litigiofa res eft, & in auth.de litigio.§.1.colla.8.& fecundùm hoc intelligo ĵ. ut lite penden.c.ecclefia.& 11.q.1.c.quia res in litigio.¶Itẽ perpetuat actiones annales, ut eft actio iniuriarum,ut C. quan.libel.princ.da.li. con.fa.l.1.& 2. Item interruptionem præfcriptionis inducit; Et in tantum hoc uerum eft, ut fi quis in libello aliquem fibi obnoxium dixerit, etfi libellus nullam caufam contineat,uel fortè cõtineat unã folam omnium actionum, uel obligationum perfonalium,uidetur interruptio facta,ut C. de annali except.l.fi ex multis. ¶Sed oppones,talis libellus fic generaliter conceptus, & fine caufæ expreffione recipiendus non eft, unde tanquam ineptus nihil debet penitus operari. Refpondeo,hoc non fequitur.Nam & circa libellum fola executoris conuentio interruptionem inducit,ut C.de præfc.30.anno. l.ficut in rem. Leuiter aũt fit interruptio in odium præfcriptionis,ut innuit eadẽ.l.

fi ex multis.in fin. ¶Item libellus obligat porrigentem, caufam ad finem perducere,ut C.quõ,& quan. iud.auth.qui femel. Aliquando tamen licet porrigenti recuperare libellum,ne iuftæ pœnitudinis humanitas amputetur, ut 2.q.6.c.ei qui appellat.§.fi quis libellos,& C.de appel.l.fi quis libellos. Quod intelligo, cum nihil incõmodi adhuc fenferit aduerfarius, ut ff.de condi. caufa dã.l. fi ideo pecuniam, aliàs nõ liceret ei pœnitere cum alterius captione,ut ff. de interr. act.l.de ætate.§.
8 ult.& arg.ff.de reg.iur.l.nemo.†Sed & libellus accufatoris põt reuocari. ut 2.q.3. c. fi quem pœnituerit. & c.fi quis iratus. Et poft libelli oblationẽ licet defiftere fi ne pœna,ut ff.ad Turpil.l.quæfitum.& ff. de in ius uoc.l.libertus. Tenebitur tamẽ iniuriarum, eo q dato libello infamauit illũ, cui libellum porrexit,ut ff.de iniur. l.item apud Labeonem.§.fi quis libello. Quod uerum eft, nifi infcriptio fit fecuta libelli porrectionem, tunc enim non poffet accufatorem pœnitere, nifi ex caufa, ut C.de aboli.l.2.& 2.q.3.c. Paulum, & patere abolitionẽ dummodo reus non fit paffus aliquam iniuriam carceris feu uinculorum, ut C.de abolit.l.fallaciter. Et fecundùm hoc intelligo de accufa. c.li
9 cet. ¶Et nota † q in libello cõtinebitur dies dati libelli, ut d. auth. offeratur, in uerf. q non modo ex ipfius refponfione, fed ex libelli manifeftetur fubfcriptione.
10 †Sed fi fit libellus accufationis,continebitur in eo nomen iudicis corã quo agitur,accufatoris,& rei,crimen de quo agitur,& quandoq; perfona cum qua crimen dicitur effe cõmiffum, & locus in quo.Itẽ dies inftitutæ accufationis, & profeffio accufatoris, ut 2.q.ul. c.fi.§. libellorũ. Diẽ autem & horam commiffi criminis accufator inuitus comprehendere non tenetur,ficut hæc omnia quibufdam uerfibus continentur. Confule, menfe,die,coram prætore profeffus. Te deferre reum, crimen,loca, pone fodalem. Et licèt hora dies, nonmenfis prætereatur. ¶Item nota q † pro libello habetur refcriptum in citatorijs literis infertũ, quo ad inducias denegandas, ut ĵ.de dilationibus.c.prætерea, & hoc plenius ibi dicam.

SVMMARIVM.

1 *Reconuentio apud quem, & quando fieri debeat. & nu. 2. & 3.*

3 *Reus non reconueniens cōgruo tēpore an saluam habeat quęstionem in alio iudicio.*

4 *Reconuentio quando cesset, & coram quo iudice fiat & nu. 5.*

5 *Reconuenienti uolens respondere quando puniatur.*

6 *Conueniens aliquem una actione, an possit reconueniri pluribus.*

¶DE MVTVIS PETITIONIBUS. Rub.

Dictum est supra de libel. oblatio. sed quia plerunque ab utraq; parte porriguntur libelli, & mutuæ fiunt hinc inde petitiones; ideo subijcitur hic rubr. de mu. pe. ¶Videamus igitur Apud quem fieri debeant; Quando; & in Quibus casibus locum habeat reconuentio; & in Quibus cesset. Et quæ sit pœna actoris nolentis respondere libello recōuentionis, uel mutuæ petitionis. ¶Recon-
1 uentio †fieri debet apud eundem iudicē, apud quem fit & conuentio, ut infra eod. tit. c. 1. & 2. 3. q. 8. c. 1. C. de sent. & interloc. om. iud. l. cum Papinianus, & auth. & consequenter. Et si sic in idem iudicium istæ duæ quæstiones mutuæ concurrant, uicissim tractandæ sunt, & eadem sententia terminandæ. Si uerò non concurrāt, sed una prior, & alia posterior proponatur; tunc locū habet regula illa, qui prius appellat, prius agat, ut inf. de ord. cogni. c. cum dilectus, & ff. de iudi. l. qui prior. Sed quamuis dixerim, ꝙ ubi concurrunt duæ mutuæ petitiones, uicissim tradēdæ sint; tamen is, qui primò ad iudicium ꝓclamat, prior erit in omnibus, ut prius fiat contestatio litis in causa sua, prius de calumnia sua iuretur, prius recipiantur probationes, prius in ea sentētia concipiatur, & recitetur. Nec obstat quod dictum est, ꝙ eadem sententia terminetur; quia ueræ duæ sunt sententię, quæ feruntur circa duas quæstiones sese minimè contingentes; sed etsi se contingerent, ut cum agitur petitorio & possessorio à diuersis partibus etiam circa eandem rē, & adhuc dico fore duas sententias, quæ feruntur, ut j. de causa poss. & prop. ca. cum ecclesia. Dicuntur autem una & eadem sententia, quo ad contextum prolationis, quia unico contextu ambæ feruntur; sicut plures stipulationes respectu plurium rerum, dicuntur una & eadem stipulatio quo ad conceptum uerborum, ut ff. de uerb. oblig. l. si stichum. §. stipulatio. & ff. de dona. causa mor. l. senatus censuit. §. ult. unde si iudex pronunciaret in causa conuentionis, & differret pronunciare in causa reconuentionis, grauaret partem quæ reconuenit, & posset ab eo iustè appellari, ut ff. quæ sent. sine app. re. l. j. §. ul. Debet†autem fieri reconuentio statim ut dicit. d. auth. & consequenter. s. in ipsa lit. contest. siue parum ante, uel post; quia quæ incontinenti fiunt, inesse uidentur, ut ff. si cer. pet. l. lecta. & C. de pact. l. petens. Vel dici potest ut omnino necesse sit fieri reconuentionem à principio, & ante litis contestationem, si reus credat actorem in aliquo sibi fore obnoxiū, propter uerba quæ sunt in corpore Auctenticorum. de executorib. col. 7. §. illud. Non enim ibi dicitur statim, sed sic; non apud alium, sed apud eū mox à principio liceat conuenire. Sed utrunq; approbo, ut reus possit reconuenire actorem siue à principio cum actor libellum porrigit, siue usq; ad litē cōtest. & parum post, arg. C. de procu. l. nihil interest, & quia principium causæ dicitur contestatio. ut C. de iureiur. prop. calum. l. 2. ¶Sed hoc est sciendum, quandocūq; libellus reconuentionis porrigetur usq; ad lit. contest. & parum post, ut dictū est, reus tamen necesse habet respondere ad libellum reconuentionis lite contesta. in causa conuentionis, ut j. eo. tit. c. 2. ¶Sed quid si conueniam te ad. 10. & tu reconuenias me ad æquum, ego iterum reconueniam te ad bouem; nunquid admittar in ea ultima reconuentione? Nā quodam modo uideor te recōuenire respectu tuæ præcedentis reconuentionis, quæ potest dici conuentio respectu subsequentis; sicut & relator dicitur delator, ut C. de rebus credi. & iureiu. l. generaliter. Et puto non

rò non esse admittendam, ne sic tuæ petitiones in infinitum procedant. Sed fateor q; ego a principio potui uno libello te conuenire super. ro. & super bone, & super omnibus personalibus actionibus, ut ff. quib. reb. ad eund. iud. ea. l. 1. & 2. & supra de rescriptis. e. ult. ¶ Vnum tamen
3 non omitto, q; si reus non reconueniat congruo tempore, salua est ei quæstio in alio iudicio. ut in d. §. illud. Auth. de exe cut. Et quod superius dixi in duabus qõnibus locum habere regulam illam. Qui prior appellat, prius obtinet &c. cum utraq; qõ est ciuilis, & neutra præiudicialis. Itẽ cum utraque est criminalis, & neu tra maior. Item cum prima maior est, q̃ secunda. Sed & si secunda sit maior, adhuc obtinet regula; si tamen accusati nomen uolentis accusare accusatorem, rece ptum fuerit inter noĩa reorum. Nã tunc prætextu maioris criminis obiecti nõ differtur accusatio prioris. Ita & si quæuis alia exceptio ꝓponatur, ut ff. ad leg. Iul. de adulte. l. si maritus. §. præscriptiones. Fallit aũt regula cũ utraque querela est ciuilis, & secũda præiudicialis; quia de libertate, uel filiatione, ut insti. de actio. §. præiudiciales. ff. de libe. cã. l. ordinaria. C. ad le. Iul. de adult. l. quoniã. & de ord. cogni. l. j. & l. cũ hic status. Itẽ fallit cũ secũda est criminalis, & prima ciuilis, sed nõ præiudicialis, ut C. de ord. iud. l. ult. 3. q. 11. c. prius est. §. aliqñ. Itẽ fallit cũ utraq; est criminalis. sed secunda maior. ut d. c. prius est. & C. qui accu. non poss. l. j. Item fallit cũ utraque est par, sed tamẽ accusatus uult prosequi suã iniuriã uel suorum, ut ea. cã. & q. c. negãda. & C. qui accus. nõ poss. l. negãda. Si uerò reus aliquã actori qõnẽ obijcit, ut nõ ab eo aliquid petat, sed ut absoluatur ab impetitione ipsius, semper est de exceptione cognoscendum fundata primò intentione actoris, ut C. de proba. l. exceptum. & de excep. l. si qui dã. j. de ord. cogni. c. 1. & s. de renũcia. c. super hæc. C. de præscr. long. temp. l. em- 1 ptor. ¶ Cessat tamẽ recõuentio in actione
4 priuilegiata, ut in qõne restitutoria q̃ de 3 dignantis naturæ est, nec cõpatitur dissimilẽ qõnẽ, ut j. de ord. cogni. c. super spoliatione. Cessat & in præiudicialibus, q̃ 4 et secundo loco propositæ reijciunt alias qões, ut superius dictũ est. Cessat ubi primò proponitur criminalis, ut in præalleg. l. prius est. Cessat in excõicato, qui cõuenire põt, non conuenire, ut j. de excep. c. cum inter. Cessat coram arbitro, ut s. de
5 arbi. e. cum dilectus. Et nota † q; præmissa locum habent tã corã ordinario, q̃ coram delegato. Nam & delegatus in causa conuentionis, & de recõuentione cognoscere potest, ut j. eod. titu. c. prudentiam. ¶ Pœna nolentis respondere recõuenienti est sm quosdam, ut conuenienti non respondeatur, uel præcisè compellẽdus est respondere, ut j. eod. tit. e. 1. ¶ In summa
6 notandum † est, q; si conueniam te una actione, tu poteris me reconuenire pluribus, ut ff. de procurat. l. omnium. Item si conueniam te in decem, tu poteris me reconuenire in quãtitate maiori, ut ff. de iurisdi. omn. iudic. l. si idem cum eodem. Et hæc omnia locũ habent cum duo unus contra alium, agere uolunt. Vbi autem duo plures ue, & ex diuersis causis contra aliquem coram ordinario agere uolunt, & diuersis temporibus ueniant, tũc locum habet regula, qui prior appellat, prius agat, ut ff. de iudic. l. qui prior. Si uerò simul ueniant & concurrant, tunc aut agere uolunt ciuiliter, aut criminaliter. Si ciuiliter, tunc iudex eliget quẽ uelit, ut gratificationi sit locus, sicut aliter ff. de religi. & sump. fu. l. ultima. & j. de iure patrona. cap. cum aduocatus. Si autem criminaliter, iudex debet eligere magis idoneum, ut ff. de accus. l. si plures. Nec obstat inf. de accus. c. licet. Nam & si plures ibi detulissent à principio, tandem nec unus apparuit. Sed & si plures apparuissent, unus eligendus fuisset, ut superius dictum est.

SVMMARIVM.

Litis contestatio quid sit, & qualiter fiat. & nu. 2. & 3.

Plura si in libello ponuntur ad omnia respondendum est, ut sit plena litis contestatio.

Litis contestatio quid operetur,

¶ DE

¶ DE LITIS CONTESTATIO. Rubrica.

POST libelli oblationē & post mutuas petitiones, sequi debet litis cōtestatio; & ideò post tractatus illos subijcitur hic rubrica de litis contesta. ¶ Videamus igitur, Quid sit litis cōtesta. Qualiter fiat; & Quid operetur. ¶ Est aūt
1 † litis contestatio hincinde apud iudicē negocij principalis facta narratio p principales personas, non per aduocatos; nisi forte principales adeò fuerint indiscreti, ut eorum defectus per alios de licentia iudicis suppleatur, ut supra de iudi. c. pastoralis. Sic & si fiat interrogatio de facto, principalis debet respondere, ut ff. de interro. ac. l. si fine, quod locum habet in omnibus interrogationibus, quæ fiunt ante lit. contest. ut j. de dolo & contu. c. prout & ff. de interr. act. l. 1. locum habet & in positionibus, quæ fiunt post litis contest. quia probationum loco succedunt, ut no. s. de iudi. §. partibus. per eas autem nō fit contestatio, ut hic & supra de elec. c. dudum. Item locū habet, si iudex æquitate motus interroget super facto, quod fieri potest ante lit. contesta. & post usque ad sententiam. ut. ff. de interr. act. l. ubicūque. In his ergo, in quibus de facto quæritur, principalis respondeat si ætatem habeat ut de con. dis. 4. c. cum pro paruulis. sic & principalis per seipsum præstat iuramētum de calumnia, ut C. de iura. cal. auth. principales. Idem est in iuramento de ueritate dicenda. Est ratio in his omnibus, quia principalis persona melius nouit factum, quàm aduocatus; & ideo ipse, non aduocatus, de facto respondet, ut ff. de procu. l. si actor. & C. eo. ti. l. ul. Hoc autem fallit in quibusdam casibus s. de iud. c. pastoralis. ut dictum est. ff. de procur. l. non solum. 1. respon. Fallit in pupillo, qui per alium respondet. C. de iura. cal. l. 2. §. quod obseruari. C. de autho. præstā. l. clarum. Fallit in uniuersitate, quæ iurat & respondet per alios, per quos municipiū regitur. ut ff. de cond. & dem. l. municipib. & ff. ad muni. l. municeps. Fallit supra de iudici. c. intelleximus 5. q. 3. c. quia episcopus. C. de procurato. l. penul. in Auth. ut ab illustribus. fallit. C. de cura. fu. l. ul.
2 ¶ Contestatio † litis facienda est post libellum profectum. Nam lit. contest. præter hoc indultum habita, pro nihilo est habenda. ut 3. q. 3. c. induciæ. §. offeratur. nisi sit causa, in qua libellus non detur, uel de consensu partium remittatur ut no. supra de libel. obla. §. libellus. ¶ Sed quæritur, quare non fit lit. contesta. per positionem actoris, & responsionem rei; sicut per libelli oblationem, & rei narrationem? lex enim imponenda est rebus, & non uerbis. ut C. de usu. l. ultim. & C. communia delega. l. 2. in fine. Ad quod respondeo, positiones inuentæ sunt, non ad contestandum, sed potius ad probandum & ad releuandum ab angustiis testium producendorum, ut aliàs no. supra de iudi. ¶ Sed opponitur ex eo quod legitur infra de dolo & contu. c. prout, ubi post responsionem proceditur ad diffinitiuam. Sed ibi agitur de respondente ad interrogationem, non ad positionē. Vel ibi non fuit facta lit. contest. sed quasi, ex illa responsione. Unde ibi dicitur utpote lite quæ ingeritur contestata. q. autem ibi proceditur ad diffinitiuam, speciale est in odium illius rei calumniosi, qui totiēs subterfugerat iudicium. Et simile. C. quom. & quan. iu. auth. qui semel. ¶ Fit autem contestatio litis aliquando uera, aliquando non uera, sed quasi uera; ut per narrationem actoris & responsionem rei, intelligo contradictoriam. ut C. de iudi. l. rem non nouam. §. patroni. & sic intelligo. C. eo. ti. l. uni. Fit & quasi contestatio scilicet cum agitur actione reali, uocatur colonus uel inquilinus qui detinet nomine absentis, uocatus nominat dominum, datur tempus ad denunciandum, non uenit in termino dato; tunc ex his omnibus que procedunt. s. quia uocatur inquilinus uel colonus, quia auditur nominans dominum absentem, & quia datur tempus ad denunciādum domino, & expectatus in termino non uenit, habetur lis quasi contestata quantum ad interrumpendā longi temporis præscriptionem, ut j. tit. prox. c. quoniam frequenter. §. quòd si super rebus, & C. ubi in rem actio. l. 2. ¶ Sed est sciendum, quod si reus respondeat in

iudicio non ea mente, ut litem contestetur, uel ut in causam procedat, seu auctori resistat; sed iudici non ut iudici sed ut amico seu familiari negocij qualitatem exponat, protestans id se facere sine præiudicio suo, & subsequenter proponat aliquam dilatoriam exceptionem per quã declinet iudicium, non intelligitur facta litis contestatio eo quod fit a reo narratio, saluo iure suo. arg. pro hoc ff. quib. mo. pig. uel hypo. sol. l. si debitor. §. si in uenditione. ff. de neg. gest. l. Nesennius in fi. ff. de reli. & sump. fu. l. at si quis. §. Labeo ait, supra quod metus causa. c. perlatum 31. q. 2. c. Lotharius. supra de in inte. restit. c. eum uenisset circa fi. licet ar. contrarium sit supra de constit. c. cum M. ferrarien. & infra de appe. c. solicitudinem.
3 infra de testi. c. præsentium. ¶ Item † nota, q; si plura in libello ponantur, ad omnia respondendum est, ut sit plena litis contestatio. ar. ff. de appel. l. cum in una. ff. de noui operis nuncia. l. de pupillo. §. si plurium. 2. q. 3. c. Euphemium. §. notandum, in uerb. si plura. infra de sent. excõ. c. cum pro causa. & c. officij. Sed si reus neget omnia in libello contenta; uel si sic respondeat, sicut in curia romana fieri cõsueuit, nego narrata ut narrantur, & dico petita fieri non debere; puto, plenè fieri lit. contestatio. quasi ad omnia singulariter sit responsum. ar. ff. de uerb. obl. l. pluribus. in prin. & l. titio. in fin. ¶ Sed quid si peto a te decem, & tu confitearis, nũquid dicemus litem esse contestatam? Et uidetur q; non, quia confitens non uidetur subire iudicium; sed dandum est ei tempus ad soluendum. ut ff. de lega. t. l. si domus. §. in pecunia. ff. de iud. l. si debitori. & ff. indican. sol. l. & iudicatum solui. Et propterea superius dixi fieri contestationem per narrationem actoris, & per responsionem rei contradictoriam. ut C. de iudi. l. rem non nouam. §. patroni. ¶ Sed contra, post confessionem rei sequi habet sententia. ut ff. de confes. l. 1. Et secũdum hoc dicitur, in confitentem nullę sunt partes iudicis, scilicet, ad examinandum, discutiendum, & pronunciandum. ut ff. ad l. acqui. l. proinde. la 2. § ult. Et puto q; si quis ad iudicium uocatus, non expectans ad libellum de plano confiteatur se debere quod petitur, non sit lit. contesta. nec sequi potest sententia, sed mandatum, ut ff. quod metus causa. l. ul. Si uerò post libellum porrectum reus confiteatur, & contestatio facta intelligitur, & sentẽtia sequi
4 potest, ut superius dictum est. ¶ Litis † cõtestatio multa operatur. Sed de multis aliqua perstringamus. Tollit dilatorias exceptiones. ut 3. q. 6. c. si quis episcoporũ. §. exceptio C. de prob. l. exceptionem. C. de excep. l. si quidam. C. de proc. l. licet & ff. de proc. l. Pompo. §. rati. & j. de sent. & re iud. c. inter monasterium. C. de exce. c. pastoralis. nisi postmodum ad illius notitiam aliquid perueniat, qui proponit, propter quod dilatoria exceptione utatur ut d. c. pastoralis. j. de testi. c. præsentium. & s. de offi. deleg. c. insinuatione, & j. qui ma. accu. pos. c. consuluit. ¶ Item trãsmittit causam ad hæredem ex delicto defuncti. ut C. ex delic. defun. l uni. Item litis contesta. hoc operatur, ut fructus post litis contestationem percepti & expensæ factæ post litis contesta. ualde contingãt officium iudicis, ut ff. de ædil. edi. l. ædiles. §. sciendum. Nam illa per officium iudicis ueniunt. ut inst. de offi. iud. §. illorum, & §. præterea. Item facit procuratorem dominum litis, ut C. de procu. l neque. ¶ Item præstat uni ex legatarijs potestatẽ optandi. ut ff. de leg. t. l. si pluribus. ¶ Item conditionem occupantis meliorem constituit. 1
ut s. de procu. c. non iniustè. ff eo. ti. l. pluribus. Itẽ in multis iuris articulis inspicitur tempus lit. contest. ut ff. de neg. gest. l. litis ff. de donatio. inter uir. & uxo. l. quod aũt in princ. ¶ Item ante litem contestatam non dicitur quis agere, sed agere uelle, ut ff. rem ra. ha. l. amplium.

SUMMARIUM.

1 *Testes quando lite non contestata recipiantur, & ad sententiam diffinitiuam procedatur. & nu. 2.*
3 *Contumacia quot modis committatur.*
4 *Procurans uel impediens ne ad eum citatio ueniat, pro citato haberi debet.*
Contumacia uera quæ sit, & quæ præsumpta.
5 *Mora in iudicijs & compromissis purgatur.*
Actiones

6 *Actiones missæ qua dicantur, & quæ in eis seruari debeant.*
7 *In interdictis quid sit seruandum.*
8 *Citatus ad cuius notitiam citatio non peruenit, non comparens, an pro contumace habeatur, & possit contra eũ sententia ferri.*
9 *Iudex contra contumacem, qui ex eius mandato certo die adesse debet, nullo emisso edicto procedere possit.*
10 *Procuratoris contumacia an & quando domino noceat.*
11 *Contumax non in iudicio sed in executione si quis fuerit, quid iuris.*

¶ VT LITE NON CONTEstata non procedatur ad testium receptionem, uel ad diffinitiuã sententiam. Rubr.

QVIA initium causæ in litis contestatione consistit. ut. C. de iureiu. propter calum. l. 2. in prin. ante initium ad sequentia causę procedi non debet, hoc est, ad testium receptionem, & sententiam diffinitiuam. Et ideò intulatur hæc rubrica, ut lite non contesta. non procedatur ad testiũ recep. uel sententiam diffinitiuam. ¶ Videamus igitur an hoc in causis singulis sit obseruandum. Et quod sit officium iudicis contra contumacem ante litem cõtestatem, & post litem. ¶ Et est sciendum † ꝙ regulariter uerum est, ꝙ lite non contesta. non est procedendum ad testium receptionem, ut ff. eo. tit. l. quoniam in principi. Fallit hoc in quibusdam casibus, ut cũ de morte testium timeatur, uel de absentia diuturna, & ciuiliter est agendum; tunc enim ne ueritas occultetur & probationis copia fortuitis casibus subtrahatur, senes ualetudinarij & absfuturi, lite non contestata, sunt admittendi, siue pars contra quam producũtur sit contumax, siue absens ut conueniri non possit. Sed si is, qui produxit, non conuenerit aduersarium infra annum ex quo cõueniri poterat, uel saltem non denunciauerit ei ꝙ testes sint contra eum recepti, attestationes illæ non ualent; ne fortè hoc faciat productor in fraudem, ut reus perdat probationem exceptionum, quæ sibi in personas testium competunt, uel in eo super quo producuntur, ut habetur hoc totum. j. eo. c. quoniam. j. respon. Et idem puto cum lis mota est, sed non cõtestata. ¶ Sed in causa matrimonij carnalis & spiritualis cum de fœdere agitur, potest procedi ad testium receptionem & sentētiæ prolationem, si de causa liqueat: ut d. c. quoniam. §. porrò. Et illi duo casus locum habent cum altera pars contumax est, siue lite iam mota & non contestata, siue nõdum mota, ut ex ipsa litera colligitur. Itē cum agitur de fœdere matrimonij contrahendi. Et in his casibus is qui producit, non arctatur conuenire aduersarium infra annum, uel denunciare ei de attestationibus sic receptis, ut in casibus superioribus. Item hic recipiuntur sani, & ualidi; ibi senes, & infirmi, & absfuturi. Hic statim publicantur; ibi usque ad annum consignantur. Hic ualent post annũ: ibi non, nisi infra annum fiat conuentio, uel denunciatio. ¶ Sed quid si agatur de matrimonio contracto, & separando? Respondeo, refert an agatur ad separationē adulterij ratione: Et tunc non lite contestata procedi non potest ad testium receptionem, ut j. eo. tit. c. 1. in fi. An quia per peccatum subest impedimentum, propter quod matrimonium non subsistat. Et tũc si is, contra quem procedendum est, contumax sit uerè uel præsumptiuè, procedi potest lite non contestata ad receptionē testium, & sententiam diffinitiuam, ut j. qui filij sunt legi. c. perlatum. Et idem si alter non fuerit contumax sed uagabundus ut inueniri non possit. ut j. qui ma. accu. pos. c. relatum. sed si iusta de causa sit maritus absens, tunc contra eum procedi non debet, ut j. eo. tit. c. quoniam. § si uerò. Quidam tamen dixerunt illas decreta. c. perlatum, & c. relatum, fore correctas per d. §. si uerò. Sed uerius puto, sic distinguendum esse, sicut superius dictũ est. Vbi uerò agitur de spirituali matrimonio iam contracto, tene quod dicitur in
2 §. si uerò in prin. ¶ Sunt † & alij casus speciales, quibus similiter procedi potest ad receptionem testium lite non cõtestata, ut cum excessuum inquisitio imminet facienda; uel cum id, quod gestum est, petitur

tur publicari, ut inf. eo. c. quoniam. §. sunt & alij ꝫ. de testibus. c. significauit. & cap. Albericus. Sed magis proprie loquitur, si in his casibus dixero absque litis contesta. ideo ante litis contesta. procedi; quia in inquisitione non est actor, uel accusator, sed fama loco accusatoris habetur, etsi aliquando quis adiuuet inquisitionem, ut ꝫ. de sent. & re iud. c. cum I, & A, nec libellus offertur, nec contestatio fit; quia totum procedit ex superioris officio, qui ad clamoré descédit & inquirit, ut 2. q. 1. c. Deus oipotés. i prin. Et idé est, ubicunq; procedit ex officio iudicis, ita ut officiũ iudicis nõ fit loco actionis; alioquin secus, ut s. de offi. iud. c. ultimo. Item est, ubi aliquid incidenter proponitur & probatur, nam & tunc ante litis contest. testes producuntur ad probandũ articulum incidentem, ut inf. de testib. c. ueniens. ꝫ. de appel. c. super eodem. suprà de for. compet. c. licet. Idem est in causa appellationis, cũ una parte præsente proceditur, quod fieri potest ut. C. de tempo. appel. l. ulti. 2. q. 6. c. ei qui appellat. Idem cum agitur de statu ecclesię ut ꝫ. de testibus. c. cum olim. Nam hoc obtinet cũ agitur de statu hominis. ut ff. de fideicom. liber. l. in fideicõmissarijs l. hæredo. l. apud Iulianum l. si legatario & l si cum. § pen. Idem est in casibus spiritualibus ꝫ. de dolo & contu. c. prout. C. quom. & quan. iu. auth. qui semel. Idem ubicunque ecclesia ex officio suo procedit. ut ꝫ. de consang. & affi. c. literis, ꝫ. de testibus c. cum in tua inf. de iureiu. c. ad nostram 24. q. 2. c. sanè profertur. Idem in quodam casu speciali. C. de pœ. l. ne diu. ¶ Et nota quòd cum iudex uel ecclesia ex officio suo procedit, uel cum aliquid quod gestum est petitur publicari, ut in d. c. significauit. & c. Albericus, uocari debent omnes quos productio testium tangit & lædere potest ut. ff. de adop. l. nam ita. ff. de mino. l. in causæ. §. causa. C. si se ab heredi. absti. auth. ad hæc. & in Auth. ut sponsali. largitas. §. ad hæc. colla. 9. C. ad le. falci. auth. sed cum testator. C. de autho. præstan. l. ulti. ¶ Et no. quòd inter istam productionem, cum petitur aliquid publicari per testes; & illam, de qua loquitur d. c. quoniam in princ. differentiæ multæ sunt. Nam in illa producuntur tantum senes, & ualitudinarij, & absfuturi; hic omnes. Illa fit contra contumacem; hic contra nullum. Illa cum lis mota est, uel mouenda; hic cum nec mouetur, nec mouenda speratur, sed timetur ne aliquid moueatur. Illam facit actor; hanc facit is, qui se reum futurum timet; cogitat enim, quòd poterit aliquando sibi controuersia fieri, & ideo munit se ipsum. In ista fit publicatio statim; in illa fit consignatio usque ad annum. In hac non requiritur conuentio, uel denunciatio; in illa sic. Item hæc fit præsentibus his, qui lædi possunt; illa absentibus per contumatiam. Hic attestationes conuertuntur in publicum instrumentum; sed ibi remanet in actis. ¶ Nunc

3 uideamus † quid sit officium iudicis in contumacem ante litis contesta. & post litem. Et primò uidendum est, quot modis contumacia committatur. Et est sciédum quòd quinque. Primus, cum quis citatur tribus edictis, uel uno pro omnibus peremptorio, præsentiam sui facere contemnit. ut. ff. de re iudi. l. contumacia 24. q. 3. c. de illicita. ꝫ. eod. titu. c. quoniam. §. porrò. Secundus, cùm ueniens iudici non paret. Tertius, cum ante tempus discedit ut 11. q. 3. c. certum est 18. dist. c. si quis autem. Quartus, cum se malitiosè occultat. Quintus, cum impedit ne possit ad eũ citatio peruenire, ut d. §. porrò. & 5. q. 2. c. quidam. ff. de euic. l. si dictum. §. si præsente. ff. quod ui aut clam l. 1. §. quòd si

4 ui. in fin. † pro citato enim debet haberi is, qui procurat uel impedit ne ad eum citatio ueniat ut. ff. de reg. iur. l. ad ea. §. semper & l. iure ciui. & ff. de cond. & demõst. l. iure ciui. & l. quibus diebus. Ité sciendũ est, q est contumacia uera, & est cõtumacia præsumpta. Vera est, cũ quis citatus & inuentus nullum habens impedimétum uenire contemnit; uel ueniens iudici nõ paret; uel contumaciter ante tempus discedit. Præsumpta, cum quis solenniter citatus nec uenit, nec mittit procuratoré in termino constituto. Sed si adhuc iudice sedente pro tribunali uenerit, tollitur, illa præsumptio per aliam præsumptionem,

nem, præsumitur enim quòd parum audi uerit uocem præconis, ut ff. de in integ. resti. l. diuus. Nam uox præconis paucis innotescit, ut C. quom. & quan. iud. auth. qui semel: & propterea iudex expectare potest citatum in diem alterum æquitate suadente, ut supra. de offi. dele. c. consu-
5 luit. †Nam in iudiciis, & in compromissis mora purgatur, ut ff. si quis cau. l. si post tres. C. de fideius. l. sancimus. Vnde si contingat procedi contra absentem eo quòd præsumptiuè contumax habeatur, si postmodum ueniens doceat se abfuisse iusta de causa, restituitur, ut ff. & C. ex quib. cau. ma. per totum. j. de sen. & re iudi. ca. cum Bertoldus. Iudex contumaciam punire potest. Ideo autem dico potest, quia non semper cogitur, ut no. supra. de offi. deleg. §. in summa. Puniet autem per missionem in possessionem, si locum habeat missio; ita ut in reali mittatur in possessionem rei petitæ; in personali autem pro modo debiti declarati in libello, ut C. de episco. & cleri. auth. generaliter. Nam etsi decem in libello petuntur, fiet missio in possessionem rei alicuius ualentis. 10. uel aliquantulum plus; quia pignus siue prætorium, siue conuentionale, plus debet ualere, quàm debitum, prius tamen examinato negocio, ut C. de bon. auth. iudi. pos. auth. & qui iurat. & summatim, ut ff. ut in pos. lega. l. si is a quo. §. 1 & j. eod. ti. c. quoniam. §. si super rebus. Nã ad missionem iudex festinare non debet, ut ff. de damno infec. l. si finita. §. si fortè. Summariam autem cognitionem intelligo in hoc casu fore recepto uno ex testibus, quos actor intendit producere in principali; uel lectis instrumentis, per quæ actor intentionem suam fundare intendit; uel recepto iuramento actoris, quod non calumniosè agat. argu. ff. ad exhib. l. thesaurus. C. de fid. instr. l. ult. s. de elect. c. cùm dilectus. Cætera de mittendo in possessionem contra contumacem ante litem contest. uel post, in reali, uel personali, uel quid fieri debeat si locum non habet missio. dic ut no. s. de iud. §. iudicio. & §. si actor. & §. si uerò lis sit uere contest. & §. hæc omnia. ¶ Sed quæritur †quid obseruari debeat in actionibus mistis, de quibus. d. c. quoniam, nihil dicit, sed tantum de realibus & personalibus. Sunt enim quędam actiones mistę, ut Familiæ erciscundæ. Communi diuidundo. Finium regundorum, ut institu. de actio. §. quædam. Mistæ ideo dicuntur quia ad res dantur, & quia in eis ueniunt personales præstationes. In his ergo hoc seruatur circa missionem in possessionem; quia in quantum dantur ad res, sequuntur naturam realium actionum, ut fiat in eis, quod in realibus fieri solet & debet; In quantum uerò dantur ad personales præstationes, naturam personalium imitentur, & iudex procedat in eis, ut in personalibus circa missionem, ut ff. fami. erc.
7 l. item labeo. §. famil. ercis. ¶ Item † quærit quid in interdictis debeat obseruari. Sunt enim personalia, in rem tamen scripta, ut ff. de interdict. l. j. §. ult. Et puto interdicta imitari naturam realium actionum circa missionem faciendam. Et idem puto in actione, quod metus causa. quæ etsi sit personalis, ut ff. quod met. cau. l. metum. §. uolenti. & §. licet. in re tamen scripta est, ut ff. eod. titu. l. si cum exceptione. §. aliquãdo. & §. pedius. ¶ Itẽ
8 † quæritur, quid si edictum uel citatio non perueniat ad citatum? Videtur quod contumax non sit, ut ff. quæ sen. sine app. non reci. l. j. §. item cum ex edicto. C. quõ & quan. iud. l. ea quæ, & ideo in eum tanquàm in contumacem procedi non debet; & si processum fuerit, uidetur quòd sententia nulla sit, ut in d. l. ea quæ, & 3. q. 9. c. caueant. Alij autem dicunt, sufficit si diligẽs facta sit inquisitio, licèt absens non sit inuentus, ut j. de cle. non resi. ca. ex tuæ. inf. qui ma. ac. pos. c. relatum. denunciatione domui uel ecclesiæ facta, ut inf. de do. & contu. c. uenerabilis. j. de eo. qui mit. in pos. causa rei seruan. c. si aduersarius. ff. de libe. agno. l. j. in prin. ff. de dam. infect. l. 4. §. prætor. 16. q. 3. c. placuit. §. potest. in uers. is autem. sollicitatis consanguineis & amicis, inf. qui fil. sunt legi. c. perlatum. ff. ex qui. cau. ma. l. ergo. ff. ex quib. cau. in pos. ea. l. hęc autẽ. His enim præmissis absens præsumitur contumax, unde in eum tanquam contumacem procedi potest, ut C. de iud. l. properandum. §. & si

§.& si quidem.ff.de euict.l.etsi dictum.§. si præsente.& l.si uerò.ff.loca.& con.l.ité quæritur.§. exercitu. Et puto hoc,quod superius dictum est, uerius esse. Nec obstat.§. ille, item cum ex edicto. Nam ibi loquitur, cum edictum propositum non est; & quod ibi sequitur, neque in notitiam peruenit absentis,ad maiorem exagerationem dictum intelligo; sufficiebat enim dici,quòd neque propositum est,ad ostendendum q sententia lata contra absentem nulla sit; sed factum exagerans adiecit, neque in notitiam peruenit absentis; sufficeret tamen solenniter propositum fuisse, & si ad citati notitiam nõ ueniret, sic loquitur.l. ab eo.C.quom. & quan. iud. & auth. omnes.C.si minor ab hęredi. se absti. & l.properandum.§.1.C. de iud. Item non obstat illud. c.caueant, quià loquitur de absentibus non per contumaciam,utpote, qui nec citati fuerunt.
9 †Item quęritur,quid si iudex mãdet parti certo die adesse, si non adsit nunquid in eum tanquam in contumacem procedi potest nullo misso edicto? Respondeo
10 sic,ut C.quom.& quan.iud.l.cessante†Ité quæritur, quid facere debeat iudex, procuratore contumaciam committente? Respondeo procedet contra procuratorem, & nihilominus contra dominum, si dominus sciens non purget eandem,ut inf. eo. tit.c.1.in fin. Cæterum si dominus ignorat, contumacia oberit soli procuratori qui commisit eam; & hoc ante litis conte.ut ff.si quis ius dic.non ob.l.j.§.si procuratori.ff. quod quisque iur.l.3.§ j.ff.ad le.aquil.l. proinde.§. j. Sed contumacia procurator s post litis contest. commissa nocet domino etiam ignoranti, ut ff. de doli exce.l. si procurator.§.si post litem. Sed domino dabitur actio mandati contra procuratorem, ut sic contumacia sua ei soli sit damnosa futura, ut dicit d.l. si procurator. in fi.Et sic intelligo.ff.de tributo.l.procuratoris. Sic etiam in confessione procuratoris obtinet. Nam si procurator in iudicio confiteatur contra dominum, oberit procuratori confessio, ut ff.de procu. l. non solum,in principio;sed domino nullum faciet præiudicium uolenti probare cõtrarium, ut ff.de interr. act.l.si sine.& l.si defensor.& ff.de confess.
11 l.certum.§.sed an. ¶Ité†quæritur,quid si aliquis non contumax in iudicio, sed in executione, quia non patitur iudicem exequi sententiam? Respondeo, iudex potest eum de contumacia punire, ut supra de offi.deleg. c.ex literis patriarchæ. ff.si quis iusdic. non obtem.l.j. §.is uidetur ius dicenti nõ obtemperare,qui quod extremum est in iudicio non facit;& propterea iurisdictio delegata durat usq; ad executionem,ut de off.deleg. c.in literis. & infra.de sen. & re iud.c. quod ad consultationem.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumniæ quid sit.*
2 *Iuramentum calumniæ quid cõtinere debeat.*
3 *Iuramentum calumniæ quando sit præstadũ.*
4 *Iuramentum de calumnia, & iuramentum de malitia quot modis inter se differant.*
5 *Iuramentum de ueritate dicenda in quo differat à iuramento de calumnia.*
6 *Iuramentum decisorium quando defertur.*
7 *Iuramentum præstare qui debeant.*
8 *Iuramentum calumniæ in quibus causis præstetur.*
9 *Iuramentum calumniæ an præstari debeat in causis ciuilibus, & criminalibus.*
10 *Iuramentũ calumniæ ad quid fuit inductũ.*
11 *Pœna iurare nolentis quæ sit.*
12 *Iuramentum calumniæ quare in spiritualibus non præstetur.*

¶DE IVRAMENTO CAlumniæ. Rubrica.

EGimus supra de iud. & de lit.contest.sed quia actione in iudicio edita,& litis contestatione facta,succedit ex ordine iuramentum de calũnia. Ideo subijcitur hic rubrica de iuramento calum.¶ Videamus igitur Quid sit iusm calumniæ Quæ in se capitula contineat. Quis præstare debeat hoc iuramentum. Quando præstetur. Et in quibus causis locum habet huius iuramenti præstatio: Et quare inductum est hoc iuramentum. Et quæ sit pœna iurare nolentis. ¶Iura-
1 mentum † calumniæ est, cùm quis iurat se bona

V 2

ſe bona fide, & non calumniandi animo cauſam mouiſſe;uel quòd putans ſe bona inſtantia uti ad reluctandum peruenerit.vt C.eo.titu.l. 2.§.1.Sed quia poſſibile eſt,quòd actor à principio non mouerit cauſam animo calumniandi,nunc autem tempore iuramenti moueat calumnioſè.arg.ff.de dam.infec.l.qui bona.§.ſi quis ſtipulaturus,ideo non ſufficit iurare de præterito,ut dicat actor nô mouiſſe; ſed adijciat,nec mouere.Et eodem modo reus adijciat,quòd non calumniandi animo reſiſtat,vt probâtur hæc.ff.fam.ercisc. l.inter cohæredes.§. ſi famil.ercisc. Vnde hoc iuramentum dicitur calumniæ,ſcilicet uitandæ,uel non committendæ;ut dicitur ſic iuramentum de malicia,uitada, vel non committenda, ut ſupra de elect. c.cû dilectus;ſicut dicitur aliás unuſquiſque habeat ſuam propter fornicationem uitandam,uel non committendam. Eſt autem calumnia cum quis iniuſtè ſcienter agit,uel defendit.ff.ad Turpil.l.j.§.calumniari.& 2.q.3.c.Euphemium.§.notâdum.

2 ¶Continet † autem iuramentum quædam capitula,quæ his uerſibus comprehenduntur.Illud iuretur, lis ſibi iuſta videtur. Et ſi quæretur,uerum non inficietur.Nil promittetur, nec falſa probatio detur.Vt lis tradetur,dilatio nulla petetur. Hæc capitula colliguntur per uaria iura.vt C.eo.ti.l.1.& 2.& auth. principales.& in Auth.de his qui ingred.ad appel.§.ult.& pe.colla.5.ff.famil.ercisc.l.inter cohæredes.§.qui famil.her.

3 ¶Præſtatur † hoc iuramentum ſtatim lite conteſta.vt j.eo.ti.c.cum cauſam.C. eo.tit.§.1. ſemel autem præſtatur in tota lite.ut C. eo.ti.auth.hoc ſacramentum. Vnde correcta ſunt illa iura antiqua, quæ dicunt pluriès poſſe de calumnia iurari. ut ff.de dam.infe.l.q bona.§. ſi is ſtipulaturus.ff. qui ſatiſ.cog.l.de die.§.iubetur.ff.de iure iur. l.iuſiurandum. Quidam tamen dixerunt,quòd authen.quæ prohibet pluries iurari poſt litê côteſt.non tollit iura permittentia pluriès iurari ante litê;uel ſemel ante litem, & ſecundò poſt litem. Sed hæc non placet,quare tantû poſt lit. côteſt.iuratur de calumnia,ſicut dictum eſt;hoc tamen fallit in quibuſdam caſib. in quibus ſecundò de calumnia iuratur, vt inf.de teſt.c.in cauſis.& c.pe.in Auth. de teſti.§.quia uerò.colla.7. quæ authenticæ poſteriores ſunt illa, hoc ſacramentum;& in alio caſu.C.de fi. inſtr.l.ult.Veritamê dici poſſet caſib.illis non iurat de calumnia,ſed de malicia.

4 ¶†Differunt autem hæc duo iuramenta in quatuor; quia iuramentum calumniæ præſtat poſt litem côteſt. iuramentum de malicia ante & poſt,ante ut ſ.de ele.c.cum dilectus j.de excep.c.paſtoralis.j.de reſt.ſpo.c.literas,circa fi.poſt litem conteſt.ut in præmiſſis iuribus de teſti.& fid.inſtr. Secundò differunt,quia iuramentum de calumnia præſtatur ſemel in tota lite,vt dictum eſt;ſed iuramentum de malicia præſtatur toties,quoties quis in iudicio aliquid proponit uel poſtulat fieri, ex malicia procedere timetur vel præſumatur. Tertiò, quia iuramentum de calumnia tantûmodo locum habet in prophanis;ſed ſacramentum de malicia locum habet tam in prophanis, quàm in ſpiritualibus, ut probatur per iura præmiſſa.Quartò,quia per iuramentum de calumnia prouidetur ne aliquid fiat calumnioſè in tota lite; ſed per iuramentum de malicia prouidetur, ne illud quod proponitur uel petitur, in quo ſuſpectus habetur proponens,malicioſè proponatur uel petatur.

5 ¶Eſt & tertiû † iuramentû, quod in cauſis eccleſiaſticis frequentatur, ut eſt iuramentû de ueritate dicenda.Sed & iſtud iuramentû habet ſuas conditiones,& differt, a iuramento calumniæ in tribus.Primò,quia iuramentû de calumnia locû non habet in ſpiritualib.cauſis,vt j.eo. c.literas;ſed in temporalibus,& pecuniarijs vt j.eo.ti.c. cæterum,c.cum cauſam,&.c.ulti. Sed iuramentum de ueritate dicenda locû habet in ſpiritualibus,vt ſ.de ele.c.dudum: ſucceſſit enim in defectum iuramenti de calumnia.Sedò differt, quia in iuramêto de calumnia reſpondetur de credulitate ut in Auth.de his qui ingre.ad ap.§.pe.& ul.Sed in hoc iuramento non reſpondeô niſi de ueritate,nam hoc ipſum uerbû ſonat.ut ff.iudica.ſol. l.iudicatum.& ar. ad idê.ff.de le.3.l.nô ait.tertiò,quia iuramêtum de calumnia multa continet capitula.

la, quę in iuramento de ueritate dicenda locũ non habent. ¶ Vnum tñ non omitto, ꝙ cum iuramentum de ueritate dicẽda successerit in locum iuramẽti de calũnia quia tunc istud præstat̃ qñ illud locũ non habet, puto ꝙ in tempore imitatur naturam illius ut præstetur statim post litẽ cõte.ar.ad hoc ff. de peti.hære.l. itẽ ueniũt. §.cum prædiximus.C.comm.de leg.l.1.
6 ¶ Est & iuramentum decisoriũ, † quod ẽt in causis spiritualib. defertur reo propter periculum animæ, actore non probante, ut j. de despon.impu.c.continebatur, & c. attestationes. Et idem in causis non spiritualibus.ut ff. de iureiu.l.admonendi, nisi iudex inspectis personarũ & causæ circũstantijs illud actori uiderit deferendum ut j. de iureiu.c.ult.s. de renun.c.sup hoc s.quod metus causa.c.ult.2.q.1.c.in primis.C.unde ui.l.si qñ.in auth.de trien.& semis.§.studium, colla.3. ff. de re mil.l. non omnes.§ sed licet, hoc tamẽ plenius
7 dicemus j.de iureiu. ¶ Præstant hoc † iuramentum principales personæ ut C.eo. tit.auth.principales j. eo.ti.c. ult. Et primò actor, & postea reus.ut C.eod.tit.l.2. Nec obstat ꝙ legitur inst.de pœna teme re litigan.§.ecce enim.& §.item actoris. quia ibi non ordo iurãtium ponitur, sed denotantur personæ quæ iurant. Iurãt tutores & curatores ut.C.eo. ti.l. 2.§.quod obseruari. Et idẽ dico in his qui præsunt municipijs. Nam ipsi, uel maior pars ipsorum iurare debent, ut C.eo.ti.l.2.§.hoc, & ff. de cond & demon. l.municipibus. Licet quidã dixerunt, maiorem partem ciuitatis, uel ipsam uniuersitatẽ iurare debere. sed hoc difficile ẽ. Iurãt syndici & œconomi qui cãm omnino nõ nesciant ut j. co.ti.c.in pertractandis. Iurant actores, & defensores uniuersitatũ, ut j.eo.ti.cap. cum causam. Iurat procurator datus in rem suam; ipse enim est dominus causæ, nam ad eum spectat commodum uel incommodum.ut 2. q. 6. c. biduũ. §.palam est.ff.quando app.fit. leg 1.§.in propria. C. de procurat.leg. qui stipendia. Iurat episcopus etiam in causa ecclesiæ, si per seipsum causam agat, ut infra eo. tit.cap. ultim.propositis & non tactis euangelijs. sicut cum producitur in testem ut ibidẽ & C. de epis. & cle.auth.sed iudex; præsentia enim sanctorum euangeliorum terrorem inducit, & suffragium ueritati impendit, ut C. de iud.l.rem non nouam. & simile.11. q.1.c.nec honore. & in Auth. ut defunc. seu funera. §. oportet colla. 5. Secus est cum episcopus hæresim abiurat, tũc enim tangit corporali tactu euangelia, ut 1. q.
8 7.c. quotiens cordis oculus. ¶ † Præstatur hoc iuramentum post litis contest. ut superius dictum est. Præstatur in omnibus causis tam ciuilibus, quàm criminalibus: dummodo non spiritualibus, uel spiritualibus annexis. Et quod in criminalibus iuretur de calumnia, probatur.C.eod.ti. l.j. Nam ita dicit, in omnibus causis; causa autem dicitur criminalis, lis pecuniaria, ut C. de transac.l.causas, uel lites. Itẽ ex eo quod dicit, siue propter quicquam aliud. Facit pro hac sententia. C. de fide inst.l.ult.& C. de pœna iud.qui ma.iudi. auth.nouo iure. C. de autho.præstan.l.clarum. Et hoc dixerunt Bul. Ioan. Bap. Sed Mar. cõtra. Nam in criminalibus sufficit, si actor puniatur similitudine supplicij, ut C. de accusa.l.ult.& 2.q.3.c.1.2.& 3.& 4. Item lex dicit, publica iudicia nec quicquam simile habent cum cęteris iudicijs. ut insti.de publicis iud.in prin. Itẽ in criminalibus, quæ sanguinis pœnã irrogãt, licitum est alicui sanguinem suum qualitercunq; redimere, ut ff. de bonis eorum qui mor.sibi consciue.l.1. Vnde in criminalibus aliquando parcitur ei, qui calumniam ingerit, ut ff. de bonis liberto.l.qui cum maior.§.si pœnis. Item facit pro parte ista. C.eo.tit.l.2.in prin.ubi dicit sancimus in oĩbus litibus &c. † Puto in om-
9 nibus causis ciuilibus, & criminalibus iurandum esse de calumnia. Nec obstat lex illa.ff. de bonis eorum &c. timendum est enim, ne accusator probet calumniosè. Item non obstat lex insti. de publi. iudi. qa criminalia & ciuilia iudicia in multis habent similitudinẽ, in libelli oblatione, in iudicij examinatione, in sniæ prolatione. Dicuntur aũt non habere quicquã simile quo ad finẽ; quia in ciuilibus agitur ad aliqd dãdũ, uel faciẽdũ; In criminalib. uerò ut reus puniat̃. Itẽ nõ obstat lex.ff. de bonis eorũ qui mor.sibi cõsciue.l.j. qa illud

illud in transactionibus locum habet,& licèt in quibusdã criminib. permittatur
10 transactio,non tñ calumnia. ¶ † Inductũ est est hoc hoc iuramentũ calũniæ ad ueritatem elliciendam ut j̄.eo.c. cæterũ. Itẽ ut sacramenti timore litigatorum instantia compescatur ut.C.eo.ti.l.1. Itẽ ut propter religionem iuramẽti quis immemor non sit suæ salutis.ut 1.q ult.c.scimus.§.à
11 calumnijs cesset. ¶ Pœna † iurare nolentis est,ut actor cadat ab actione instituta per iudicantis sententiam;reus autem pro confesso habeatur, & cõdemnetur in his capitulis, quæ sunt in narratione cõprehensa,ut j̄.eo ti.c.ult.C.eo.tit. l.ult.§. ult.in Auth.ut litigan.iurent. §. 1.in fin.
12 ¶ † Quæritur quare in spiritualib.causis non iureẽ de calumnia, cũ in spiritualib. perniciosior sit calumnia,quàm in alijs? Nam circa maiora maius periculũ uertitẽ 13.dist.c.quęscamus.7.q.2.c.ult. ff.ad carb. l.1.§.2. Respondeo, iuramentum de calumnia multa cõtinet,& ad multa arctat iurantem; & in causis spiritualibus nõ est rigor huiusmodi obseruandus, qui in causis alijs obseruatur, ut inf.de dolo & contu. c. 1. Et propterea in locum illius iuramenti multa continentis successit iuramentum de ueritate dicenda, ex quo nihil aliud prouenit nisi ut ueritas exculciatur. Item quæritur pone, q agam contra te rei uẽdicatione, tu scis rem meam esse,sed nihilominus uis resistere propter actionem de euictione, nunquid ergo iurando de calumnia peccas? Videtur q sic, quia negas rem meam esse & mentiris. Item iuras,q putas bona instantia uti ad reluctandum ueris; & hoc falsum est, quia non bona instantia reluctaris. Quidam tamen dicunt, q non peccas si ideo hæc facias, ut cõmittatur actio de euictione, in processu tamen iudicij confiteberis ueritatem. Non enim uidetur dolo facere, qui ideò facit, ut sibi stipulationem de euictione cõmittat, ut ff.de neg.gest. l. at qui natura.§. cum me absente.ff.de iureiur.l. si quis de libertate.ff.de libera li causa.l. qui ex libertate. Sed licet hoc sit securum quo ad actionem de euictione, non tamen est securum quo ad Deũ. Et ideo laudo & consulo, ut post libellũ porrectum confitearis ueritatem, nec de calũnia iurabis, ex quo fateberis rem esse actoris,& non minus committetur stipulatio de euictione; emptor enim honestè defendere debet, ut ff.man. l.ideóq;. §. generaliter. & suo pudori parcetur, ut ff. manda. l. Quintus Mucius. & causam fouere si est iusta, ut ff.de admi.tut.l.quoties.§.sicut. Et secundũ hoc,non obstat.ff. de euictio.l. si rem.§. si duple. ¶ Et his, q̃ dicta sunt de iuramento calumniæ, non obstat inf eod.tit.c.1. Illa decre. corrigitur per subsequentes. Nec obstat.l.cum clerici. C.de episco. & cleri. nam loquitur in iuramento iudicio sisti.

S V M M A R I V M.

1 *Dilationes quare dentur.*
2 *Dilationes quæ dantur ad probandum.*
3 *Dilationes quæ dantur ante litis contestationem.*
4 *Exceptio recusationis iudicis, an sit dilatoria, & ante lit. conte. proponenda.*
5 *Exceptio recusatoria prima esse debet inter dilatorias, & ea omissa proponens alias, ad eam redire non potest.*
6 *Dilationes quæ dantur post litis contestationem.*
7 *Induciæ iudicatoriæ quæ sint, & quibus dentur.*
8 *Dilationes restitutoriæ.*
9 *Dilationes præparatoriæ.*
10 *Dilatio in ciuilibus.*
11 *Dilatio in criminalibus.*
12 *Dilationes in ciuilibus, quæ dentur. & quæ in criminalibus. & nu. 13.*
14 *Dilationes dãtur à iudice sedente pro tribunali, & qualiter.*

¶ DE DILATIONIbus. Rubrica.

Dictum est supra de litis contest.& de iura. cal. sed quia iudicio cœpto & contestato,solent litigatores inducias postulare, quandoque ad quęstiones faciendas, quandoq; ad probationes: Idcirco subijcitur hic rub. de dilationibus. ¶ In decretalibus tamen, q̃ huic rubricæ subijciuntur,non agitur de dilatio-

dilationibus, quæ dantur post litem contest. sed quæ dantur ante litem contestatam. Nos tamen de utrisque tractemus. ¶Videamus igitur. Quare dilationes dantur. Et quando. Et quoties. Et quantæ. Et
2 qualiter. ¶Vnde † sciendum est, quòd Induciæ primæ, quæ dantur ante lit. contesta. dicuntur dilatoriæ, & dantur ad ueniendum ad iudicem. Nam infra illas inducias citatus præparabit se & ueniet in termino, nihilominus post terminum, ut ꝯ. de off. deleg. c. consuluit. Tria autem debent esse edicta citatoria, quorum singula cõtinebunt singulos. 20. dies. ut in Authen. de litigio. §. omne. colla. 8. Sed iudex ordinem edictorum & compendium moderabitur per considerationem temporis, & personarum, & causæ, ut ff. de iudi. l. nonnunquàm; non tamen nulla necessitate instante peremptorium maturabit, ut ꝯ. eo. tit. c. 1. & de hoc plenius not. ꝯ. de iud. §. iudicio. Igitur & si contigerit aliquam dilatoriam iudicij, uel solutionis, seu declinatoriam exceptionem pro
2 poni, † iudex dabit congruas inducias ad probandum. Iudex tamen ad proponendas dilatorias exceptiones certum tempus assignet, & si pars aliqua uelit post illud aliquam dilatoriam proponere, quã non fuerit protestata, nullatenus audiatur; nisi forte de nouo extorta fuerit; uel is, qui eam opponit, fidem facit iuramento se postmodum ad illius noticiam per
3 uenisse, ut ꝯ. de excep. c. pastoralis. † Sunt & aliæ induciæ, quæ dantur ante litis cõtest. Et illæ uocantur deliberatoriæ, cum enim citatus uenit ad iudicem, porrigitur ei libellus; oblato & porrecto libello, dantur ei induciæ. 20. dierum, in quibus deliberet reus an cedat, uel contendat, uel iudicem recuset, & sic infra illos dies iudex est recusandus, quod fieri poterit, etsi datus sit fideiussor iudicio sisti, quod patet ex ordine d. auth. canonizatæ in c. induciæ. §. offeratur. 3. q. 3. sicut & post iuramentum de stando iuri potest nihilominus appellari, ut ꝯ. de app. c. ad hæc. Et quod dixi infra 20. dies debere
4 iudicem recusari, recipit calumniã. † Nam hæc exceptio dilatoria est, & ideo ante lit. contesta. proponi potest, ut ꝯ. de sen. & re iudi. c. inter monasteriũ. Sed licet hoc sit uerum in alijs exceptionibus dilatorijs; in hac tamen, quæ in personam iudicis proponitur, dico, quòd usque ad 20. dies computandos a die porrecti libelli, opponenda est; post illos autem dies non debet admitti. Nec ideo dicitur hæc exceptio dilatoria, quod usque ad lit. contesta. proponatur, sed quia semper ante lit. contesta. proponenda est; non tamen, quãcunque, sed usque ad 20. dies tantùm, ut dictum est. Item si quandocunque ante lit. contest. posset opponi recusationis exceptio, quia lex diceret, quòd si iudex qui est recusãdus sit absens, is qui recusare intendit, protestari debet coram alijs, quòd habet iudicem suspectum. ut C. de iudi. l. cum specialis. hoc non alia de causa prouisum est, nisi ut tempus. 20. dierum non cedat, & in corpore Authenticorum dicitur in medio. 20. dierũ hoc est. ꝯ. 20. dies licentiam esse, iudicem recusare uel repudiare. Et si contingat fieri litis contestat. quæ non ualet, adhuc sunt salui illi dies, & licebit infra illos omnia ex integro fieri, ut in Auth. de exhiben. & intro. §. sci-
5 mus, colla. 5. † Et nota quòd hæc exceptio recusatoria prima debet esse inter dilatorias; unde si quis ea omissa ꝓponat alias, ad eam redire non potest. arg. ff. de iudi. l. sed si suscipit. in prin. Nam si aliquæ interlocutoriæ pro ipso latæ fuerint, iudicem iam approbatum non poterit reprobare, nisi ex noua causa ut supra. de offic. deleg. c. insinuante. Sunt & quædam paternales adiectiones induciarum, quę dãtur ante lit. contest. ut 5. q. 4. c. præsenti.
6 ¶Post lit. † uerò contesta. dantur induciæ præparatoriæ, quæ dantur alicui probare uolenti, infra quas præparat suas probationes. Spacium autem istarum induciarum moderandum est, ut lex dicit. 3. q. 3. c. induciæ. §. spacium. Et hæ induciæ dantur tam actori, quàm reo. ut 15. q. 7. c. si autem. nec facile amplius quàm semel, ut in d. §. spacium, & C. de dilat. l. 1. nisi forte casus inopinatus emergat, ut ff. de fer. l. oratione. ff. de iudic. l. interdum. Sed in crimine adulterij nulla datur dilatio, nisi ut personę exhibeantur; uel nisi iudex ex qualitate negotij motus hoc

causa

causa cognita permiserit, ut ff. de crimi. adul.l. in crimine. Sed induciæ deliberatoriæ non dantur ei, qui rescriptum impetrauit ad extraordinarium iudicem;ut si dicat uolo inducias super formando libello, aduersario autem dantur,ut C.eo. ti.l. si quando, & in prædicto.§. spacium. in uer. ei autem. Et quod dico, actori non esse dandas inducias,uerum est, nisi quid inopinatum emergat,ut superius dictum est; ut si ponamus contra rescriptũ opponi aliquid,in quo replicatione opus
7 sit, de quo non potuit prævidere. † Sunt & induciæ iudicatoriæ, quæ dantur condemnatis,& sunt quatuor mensium,ut ∫. de sen.& re iud.c.quod ad consultationẽ & supra.de offic.delega. c. quærenti. Sed hæ locũ non habent in criminalibus causis, in quibus executio non differtur,nisi in quatuor casibus, ut notaui supra.de iudi.§.partibus. sicut nec deliberatoriæ locum habent in criminalibus, quia reus certus debet esse an uelit crimen confiteri,uel negare;cum sciat se esse reum cri
8 minis, uel innocentem. ¶Sunt † & induciæ restitutoriæ, quibus hodie non utimur in causis de facto. Olim enim spoliatis,uel eiectis,& tandem restitutis dabantur induciæ restitutoriæ; infra quas a iudiciorum strepitu quiescebant. Et illæ erant non minores sex mensium,nec maiores anno, ut 3.q.2.ca.eiectis, uel uerius erant arbitrariæ,ut eisd.ca.&.q.c. episco-
9 pus. ¶Est †& sextum genus induciarum, quibus hodie similiter non utimur,& illę locum habent in criminalibus causis, & uocantur præparatoriæ; dantur enim accusato, ut infra eas præparet suas defensiones. Et illæ continent annum, & dimidium,uel unum annum,uel sex menses, & dantur post litem contest. & ante. ut 3.q.3.c.de inducijs.& 5.q.2.c.si prima
10 tes. Illud autem sciendum est,† quòd in ciuilibus causis pro qualibet necessaria causa unica datur dilatio.ut C.eod.tit.l.
11 ul.in 6.& 3.q.3.c.induciæ.§.spacijs.†Sed in criminalibus pro qualibet necessitate dantur tres dilationes reo. Duæ autem actori. ut ff.de ferijs.l.ult. Et est ratio diuersitatis inter ciuilia,& criminalia;quia solennius proceditur in criminalibus, quàm in ciuilibus, ut ff. de quæstio.l.1.§. diuus. & §.si quis ultro. ff.de pœnis.l. absentem.ff.de requiren.reis.l.1.C.de testi.
12 l.sciant.& 2.q.8. c.sciant. † In ciuilibus igitur prima dilatio dabitur sine grandi causæ cognitione;nam eo ipso,quòd prima petitur dilatio gratia testium uel instrumentorum danda est, nisi euidens apparuerit calumnia. Secunda uerò danda est ita demum,si is qui petit probet se aliquo casu impeditum fuisse,quo minus ꝑduceret testes uel instrumenta,ut ff.de ferijs.l.si quis.§.pe.& ult.&.l.ueluti.& l.ora
13 tione. †In criminalibus autem causis ꝓ quolibet impedimento dabuntur duæ dilationes accusatori,& tres reo,sine causæ cognitione,hoc est sine impedimenti ꝓbatione; & sic intelligo pro singulis causis singulas dari dilationes,id est pro singulis impedimentis, ut ff.de ferijs.l.ult.
14 ¶Dandæ † autem sunt dilationes à iudice sedente, non procedente, cum causæ cognitione, non plenaria, idest, non de plano, sed magis legitimè colligatur; ut si forte dilationis petitio fuerit improbata, suscepta quæstio per interlocutoriam dirimatur, ut C. eo. l. à procedente iudice.

SVMMARIVM.

1 *Feriæ quare sic dicantur, & quæ feriarum tempore cessare debeant.*
2 *Feriæ qualiter distinguantur.*
Quadragesimæ tempore in criminalibus causis sunt feriæ.
3 *Feriarum tempore quæ causa agi possunt.*
4 *Actio si peritura est, in temporibus quibus agi non potest, an possit procedi.*
5 *Dies quando incipiat, & finiatur.*

¶ De ferijs. Rubrica.

Dictum est supra de dilationibus, quæ dantur à iudice; nunc autem dicamus de dilationibus, quæ indulgentur à iure, & ideò subijcitur hic rubrica de ferijs. ¶Videamus igitur Quare feriæ dicantur, Qualiter distinguantur. Quæ tempore feriarum agi possint.
1 ¶Feriæ autem dicuntur, † quia a forensibus

sibus negocijs immunitatem praestant ut.ff.eo.titu.l.diuus. Et nihilominus praestant immunitatem a mercantijs, cùm enim difficile sit ut inter ementis & uendentis cõmertium nõ interueniat peccatum. ut de poeniten. dist.5.c.qualitas.& c.negocium. cessandum est ab his maximè diebus solennibus. ut.j. eod.titu. c. 1. Cessandum est & a placitis, quae quamuis fier. liceat, non tamen expedit. ut.11.q.1.ca. aliud de poeniten. dist.1.§ in euãgelio. & c.aliud.15.q.3.c.placita.&.C. eo.titu.l.omnes. Nullus etiam ad mortem diebus solennibus duci debet. Nam quamuis non sit peccatum iudici seculari iuste hominem occidere.ut.23.q.5.c.qui malos.& c.iudex & c. si homicidium; quia tamen horridum est, & miserabile hominem perimi, & quia poenae non irrogatae indignatio solam duritiam continet.ut.ff. de seruis expor. l. seruus in fi.& ideo ob reuerentiam dierum solennium est ab huiusmodi abstinendum. Cessandum est ẽt diebus solennibus a iuramentis. ut. j. eo.tit.c. 1. hoc ideo quia iuramenta a malo non credentium sunt facta,j. de elec. c. significasti. His etiam diebus cessandum est ab omni opere seruili, ut.j.eo.ti.c.licet.non tamen ab operibus pietatis, quibus magis insistendũ est diebus solennibus, quàm priuatis. ut.j. de statu. mona.c.cum ad monasterium.§.in refectorio. Diebus autem dominicis & alijs praecipuis festiuitatibus siue inter pascha & pẽthecostẽ genuflexio nequaquam fiet.ut. j. eo. tit.c.2.§.1.Et est ratio, quia dies illi in gaudio & continua letitia peragendi sunt ut alias.7 .dis.c.scire. ¶ Distin
2 guuntur † autem feriae, quia feriarum aliae solẽnes, aliae repẽtinae; solẽnes aliae statuuntur ob honorem Dei; aliae ob honorem principis; aliae ob honores ciuitatum; aliae ob necessitates hominum. Ob honorem Dei, ut sunt dies illi qui continentur.j.e . titu. c. conquestus. in quibus dies dominicos cõputabis, ut.j.eo. titu. c.1. & 2. ¶ Dies autem quadragesimales dicuntur solẽnes, quo ad uacationem a crimina libus causis.ut.C. eo. tit.l.quadraginta. Quod tamẽ hodie nõ seruatur. Ob honorem ciuitatum ut sunt dies natalicij urbium maximarum, Romae scilicet & Constantinopolis, in quibus debent iura differri, quia ab his nata sũt. ut.C.eo. titu.l. omnes. Ob necessitates hominum solennes feriae sunt gemini menses, unus datur gratia messium, alter gratia uindemiarum. Hi duo menses conceduntur fructibus decerpendis in aestate, & in autumno ad requiẽ laboris, id est ut homines quiescãt a causis dũ laborant circa messes, & uindemias & propterea appellatur indulgentior pars anni, quia indulget infirmitati hominum concedẽs eis ad uitam necessaria, ut ea. l. omnes. isti duo menses statuuntur a praesidibus prouinciarum diuersis temporibus secundùm diuersitatem locorum. Nam in quibusdam locis tempestiuius, in quibusdam tardiùs finiũtur messes & uindemiae, ut.ff.e.tit.l.praesides.& ff.de offic. procon. l. si in aliam. † Omni-
3 bus autem diebus feriatis agi possunt ea quae uolũtariae iurisdictionis sunt, ut.C.eo.titu.l.actus.§. in his. Item ea quae fieri urget necessitas, uel pietas suadet, ut.j.eo.titu.c. conquestus. Vrget necessitas haec fieri scilicet agriculturam, putationem, fossuram, & mundationẽ uinearũ, quod intelligo cum in alijs diebus haec non fieri possunt, ne occasione momenti pereat cõmoditas coelesti prouisione concessa. ut.C.eod.titu.l. omnes. Item quaestiones latronũ & maximè Isaurorum, in quibus summi numinis facillimè speratur uenia, per quod multorum salus & incolumitas procreatur.ut.C. eo.ti. l.prouinciarum. Item urget necessitas appellare, unde quolibet tempore appellatur. ut.C. eo. ti. l. 1. In exercẽda autem appellatione similis est obseruantia solennium, & repẽtinarum feriarum; quia in neutris appellatio exercetur. ut C. eo.ti.l.1.& tamen nõ computantur omnes dies ut.C.de tẽpo.ap.l.2.§.illud. Pietas uerò suadet,

dari tutores uel curatores pupillis, & alijs miserabilibus personis. ut. ff. eo. titu. l. 1. §. sed excipiuntur. & l. sequenti. Item pietas suadet disciplinam militarem, & eo. modo scholasticam, & clericalem. ut. ff. eo. ti. l. diuus. Item suadet ea, quæ ad pacem & concordiã pertinent. ut. C. eo. tit. l. ulti. ¶ Et est
4 sciendum † quòd his temporibus in quibus agi non potest, si tamen actio sit peritura, catenus proceditur ut litis côtest. uel executoris conuentio fiat, ut in prædicto §. sed excipiuntur. ¶ In geminis aut mẽsibus, q gratia hominum indulgentur, agi potest ex cõsensu partium; quod in diebus solẽnibus statutis ob honorem Dei, principis, uel ciuitatum, non contingit, ut probantur hæc. ff. eo. ti. l. si feriatis. & ff. de arbitris. l. si feriatis. C. eo. ti. l. omnes. & .j. eo. ti. c. ulti. in fi. Sunt & quædam tempora, in quibus a nuptijs abstinetur, ut .j. eo. ti. e. capellanus. & 33.
5 q. 3. c. non oportet. ¶ Dies † autẽ incipit & finitur diuersis temporibus & horis, secundùm diuersitatem eorum, de quibus agitur. Quo ad feriandum, dies incipit a uespera, & finitur in sequentem uesperam, ut. j. eo. ti. c. 2. responso. 1. Quo ad ordinandum, dies incipit a uespera, & finitur in mane sequenti. ut 75. di. c. quod a patribus. Quo ad iudicandum, incipit in ortu solis, & finitur in occasu, cùm iam iudex honestè pro tribunali sedere non potest, ut supra de offi. delega. c. consuluit. in Auth. de iud. §. sedebunt. colla. 6. & ff. de origine iuris. l. 2. §. & quia. Quo ad soluẽdum, dies incipit in medietate unius noctis, & finitur in medietate alterius. ut. ff. eo. titu. l. more romano. Et quò ad treugas obseruandas, dies incipit ab ortu solis, & finitur in occasu, ut. s. de treuga & pace. c. 1. Quo ad ieiunandũ, sexta feria incipit post cœnam diei Iouis, & finitur in mane diei sabbati; & idẽ in alijs diebus ieiuniorum, ut de cõse. dist. 3. c. de esu.

SUMMARIUM.

1 *Quæstiones diuersæ in idem iudicium deductæ, qualiter debeant ordinari.*
2 *Accusare unum an plures possint.*
3 *Quæstiones incidentes quæ dicantur, & quæ emergentes, & nu. 4.*
5 *Quæstiones præiudiciales quæ dicantur.*
6 *Agens contra aliquem de uiolenta spoliatione, nunquid teneatur alias respõdere?*
7 *Quæstionis restitutoriæ priuilegia.*
8 *Agere & replicare an quis possit ex eodem actu.*

¶ DE ORDINE COGNITIONUM. Rubr.

Hic intitulatur Rubrica de ordine cognitionum. Sed melius intitularetur de ordine iudiciorum, quæ latior est & generalior. Nam in ea tractatur de diuersitate causarum; quæ causa alteri præferatur; & quæ cum alia concurrit; & quæ prius & quæ posterius sit tractanda; & sic intitulatur in tertio libro Codicis, in quo de iudicijs agitur. Sed sub rubrica de ordine cognitionũ quæritur, quid iuris sit cum quæstio liberalis proponitur, & alia ciuilis uel criminalis. Unde in 7. li. Codicis, in qu[o] de liberalibus eausis agitur, ponitur hæc rubrica de or. cogni. Nos tamen de natura utriusque rubricæ aliqua sub breuitate notemus. Qualiter † autem di- 1
uersæ quæstiones in idem iudicium deductæ debeant ordinari, & quis ordo in diuersis quæstionibus seruari debeat, uideamus. ¶ Et est sciendum, quòd si unica quæstio in iudicio proponatur ab actore contra reum, nulla est dubitatio; si uerò plures quæstiones moueat quis, & eodem libello uel diuersis contra unũ, uel diuersos; aut omnes quæstiones sunt ciuiles; aut criminales; aut quædam ciuiles, & quædã criminales. Si omnes sunt ciuiles, potest eas etiã contra unum eodem libello, & apud eundem iudicem intentare, respectu tamen diuersarum rerũ, ut no. s. de mu. peti. § debet autẽ. quod uerum est nisi actiones illę sint contrariæ. ut. C. de furtis. l. 1. C. si seruus ex te. se. emi. man. l. 1. & de pactis inter

emp.

emp.& uen.l. cõmissoriæ; uel nisi una sit præambula ut. C. de hære. ac. l.ut debitũ; uel nisi una ex sui natura præcedere habeat aliam, ut.j.de cau.poss. & propr.c pastoralis; uel nisi electiõe tollantur.ut.ff.de tribut.l. quod in hæredẽ.§.eligere.&. ff. de lega.2. l.cum filius.§.uarijs; hoc tamen fallit in casu. l.1.§.quod autem.ff.quor.lega.uel nisi quæstiones sese non cõpatiantur.ut.ff. de except.l.fundum &.l.sed si ante. & l. fundi. Si uero quis uelit agere contra plures respectu diuersorum factorum,uel rerum & ciuiliter, potest cũ non sit prohibitus.ut ff.de proba. l. ab ea parte. Sed si actor agat ciuiliter contra reum,& reus eodem modo cõtra actorem erunt duæ mutuæ actiones uicissim tractandæ, si neutra sit præiudicialis, & eadem sententia terminandæ,ut.j.eo. ti.c.cum dilectus, & nihilominus habebit locum regula in processu,q prior appellat, prior agat. ut ff. de iud. l. qui prior. ut n t.s. de mu.peti.§.debet. Sed si congruo tempore non fuerit reconuentio facta,nõ minus rei actio salua manet in alio iudicio proponenda. ut. C. de sen. & interloc omn.iudic.auth. & consequenter in fi. Si uerò plures criminales causæ in simul apud eundem iudicem mo ueantur; aut eas mouet idem actor, uel accusator contra unum & eundem reum ex eodem facto, uel diuersis; aut contra plures reos. Si contra unũ & ex diuersis factis, licet, cùm non sit prohibitum. Si ex eodem facto, non licet, ut colligitur a contrario sensu l. qui de crimine. C. de accus. & ff.de accusa.l. Senatus. Sed si moueat contra diuersos reos, potest; unus quidem ex diuersis factis in diuersis libellis uno & eodem tempore duos accusare potest, uno autem libello non potest; sed tres etiam diuersis libellis non potest.C.qui accusa.non poss.l.cum ratio nibus. Vel dic, quòd nec duos potest in diuersis libellis eodem tempore accusare, nisi suam iniuriam prosequatur. ut. ff.de ac.l.hos. §. lege Iulia, &. ff. ad l.Iul.de adul.l.inter. §. maritus. Lex autem illa.cum rationibus.negat de tribus, quia de tribus fuit quæsitũ, & eodem modo negasset de duobus, si de duobus quæsitum fuisset. De uno autem crimine potest quis eodem libello plures accusare,ut. C.si reus uel ac.mor.l.1.ff.ad l.Iul. de adulte. l. uim passam.§. incesti. quod tamen fallit in accusatione adulterij. ut. ff. ad l. Iul. de adulte. l. uim passam.§.duos,& l.si maritus.§.ulti. &.C.eo. ti.l. reos.

2 ¶Sed nunquid plures † possunt unum accusare? Videtur quòd sic,ut.j.de accu.c.licet, in prin. Sed uerius est quòd non. Cũ enim plures sint qui accusare uelint, iudex eligere debet unum, qui accusat, causa scilicet cognita,& examinatis accusatorum personis, uel dignitate, uel ex eo quod interest, uel ætate, uel moribus, uel alia iusta cã. ut. ff.de accu.l.si plures. Vbi uerò duo adinuicem se accusant, plerunque habet locum regula illa, qui prior.& sic in prima accusatio procedit, & secunda subsistit; plerunque præualet secunda & intermittitur prima; quæ qualiter, & ex quibus casibus contingat,not. s.de mu.peti.§. & quod superius dixi. Vbi autem ex una parte proponitur accusatio criminalis, & ex alia parte quærela ciuilis; siue accusatio prior, siue posterior proponatur, præiudicat ciuili, si ciuilis non sit præiudicialis, ut.C.de or.iu.l.ulti.3.q. 11. c. non est §. aliquando. Sed si ciuili quæstioni principaliter propositæ incidat qõ criminalis, v. g. peto a te fundum uel 10. produco instrumentũ ad probandum intẽtionẽ meã, tu excipis cõtra instrũ de falso; uel si quæstioni criminali incidat qõ ciuilis, v.g. accuso te de plagio q uẽdidisti seruũ meũ, tu dicis illũ fore seruum tuũ, poterũt simul huiusmodi qõnes terminari ut.C.de or.iudici. l.cũ ciuili.ut tamen non intelligas pronunciari in incidenti, sed eo ipso q pronunciatur in principali, uidetur & in incidẽti pronunciatũ.ut C.de or.iu. l.1.C.de ord.cog. l. 2. C. ad. l. Iul. de adul.l.quoniã.&.C.ad.leg.Iul.de plag. l.præses.j.eo.ti.c.cũ dilectus circa fi. &

hoc secūdū Bulg. Nec ob. ff. de mino. l. intra utile; ibi.n. non pronunciatur in incidenti qōne, sed super ætate & super restitutione in integrū rōne ætatis, ut restituto liceat intentare ueterem actionem. Vnde qō restitutionis non incidenter, sed principaliter mouebatur. Et eodē modo respondetur ad l. ubi falsi. C. ad le. Cor. de fal. Vbi crimen incidit, i. propositum fuerit non incidenter, sed principaliter, ut prædixi. Placentinus uerò dicebat pronunciandū fore in incidenti per. l. de qua re. ff. de iudi. nisi conditio rei, uel iudicis impediat. Io. & Azo. distinxerunt inter incidentes, & emergentes, ut in incidētibus nō pronunciatur, sed
3 in emergentibus sic. † Incidentes autem quæstiones dicuntur ueteres defensiones, quæ ante litem cęptam competebant reo, ex his quæ acta sunt inter reum & actorem, ut pactum de nō petendo, transactio, & res iudicata, & similia. Emergentes uerò qōnes dicūtur, quæ proponuntur ex his quæ in lite emergunt, ut cū quæritur an iudex sit cōpetens, uel non; an tempus sit aptum ad causas, uel non; an dilatio
4 sit danda, uel non. † Et ut breuius dicam incidentes quæsti nes sunt perēptoriæ exceptiones, emergentes dilatoriæ. Et est ratio manifesta quare in emergentibus habeat pronūciari; qa si non pronunciaretur in dilatorijs, non posset procedi in sequentibus causæ; sed secus in incidentibus, quæ principale contingunt, in quibus pronunciari intelligitur, dum pronunciatur in principali. Verūtamen secundū iura canonica in incidentibus quæstionibus pr nunciatur, ut infra. qui fi. sunt
5 le. c. lator. ś. de elec. c. cum dilectus. † Et no. quòd licèt secundū iura ciuilia illæ tantùm ciuiles quæstiones sunt præiudiciales, in quibus de statu quæritur. ut insti. de actio. § præiudiciales. tamen secundùm iura canonica quæstio spoliationis, præiudicialis est; quia non patitur dissimilē quæstionē, ut. ȷ̄. eo. ti. c. super spoliatione. Est enim priuilegiata hæc quæstio spoliationis, ut agens ex ea conueniri non possit nisi consimili actione, quia tunc cū utraq; sit priuilegiata & fauorabilis unam aliam non tollit, nec impedit; sed concurrunt, & eadem sententia terminantur, ut duæ mutuæ petitiones, ut conuentio, & recōuentio, ut. ȷ̄. eo. ti. c. cū dilectus. ś. de mutuis peti. c. 1. & 2. C. de sen. & interlo. om. iu. l. cum pap. & auth. & cōsequēter. 3. q. 8. c. 1. sed si contra agentem despoliatione excipiatur consimili spoliatione & probetur, repellitur agens, ut. ȷ̄. eo. ti. c. ulti. Et est ratio duplex. Vna, quia fauorabili res sūt rei, quàm actores. ut. ff. de act. & obl. l. Arrianus. ff. de serijs. l. ulti. ȷ̄. de proba. c. ex literis. ȷ̄. de fide instr. c. cū inter, i fi. ȷ̄. de sent & re iu. c. ul. ff. eo. ti. l. inter pares. Item alia, quia exceptiones fortiores sunt actionibus, unde cui damus actionē multò fortius exceptionē dare debemus. ff. de super ficie. l. 1. § q autem, & ff. de regulis. iur. l. inutilis. § cui damus. Ideo etiam quæ tēporalia sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum. ff. de doli excep. l. pure. § ult. instit. eo. tit. & C. eo. tit. l. si pactum. Et hac ratione, quia fauorabiles sunt exceptiones, quæ dantur ex cōmunicatis. ut. ȷ̄ de excep. c. cū inter. Et his rationibus cōtingit, quòd exceptio excōmunicationis impedit actionē spoliationis; sed actio spoliationis aliam consimilem non impedit, sed cō
6 currit ut dictum est. † Sed si ego agam contra te uiolentum de spoliatione, nunquid si ab alijs conueniar, teneor respondere? Videtur q sic. Nam in hac decre. super spoliatione, dicitur q agens de spoliatione nō cogitur ante restitutionem spoliatoribus respondere, alijs ergo tenetur. Ad quod rñdeo, nō teneor si de spoliatione excipiā, potero ei de eadē spoliatione cōtra unū agere, & cōtra alios agentes excipere: cū sit generale q spoliatus quemlibet agentem contra se repellere possit per exceptionem, ut. 3. q. 1. c. 1. & q. 2. c. cū ecclesiæ. Ab hoc tamen generali dicto excipit. Vin. illum, qui agit actione de posi; cū enim actio depositi sit adeo priui-

priuilegiata,ut nõ admittat compenſãtionem,deductionẽ,uel doli exceptionem,ut.j̄.de depoſi.c.bona fides.C.eo tit.l.penul.& eodem modo nec ſpoliationis exceptionẽ. Sed hoc nõ placet, quia dum depoſitarius non inficiatur dep ſitum,ſed per compenſationẽ, ſeu deductionem conatur retinere totũ, uel partem, perfidè agat, & ideo non audiatur,ſed cum ſpoliatus a principio & antequàm de depoſito conſtet, excipiat & dicat ſe inermem cum armato congredi nolle.ut.3.q.2.c.oportet, audiendus erit. Nam auditur aduerſus agentem de ſpoliatione,ut dictum eſt. Item excipit Vin. agentem de matrimonio. Et hoc propterea, qa cauſa matrimonij fauorabilis eſt, ut.j̄.qui ma.accu poſ.c.uidetur.& prærogatiuam habet in multis,ut.ſ̄. de lite non cõteſta c.primo. Sed certè nec iſtud approbo,ſed ſine exceptione teneo, quòd exceptio ſpoliationis quẽlibet agentem repellat.ut dictum eſt.

7 † Duo igitur priuilegia quæſtionis reſtitut riæ ſuperius aſſignaui, unum, quia primò propoſita nõ compatitur aliam ſequentem, & diſſimilẽ quæſtionem. Aliud, quia primò propoſita in modum exceptionis, repellit quẽlibet ciuiliter agentem. Tertium, quia in modum exceptionis repellit quemlibet accuſantẽ, & ſic intelligo.3.q.1. per totum. Quartum,quia in modum actionis propoſita,& accuſantẽ repellit,& reſtitutionem indulget,& ſic exaudio.3.q.2.c.2.3.& 4. Sed ſi te primò conueniam aliqua actione ciuili,& tu ſubſequenter moueas quæſtionem ſpoliationis contra me, non impeditur mea petitio,ſed cũ tua concurret,tunc enim quæſtio ſpoliationis aliam non compatitur, cum primò ponitur. Vel poſſũ uti diſtinctione.Io.qui dixit,ꝙ ſi ego conueniam te ſuper aliqua re, et tu contra me agas ſuper eadem re reſtitutorio, impedietur mea actio, & tua procedet. exemplum quære. j̄. de reſtitu.ſpo.c.ex conqueſtione.&.c.literas. cæterum ſi ſuper diuerſis agamus, concurrunt huiuſmodi actiones, ut dictum eſt. Vel ſi uelis extendere ſpoliati fauorem,dicas,ꝙ quæſtio ſpoliationis ſiue prius ſiue poſterius proponatur, non compatitur diſſimilem quæſtionem. Et quod dixi, quòd quæſtio ſpoliationis in modum exceptionis oppoſita repellit quemlibet agentem uel accuſantem, uerum eſſe intelligo,cùm quis ſpoliatus eſt tota ſua ſubſtantia, uel maiori parte ipſius,& hoc innuunt uerba canonis, nudi & inermes,ut.3.q.2.c.oportet. & uerba alterius, non poteſt exui iam nudatus, ut 2.q.2. c. nullus. Cæterum ſi una re quis ſpolietur, cùm habeat multa bona, etſi poſſit expellere ſpoliatorẽ in odium uiolenti,non tamen aliũ. Item cum abſonũ uideatur & etiam multorum corda perturbet,ut ſpoliatus tota ſubſtãtia,uel maiori parte ipſius excipiat contra illos, qui non expoliauerunt, ut ſic impunitatem in ſuis criminibus ſortiatur, dum a nemine poteſt efficaciter accuſari, cum forſan deſideret ſic manere; dico iudicem ſic prouidere debere ut certum tempus ei aſſignet, intra quod petat reſtitutio & proſequatur; & ſi hoc non fecerit,non admittat exceptio ſpoliationis ipſius. Nec mireris ſi in hoc caſu quis agere compellatur;hoc enim plerunque contingit, ut certum tempus præfigatur alicui ad agendnm, & poſt iſtud tempus uolens agere non audiatur ut.5.q.1.c.quidam.j̄.de clandeſti.deſponſa.c.cum inhibitio. & arg. C. de inge.ma.l diffamari.C.de remiſſ.pigno.l.ſi eo tẽ
8 pore. C.de uſur. pupil.l.ult.†.Sed pone,quòd agam cõtra te de expoliatione, et tu excipis cõtra me de alia ſpoliatione,ego replico ex illa ſpoliatione ex qua ago, nunquid ſum audiendus?Non, quia exceptio fortior eſt & potentior,quàm actio, ut ſuperius dictum eſt;nec poſſum ex eo.actu agere, & replicare. Sed pone quòd replicem de alia ſpoliatione, nunquid excludã exceptionem?Videtur quòd ſic arg. j̄. de excep.c. a nobis. j̄. de ſen. excom. c.in præſentia.Puto tamẽ contrarium, eo quòd replicatio adiuuat actionem.

Item

Item pone, quòd agam contra te de spoliatione.& tu contra me de alia spoliatione, excipio contra te de tertia spoliatione,replicas de quarta,quid in hoc casu erit faciendum? Respondeo, qua ratione admittetur exceptio,eadē & replicatio; & sic sublata exceptione per replicationē remanebit cōuentio & reconuentio,quæ in concursu procedent.ut.j.eo.ti.c. cū dilectum.& c.ult.

SVMMARIVM.

1 *Plus petitur quatuor modis.*
2 *Pœna plus petentium quæ sint.*

¶DE PLVS PETITIONIbus. Rubrica.

Quia plerunq; in iudicijs plus petitur,quàm debeatur; ideo ponitur hic rubrica de plus peten.uel plus petitionibus. ¶Videamus igitur.Quot modis plus petatur. Quæ sit pœna plus petentium.¶ Et † est sci-
1 endum,quòd quatuor modis plus petitur,causa,tempore,re, & loco. Exempla non pono quia ponitur infra eodē tit.cap.uno.§.re quoque.¶ † Pœnæ au-
2 tem plus petentiū hæ sunt,olim ita seruabatur in his pœnis.Nā quocūq; modo actor plus peteret,cadebat a causa, nec restituebatur nisi esset minor, uel nisi lapsus esset aliquo errore probabili, ut si petebat ex testamento totum legatum, cuius pars adempta erat in codicillis, de quibus actor ignorabat.ut instit. de actio. §. si quis agens. Hodie nō sic in pœnis proceditur.Sed si quis plus petat ex causa,iudicium nō procedet,sed condemnabitur actor ad omnes expensas in triplum, & omne damnum quod pertulit reus occasione huiusmodi cōuentionis.ut insti. de act.§. sed hæc quidem. Si quis autem tempore plus petat,iudicium non procedet,& punitur actor in hoc,quia reo duplicantur induciæ conuentæ ad soluendum,& adueniente tempore solutionis nō aliter reus tenebitur respōdere actori, quàm si actor ei restituat omnes expensas, quas fecit reus occasione illius temeræ citationis.ut hic & insti.de except.§.temporales.¶ Vbi autem loco plus petitur, ut cùm petis a me ut soluam tibi hôc loco, cùm conuenerit inter te & me quòd in alio loco soluerem;& hoc casu procedet iudicium si in foro competenti agatur, quamuis in superioribus non procedat, & ueniet in arbitrariam actionē, hoc est, in tua actione arbitrabitur iudex, quanti intercst mêa non hic ubi agitur soluere, sed ubi conuenit ut.ff.de eo quod certo loco. l. prima. Varia enim sunt pretia rerum per ciuitates & regiones,pecuniæ sub grauioribus usuris dantur in uno loco,quàm in alio.ut. ff.eo.tit.l.ideò.Et nihilominus condemnaberis mihi in triplum eius,quod impendi nomine sportularum.ut.insti. de acti. §. sed hæc quidē. Cum autem plus petitur re, non procedet petitio, & condemnabitur actor in triplum eius, quod reus expendit. ut insti de.actio.§. triplici. Sed si quis super maiori quantitate,quàm sibi debeatur, cautionem exegerit,& in iudicio plus petierit, si pæniteat, & calliditatis & fraudis ueritatem confiteatur, dispendio debiti non grauetur, sed in expensis, quas fecit reus, punietur, & in triplum secundum Azo. licèt Placen. dixerit in hoc casu in simplū; qui enim sic fecit, non petijt, sed petere uoluit.ut.ff.rem ra.haberi. l.amplius. Si uerò persistat in certamine,& tandem per testes de falsa quantitate adiecta conuincitur, puniatur in toto debito;sed si non arguatur per testes,sed ipse confiteatur, condemnabitur in expensis,ut dictum est,& probatur.C.de plus pet. l. unica. Sed etiam in superioribus casibus ita demum pœna locum habet,si actor in iudicio duxerit persistendum.ut.j. eo. c. uno. in prin. Item cessat pœna constitutionis illius.C. eo.tit.l.una,cum actor conuincitur super cautione in maiori quantitate exacta, & conuictus ante sententiam uel post transigit cum reo super pœna. Item cessat, cùm actor exegerit

rit cautionem in plus, sed reus in iudicio cōfessus est se totum debere quod in cautione cōtinetur, & hoc est quod in fine illius consti. adijcitur transactionibus & secundis confessionibus suam firmitatem. Sed si actor nō fateatur, nec arguatur de falsa quantitate in cautione adiecta, sed in probatiōe illius quantitatis deficiat, creditur quod pœna non cesset, quia tunc uera quantitate priuabitur

SVMMARIVM.

1 *Quæstiones possessoria tot sunt, quot sunt interdicta possessoria.*
2 *Interdicta possessoria quæ sint, & quibus & contra quos dentur. & nu. 3.*
3 *Hæres de iure ciuili, & bonorum possessor de iure pratorio, q̄uo intelligatur.*
4 *Interdictum quid sit, & unde dicitur.*
5 *Interdictum & actio quid differant.*
6 *Interdictorum quædam sunt simplicia, quædam duplicia.*
7 *Possessorium & petitorium an & quando possint simul intentari. & nu. 9.*
8 *Causa decisa super proprietate, an possit agi de possessione.*
10 *Possessionem inducit binus actus, uel etiā unicus.*

DE CAVSA POSSESSIOnis & proprietatis. Rubrica.

SVperius tractatum est de ordine cogni. Sed quia dubitari solet, qs ordo seruari debeat, cum quæstio possessionis & proprietatis a diuersis partibus, uel ab eadem in iudicio proponitur; Ideò subijcitur hic rubrica. de causa pos. & propri. ¶ Videamus igitur. Quæ sunt quæstiones possessionis. Item quæ quæstio possessionis concurrat cum qōne proprietatis, siue a diuersis partibus, siue ab eodē proponatur utraq;. Item quæ non concurrant.
1 ¶ Est igitur sciendum † tot esse quæstiones possessorias, quot sunt interdicta possessoria; sunt autem interdicta possessoria hæc, adipiscendæ possessionis, retinendæ, ac recuperandæ. Interdictum adipiscendæ possessionis datur bonorum possessori, hoc est, ei qui
2 est loco hæredis. † Est enim hæres de iure ciuili & bonorū possessor de iure prætorio. Cum enim prætor non potuit suo beneficio hæredē facere, quia hoc legis est, uel senatusconsulti, uel constitutionis, fecit quod potuit, scilicet bonorum possessorem, quem loco hæredis constituit. ut instit. de bo. pos. §. quos autem. Et est utriusque, id est, hæreditatis, & bonorum possessionis idem effectus. Sed in hoc differunt, quia hæreditas nititur authoritate legis, bonorū p ssessio authoritate prætoris. Item aditio hæreditatis non desiderat authoritatem iudicis uiuētis, sed bonorum possessio requirit authoritatem & præsentiam iudicis. Datur igitur bonorum possessori interdictū adipiscendæ possessionis, quod appellatur quorum bonorum, datur contra possessores uniuersitatum. ut. ff. quorum bonorum. l. 1. §. interdictum hoc, & contra possessores rerum singularū, ut. ff. de furtis. l. hoc amplius. dummodo nō contra corporum possessores. ff. quorum bonorum. l. 2. Nec ob. quod dicitur. ff. quorum bonorum. l. 1. §. hoc interdictum restitutorium est, & ad uniuersitatem bonorum, non ad singulas res, pertinet. Quod. n. ibi dicit non ad singulas res, subaudio tantum. Sic et petitio hæreditatis datur prò una re
3 tantùm ut. ff. de peti. hære. l. licet. † Est & interdictum saluianum adipiscendæ possessionis causa comparatum, eo quòd utitur dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercedibus pignori futuras pepigisset. ut instit. de interdic. §. interdum. Retinendæ possessionis causa cōparata sunt interdicta. uti possidetis, & utrobi, cum ab utraque parte de proprietate alicuius rei controuersia fit; & ante quæritur, uter ex litigatoribus possidet, uter petere debeat; quia nisi ante exploretur utrius possessio sit, non potest petitoria actio institui; quia ciuilis & naturalis ratio facit, ut alius possideat, & alius a possidente petat, ut institut.

de

de interdictis. §. retinendæ. sed. Vti possidetis, locum habet in rebus immobilibus; Vtrobi in rebus mobilibus. ut institut. eo. tit. §. sed interdictum. Et est interdictum recuperandæ possessionis, quod datur alicui ui eiecto a possessione, cui etiam datur beneficium constitutionis illius. C. unde ui. l. si quis in tantã. Item agi potest lege Iulia de ui pub. uel priuata. si tamen armis, uel sine armis facta sit eiectio. ut institu. de interdic. §. recuperandæ.

4 ¶ Interdictum † autem nihil aliud est quam quædam uerborum solemnis conceptio, quibus prætor aliquid fieri iubebat, uel phibebat, quod tũc maximè faciebat, cum de possessione uel quasi inter aliquos contẽdebatur, ut instit. de interdictis. in princ.

5 † Si quæras an idem esset interdictum & actio, cum & actio esset quædam formata uerborum conceptio, ut. C. de formul. & impetra. ac subla. l. una. Respondeo, non, quia solennitas actionum erat inducta a iure ciuili. Solennitas interdictorum a iure prætorio. Erat & alia differentia inter actiones, & interdicta; quia uerborum solẽnitas quæ attendebatur in actionibus, non formabatur in singulorum personis, sed erat generaliter formata in personis omniũ. Sed in interdictis quot erãt homines qui uolebãt agere tot uerborum conceptiones formabãtur, quibus contra suos aduersarios in causis suis utebatur, & has conceptiones interdicta uocabant; & ob hoc potest quilibet studiosus scholaris per se notare quia in interdictis uariantur uerba secundum demonstrationem personarum. ut ff. de tabul. exhi. l. 1. ff. ne q d in loco pub. l. 1. ff. de ui & ui ar. l. 1. in pri. hodie autẽ nulla est differẽtia inter interdictum, & actionem, ut instit de interdictis. §. ulti. Dicitur autem interdictum, non ab interdicendo, uel prohibendo; sed quia inter duos dicuntur. ut instit. de interdi. §. sunt tamen. ¶ Et est interdictum actio in factum prætoria, ut instit. eo. tit. §. ulc.

6 ¶ Item † interdictorum quædam sunt simplicia, in quibus alter actor est, alter reus; qualia sunt restitutoria aut exhibitoria. Duplicia sũt, in quib par utrinsq; litigatoris conditio est, nec quisquam actor uel reus præcipuè intelligitur, sed unusquisque tam rei quàm actoris partes sustinet. ut insti. eo. ti. §. tertia. & §. duplicia. &. ff. de interdi. l. 2.

7 ¶ Nunc † uidendum est quæ quæstio possessionis possit concurrere cum quæstione proprietatis. Et est sciendum, quòd licet secundùm iura ciuilia istæ duæ quæstiones sese non cõpatiantur, sed prius agenda sit cã possessiõis, & demũ proprietatis. ut C. de rei uẽ. l. ordinarij. C. de iterdi. l. incerti. C. quorum bonorum. l. ul. ff. de iud. l. si de ui. Aliæ autem leges dicũt, quòd suspenso petitorio itẽtari potest possessorium ab eodẽ & corã eo. iudice. ut. ff. de ui & ui ar. l. cum fundum. §. cum qui. ff de acqui. pos. l. naturaliter. §. nihil. quas leges do. Io. sic intellexit sicut prima facie sonare uidentur, dicens decre. quæ contrarium dicunt, nullatenus stare posse, ut eadem persona posset utrunque iudicium intentare; nam ordo tunc seruandus est, ut dicebat, ut prius causa possessionis expediatur. Sed Mar. & alij intellexerunt. ll. illas locum habere in interdicto Vti possidetis. & Vtrobi. quæ non concurrunt cum rei uendicatione ab eadem parte; qui enim tenet possessionem per Vti possidetis, & Vtrobi, excludit seipsũ a contraria petitione rei uendicationis. ut. ff. quan. app. l. si procuratorio. §. sed si alius. C. de fur. l. 1. C. si seruus exte. se emi man. l. 1. uendicatio enim non datur possidenti, ut in stit. de act. in prin. immo potius alteri parit actionem in rem. ut. C. de alie. iudi. causa mu. fac. l. una. Et hoc uerum esse dicebant, nisi renũciaretur rei uendicationi; quia tunc procederet interdictum uti possidetis, uel nisi quis proponat rei uendicationẽ ignorans sibi competere interdictum; & sic intelligebant illam l. naturaliter. §. nihil cõmune. Sed in interdicto recuperandæ possessionis, secus. Sed secundum

dum iura canonica quæ circa hoc in simplicitate procedūt, quęstio possessionis cum quęstione proprietatis cōcurrunt. siue vtraq; ab eadem parte, siue singulę a diuersis partibus proponātur, ab eadē parte potest proponi quęstio recuperādę possessionis & ꝓprietatis. ut. j. co. ti. c. ad ultimū c. cum ecclesia sutrina, & c. cum super electione. & c. cū dilectus. j. de testi. c. significauerunt. in fi. Item a diuersis partibus concurrunt quęstio proprietatis & quęstio possessionis retinendæ, ita ut unus agat de ꝓprietate, alius de possessione uti possidetis, uel vtrobi. sic agitur inter dominum & fructuariū. ut. ff. uti possidetis. l. v l. sic fit cū unus uēdicat seruitutem, & alter tuetur possessionem, ut. ff. uti posside. l. si duo. §. si vicinus. & hoc cùm uendicās est in possessione seruitutis, ut ibi patet. Sed opponit. egi utroq; iudicio petitorio & possessorio, & in utroque obtinui; appellasti a sententia lata super proprietate, ab alia nō, & sic facta est executio super restitutorio, & data est mihi rei possessio; cōfirmatur sententia lata super ꝓprietate a iudice appellationis. quęritur quę erit vtilitas huiusmodi cōfirmatorię? Respō deo declaratoria domini j, non aūt tenebitur aduersarius meus restituere mihi possessionem quam habeo, cùm nec possideat, nec dolo desierit possidere. Item si egero petitorio, possum redire ad iter dictum recuperādę possessionis pendente iudicio petitorio. ut. j. eo. c. pastoralis. Sed hoc recipit calumniā, si enim desistā a petitorio, quod incepi, & transeā ad nouum iudiciū inchoandū super possessione, reus potest a iudice implorare ùt in petitorio ꝓcedatur per auth. qui semel. C. quomodo & quando. iu. quod locū habet, siue lis fuerit cōtestata in petitorio, siue cępta non sit, ut ibi dicit. Et tunc cōcludetur in principali, hoc est in petitorio; & non erit locus interdicto sine quæstioni possessoriæ, postquàm in proprietate fuerit cōclusum aut renunciatū. ut ī c pastoralis. Sed dominus Io. & alij qui dicunt, ꝙ hęc duo iudicia possessorium & petitorium non cōcurrunt, exponunt uerba illa, pendente iudicio, quę sunt ī decre. illa pastoralis, & in l. cū fundum. §. cū qui. ff. de ui & ui. ar. Item dicunt, quòd istud quod dicitur in decr. & in l. ut actor, dimisso pretorio trāseat ad possessorium, locum habere non potest, nisi cùm reus non uult ut in petitorio procedatur, aliàs oportet in eo procedi, ut dictum est; uel oportet cedi, uel renunciare liti petitorię, ut iam dixi. Et eodem modo intelligebant, quod dicit. j. de testib. c. significauerūt. suspenso petitorio supplebant ipsi renunciato. Nos autem non sic; dicimus enim, quòd is qui rei uendicatione incepit, potest redire ad interdictum recuperādæ possessionis pendente iudicio proprietatis, id est suspenso & non dimisso, ut dicit illud c. significauerunt. cum enim hoc in odium uiolenti sit inductum, & in fauorem spoliati, non cōuertetur ad damnum eius. ut. C. de legi. & constitu. l. quod fauore. Nec obstat auth. qui semel. quę locū habet in contumace. ¶ Item pone quòd is, qui agit de proprietate, litem contestatus est, nō potest probare, reuertitur ad quæstionem possessionis recuperandæ, quid proderit ei possessorium, cum aduersarius instare possit, ut prōnucietur in petitorio? ut. ff. de iudi. l. de qua re. j. eo. tit. c. cum super. C. quomodo & quādo in. auth. qui semel. & si prōnūcietur in petitorio pro reo, quamuis pronunciētur in possessorio pro actore, uidetur quòd sententia lata in possessorio sit sine fructu; quia in executione debet proprietas præualere. ut. j. eo. c. cū dilectus. Respondeo ex quo de iuris ꝑmissione licet actori redire ad possessoriū, ut hęc permissio sit fructuosa, dicam non posse procedi in petitorio nisi actore instāte; uel si procedi posset insistēte reo, adhuc ꝙ proderit actori sententia super possessione ferēda quoad fructus & interesse. ff. de vi & vi arma. l. idem est. §. ult. & l. si plures. §. deiectum. ¶ Item pone ꝙ egi contra te interdicto unde vi, uel condictione ex illo canone reintegrāda. 3.

q.1.obtineo, restituitur mihi possessio, nunquid hęc sententia oberit uiolento in questione proprietatis, ut victus in possessione non possit agere contra me de proprietate? Respondeo, non puto hoc fieri posse ex vi interdicti seu cōditionis ex canone, quia hæc nudam possessionem auocant. secus si actum esset conditione ex illa.l. si quis in tantam. C. vnde vi. sententia igitur lata in possessione non præiudicabit in proprietate. quasi per hoc videatur pronunciatũ in proprietate.C.de senten. & interlocu.om.iudi.l.post sententiam. Sed nunquid in hoc casu poterit excipi contra violentum ex illa constitutione. si quis in tantam? Puto quod sic. vt.C.de excep.l.licet.Sed caue tibi,quia ex violẽtia clerici vel prælati non daretur condictio ex.l.si quis in tantam. vel ex canone reintegranda. vel exceptio cōtra ecclesiam quo ad proprietatẽ, propter regulam illam.delictum personæ nō debet redundare in damnũ ecclesiæ. 6.q. 6.c. si episcopum.Item vbi cōclusum est vel renunciatum in causa proprietatis, causa non decisa redire non potest ad possessorium iudicium. vt.j.eod.tit.c. pastoralis.Et est ratio ne lites litibus in

8 culcentur. † Sed nunquid causa decisa super proprietate,poterit agi de possessione? Respondeo sic propter fructus & interesse.sicut video ꝙ fructuarius eiectus agit interdictio etiam post vsufructum finitũ.vt. ff. de vi & vi arma. l.idẽ est.§.vltimo.&.l.si plures. ¶ Item quæritur, quid si eiectus non agat interdicto vnde vi infra annum a die eiectionis, nunquid post annum agere potest? videtur quod non; quia hoc interdictũ annale est.vt.ff.de vi & vi arma. l. 1.in princip. & infra annum vtilem competit,vt in ead.l.§. annus. vnde anno expirat,sicut & cæterę prætoriæ actiones,vt Institut.de perpe.& tempo. ac.in princip.Ad quod respōdeo, prætoriæ actiones temporales sunt quo ad pœnam, perpetuæ autem quo ad rerum prosecutiones.vt.ff.de ac. & obli. l.in honorarijs.sic & in interdicto vnde vi. & si quo ad ea quæ in prædio erant,non competat post annum, ad rei tamen prosecutionem hoc est ad prædij restitutionẽ perpetuò datur.vt in prædicta.l.in principio.Sed condictio ex illo canone. reintegranda, perpetuò datur & ad omnia,conditione temporis, captiuitate, dolo,aut violentia non obstan. vt in eodem canone continetur.¶ Item dictum

9 est supra,ꝙ † interdictum adipiscendæ possessionis datur bonorum possessori. Sed opponitur. Nonne quis per bonorum possess. efficitur dominus rerum hæreditarium? quo modo ergo adipiscẽ per interdictum quorum bonorum, qđ iam adeptus est per bonorũ possess. Respondeo per bonorum possess. adeptus est iam dominium, sed non possessionẽ. sicut in additione hæreditatis cōtingit ff.de acqui.pos.l. cum hæredes. & ideo necessarium est interdictum. ¶ Vnũ nō omitto quod continetur.j.eod.c.pastoralis scilicet ꝙ is qui rem vendicare incepit,potest redire ad interdictum adipiscendæ vel recuperandæ possessionis, alijs possessorijs iudiciis suo robore duraturis,quę vendicationem dominij sui natura præcedunt. Solet enim multum dubitari,quæ sint illa iudicia.Et potest dici,ꝙ sunt hæc,scilicet interdictum de liberis exhi. & interdictum de tabulis exhibendis.hæc enim ex sui natura pręcedunt vendicationem dominij;sunt.n. præambula,& pręparatoria vendicationis.Prius enim liberi exhibentur,deinde agitur de iure personarum. vt.C.de lib. exhi.l.1. Et idẽ est in interdicto de tabulis exhibendis. Prius.n.tabulæ exhibentur, deinde relictum in tabulis vẽdicatur,vt.ff de tabu.exhi.l. locũ.§.solent.Vnde qui nō exhibet, condemnatur habita æstimatione eius,quod in tabulis est relictum.vt.ff.eo. ti.l.locum.l. condẽnatio. Ad ista igiť quę de sui natura præcedere habent dominij qōnẽ, non est regressus post intentatam vendicationem.Vel potest dici, ꝙ hæc sunt illa iudicia, scilicet interdictum vti possidetis,

sidetis,& vtrobi.ad quæ redire non põt is,qui rem vendicare incepit, ꝑpter cõtrarietatem petẽdi quam superius assignaui.§.eod.§.nũc videndum. Nec ob. ff.de acqui.pos.l. naturaliter.§. nihil.ꝗ dicit dari interdictum vti possidetis ei qui rem vendicare incepit. Nam illa sic intelligitur,scilicet cùm quis prius renũciat actioni in rem, quam instituerat; vel cum ignorans sibi compere interdictum,rei vẽdicationem intentat. Et qđ de his duob. interdictis scilicet vti possidetis,vel vtrobi, loquatur illa litera. alijs possessorijs iudicijs &c. sic ex litera illa elicio,superius tractauit eadẽ de ere.de interdictis acquirendæ,& adipiscendæ possessionis; in quibus dixit, cũ qui rem vendicare incepit, posse ad interdicta redire, antequam in iudiciũ ꝓprietatis renunciatũ sit,aut conclusum; postmodum autẽ quasi de oppositis interdictis loquẽdo dicit alijs possessoris &c. hæc autẽ interdicta scilicet vti possidetis,& vtrobi,sunt opposita illis scilicet,vnde vi,& quorum bonorum. Nam hæc sunt retinendæ,illa verò acquirendæ possessionis. Sed huic intellectui aliquantulum aduersatur, qđ in litera dr̃ subsequẽti. alijs possessorijs iudicijs suo robore duraturis, quæ vendicationem dominij natura præcedunt.hęc.n.interdicta vt possidetis,& vtrobi,non præcedunt rei vendicationem. Ad quod rñdeo,hæc duo interdicta cum rei vendicatione in eodem iudicio non concurrunt,sed precedere possunt & subsequi. ita vt in diuersis iudicijs ꝓponatur.vnde quod ibi dicit, dominij vẽdicationẽ natura precedũt.subaudi vel subsequũtur.¶ In summa † notandum est,ꝙ per

10 duos actus intelligitur quis esse in possessione vel quasi. vt.j. co.c. cum olim. Nam binus actus nedum possessionem vel quasi, sed etiam consuetudinem inducit.vt.C.de episco.aud.l.1.in fin.25. q.3.c. ita nos. & multo fortius trinus. vt.j.e.ti.c.cum ecclesia sutrina.C.de fideicommis.l.1. Sed nunquid per vnicũ actum acquiritur possessio? Rñdeo sic. Sicut enim per vnicum actũ perditur, vt supra de constit.c.cum.M.ferra.j.de præben.& dig.c.pro illorum,sic & acquirit̃ & retinet̃.vt.C. de seruitu. & aqua. l.cum talis. nam & aqua dicitur quotidiana,quæ vna die ducit̃.vt.ff. de aqua quoti.& æsti.l.1.§.quod accidunt. & si misero tignum in parietem tuum, statim incipio possidere vel quasi seruitutem,vt.ff.de serui.vrba prædi.l.seruitutes quæ in superficie.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatio quid sit.*
2 *Generaliter restituendus quilibet ab alio quàm a suo iudice spoliatus.*
3 *Restitutio quandò fieri debeat.*
4 *Restituenda quæ sint.*
5 *Restitutio ut peti possit,quatuor sunt prodita remedia.*
6 *Intellectus ad c.reintegranda.3.q.1.*
7 *Intellectus ad ca. bonæ memoriæ. de appellationi.*
8 *Emens bona fide ab eyciente aliquem uiolenter an præscribat.*
9 *Prius de possessione quàm de uiolentia cognoscendum est.*
10 *Actio de uiolentia prius expediri debet ꝗ de proprietate.*
11 *Causa possessionis prius, & post a proprietatis,terminari debet.*
12 *Possessio de iure naturali est inducta,sed de iure ciuili approbata. & hic habes aliqua de natura possessionis.*

¶DE RESTITVTIONE SPOliatorum. Rubrica.

DICTVM est §. de causa possessionis & ꝓprietatis. sed qa cã restitutiõis possessoria est, ideo subsequenter anncćtit̃ hic rubrica de restitutione spoliatorum. ¶ Videamus igitur quid sit spoliatio. Quis possit & debeat restitui. Qñ facienda est restitutio.& qualiter,& in quibus casibus

 cesset.

1 cesset. ¶Spoliatio † est possessiōē rei im mobilis violenta & iniuriosa deiectio, vel mobilis rei ablatio. Violenta. ꝑpte rea dico, quia si quis sponte possessionē suā renunciauerit vel ipsam abiuret, restitutio locū nō habet, vt. ĩ. e. tit. c. accepta. s. de renunc. c. super hoc. vbi enim quis se nolle possidere constituit protinus possessionē amittit. ut. ff. de acqui. poss. l. 1. §. si vir. & l. si quis in §. est differentia. & l. possideri. §. in amittēda. ¶Iniuriosa propter hoc adijcio, qa nō quotiescunq; quis de possessione uiolenter eijcitur, iniuriosè eijci intelligēdus est. ut cum quis alium eijciens incontinenti & quasi bello continuato reijcitur, nam etsi per uiolētiam excludatur, nō tamē restituitur, ut. ĩ. e. c. olim. 3. q. 1. c. Deus. §. patet. C. unde vi. l. 1. ¶Generaliter
2 † restituendus est quilibet ab alio, quàm à suo iudice spoliatus, ut hic. & ĩ multis decre. & 3. q. 1. per totum. sic & a iudice sine iuris ordine spoliatus. ut. ĩ. co. tit. c. cum venisset, & c. conquerente. quamuis enim pręsumatur pro iudice in his, quę in iudicio fiunt, supra de renun. c. in presentia. ĩ. de testi. c. cum a nobis. ĩ. de sen. & re iudi. c. sicut. ff. de statu. ho. l. ingenuum. ff. de in ius vo. l. adoptiuum. §. 1. Quod tamē hodie determinationem recipit. vt. ĩ. de ꝓba. c. qm̄ contra falsam. Non tamen sic pręsumitur pro his quę extra iudicium fiunt. & ideo si prelatus pręter figurā iudicij spoliet siue priuet, facienda est restitutio, ac si peteretur a priuato; & sic intelligo decre. pręallegatas. Cęterum si in figura iudicij a suo ordinario quis priuetur, & priuatus petat restitutionem tanquā uiolēter eiectus, nō est audiendus; sed prius est, ut inquiratur causa priuationis, quare ordinarius sic priuauit. vt si inueniat quòd iusta de causa priuauit, cōfirmetur priuatio, alioquin infirmetur. & sic intelligo. 2. q. 1. c. notū. & 7. q. 1. c. pręsentium. Et quod dixi generaliter restituēdū spoliatum esse, in tantum uerum est, ut nō obstet exceptio criminis, ut. ĩ. e. tit. c. item cum quis. uel nō canonicę institutionis. ut. ĩ. e. tit. c. in literis. & 6. q. 3. c. deniq; hoc tamē fallit in multis casibus in spoliato a iudice in figura iudicij, ut dictū est, & probatur. 2. q. 1. c. notum. 7. q. 1. c. pręsentium. Item si quis intrusus fuerit in Romanā sedem & eiectus, nō restituitur. ut. 3. q. 1. c. Deus. §. patet. Item destitutus propter suspicionem dilapidationis nō restituitur ante cognitam ueritatem de dilapidatione. vt. 3. q. 2. c. quia ca, hodie tamen recipit correctionem, quia suspectus de dilapidatione non destituitur ab administratione, nisi probata fuerit suspicio. ut. ĩ. de Simo. c. licet. Item impedit restitutionem criminis enormitas. vt. 2. q. 5. c. super causa. & infamia. vt. 2. q. 5. c. psbyter. criminis euidētia. vt 2. q. 2. c. scelus, & q. 1. c. de manifesta. & ĩ. de accu. c. euidentia. Item impedit restitutionem crimen simonię. ut. ĩ. de simo. c. accusans, & cap. tanta. Item cōtumacia. ut. 3. q. 9. c. decernimus. Itē scandalum. vt. 4. q. 6. c. hoc quippe. Item rei absentia, ut. ĩ. co. tit. c. consultationibus. Item cū eijciens incontinenti eijcit, vt dictū est in prin. Item cū spoliatio obijcitur in modū exceptionis, vt s. de or. cog. c. cū dilectus. Item secundum quosdam, si aduersarius in cōtinenti velit ꝓbare de proprietate. vt. ff. ad exhibi. l. 3. §. ibidem. C. de edicto di. ad tol. l. vlt. in fi. ff. ad Carb. l. 3. §. cause. ff. ut in poss. lega. l. si is à quo, in prin. ff. ad Trebel. l. ille à quo. §. 1. ff. de doli except. l. dolo facit. Sed certe qui sic dixerūt, errauerūt. Nā leges superiores loquūtur uel in exhibitione, vel immissione ĩ possessionē, quę cū summaria causę cognitiōe fiūt. & quia leuiter fiunt, leuiter impediūtur per obiectū dominij. Lex autem illa dolo facit, locū habet in petitorio, & hoc innuit. verū qui id petit &c. Sed ubi qs petit restitutionē quę priuilegiata est. vt supra de or. cog cap. vlt. ĩ qua desideratur plena causę cognitio. vt s. de offi. delega. c. cōsultationibus. sicut nō de facili datur, sic nec de facili impeditur. vt ĩ. e tit. c. literas. & ĩ. de senten. & re iud. c. suborta. Item impedit restitutionem rei

rei iudicatę exceptio.vt.2.q.6.c. ei qui. §.diffinitiua. Itẽ exceptio iuriurãdi, vel pacti secundũ quosdam.vt.ĩ.eo.tit.c.accepta. Item vbi sub cõditione quis possedit,vt.ĩ.eo.tit.c.olim. Item si ex gratia,vel precario quis possedit. vt.10.q.3.c.qa cognouimus. infra de exces.prę la.c. cũ à quorũdam. Item si possedit vt colonus.vt.ff.de vi & vi ar. l. cũ fundũ. Item inter virũ & vxo.hæc sunt,quę restitutionem impediũt,sęuicia viri.vt.ĩ. eo.tit.c. ex transmissa.supra ut lite non cõtc.c.1. & 32.q.1.c.de benedicto. Item si in continenti offeratur super cõsanguinitate ꝓbatio,ut.ĩ.eo.tit.c.literas. Itẽ si eiectus adulteretur post eiectionẽ. vt ĩ.de diuor. c.significasti. Item si vxor in iudaismo repudiet,vt.ĩ.de diuor. c.gaudemus.Itẽ si is, qui dicit se eiectum, nõ habuit possessionem iuris, vt.ĩ.eo.tit.c. ex parte. vel habuit possessionẽ sed per violentiam. vt.ĩ.de spõsa.c.cum locum. Hi sex casus quatuor versiculis comprę henduntur. Si non continuit,si mox probat impedimentum,sitque vir austerus, Moysi sit lege relictus, Si nõ possedit iustè,vel si violẽter,Pulsus, & iniustè, ius

3 perdit restituendi. ¶Est autem† faciẽda restitutio ante principalis causę ingressum,vt. ĩ.q fil. sint legi.c.causam. Principalem causam intelligo causam criminis.vt.ĩ.eo.tit.c.item cum quis.vel non canonicę institutionis. vt.ĩ.eo.titu.c.in literis.vel causam petitoriam,vt.ĩ.eod. tit.c.cõquerente. Et sic intelligo omnia iura dicentia spoliatum debere restitui ante causæ ingressum vt.2.q.2. per totũ & 3.q.1.per totum. Alibi autem dicitur spoliatum debere restitui ante omnem contentionem, vt.ĩ.eo. tit.c.1.Non aũt intelligas ante ingressum causæ pricipalis restitutionis.nã & illa causa principalis vocatur,vt.ĩ.eo.tit.c.item cum quis. quia in illa fieri debet litis cõtestatio,& probatio possessionis & eiectionis,vt.ŝ. de offi.del.c.consulationibus. & hoc ante restitutionem, quæ cum plena causæ cognitione debet fieri, vt dixi supra in

4 proxi.§. ¶Restituenda sunt igitur † omnia, & in eo loco vnde abscesserãt funditus reuocãda,si ad loca alia sunt translata.vt.3.q.1.c.reintegranda Reuocanda inquam sumptibus violenti.vt.ff. de rei vend.l.si vero. non tantũ aũt res ablatæ veniunt in restitutionem, sed & damna & fructus percepti à violento,& quæ ꝑcipi potuissent à violẽtiã passo,si ei possidere licuisset.vt.ĩ.e.tit.c.grauis. Item omnes cõmoditates & vtilitates, quas habiturus & cõsecuturus fuisset eiectus a die eiectionis.vt.ff.de vi & vi ar.l.1.§. ex die,& §.non solum.Damna uerò probabuntur per iuramentum eiecti. vt.C. vnde vi.l.si quando.2.q.1.c.in primis.ŝ. quod met.causa.c. vlt.interueniente taxatione iudicis.vt.3.q.3.c. ĩduciæ.§.spaciũ,in verbo.quod fieri.ff.ad exhib. l.2. §.2.quę taxatio fieri habet ante iuramẽtum,nõ post.vt in Auth. de iudicibus.§. oportet,col.6.Et sic correcta est lex vetus.ff.de in litem iur.l.videamus.§.pen. in fi. Fructus autem percepti probari habent, licèt percipiẽdi & aliæ vtilitates à iudice æstimãtur. vt. ff.de vi & vi ar.l.1. §.non solum.Et secundum hoc plenariè faciẽda est restitutio.vt.2.q.2.per totũ. hoc enim importat verbũ restitutionis. vt.ff.de verb.signif.l. eũ prætor. ¶Et est

5 sciendum, † quòd quatuor sunt auxilia prodita, per quæ peti potest restitutio, actio,interdictum, cõdictio ex canone, iudicis officium. Actione petitur restitutio, vt actione quod metus causa, per quam petitur restitutio contra quemlibet possessorem,vt not.supra quod metus causa.§.in summa. Actione de dolo petitur restitutio cõtra illum, qui dolo fecit,sed contra hæredes agitur in quantũ ad eos peruenit ex dolo defuncti. ff. de dolo. l.si plures & hæc actio de dolo competit vt restituatur,& super hoc fertur vna sententia. si autem non restituatur, defertur actori sacramẽtũ in litem & super hoc fertur secunda sententia. & idem seruetur in actione qđ metus causa. vbi verò certũ est dolosum nõ posse restituere, protinus condemnandus est ad interesse.vt.ff.de dolo.l.arbitrio?Re

spon.

ſpon.1.& §.1. Per interdictum datur re ſtitutio contra illũ qui vim fecit, vel mãdauit fieri, vel factam ratam habuit. vt infra eodem titu. c. cum ad ſedem. ff. de vi & vi ar. l.1. §. ſed cum quis. Cõdictio ne ex illo canone, vel dec. vt infra eo. tit. c. ſæpe contingit. agitur contra ſucceſſo rem violen. qui ſciẽter rem detinet vio lẽtam. Item condictione ex illa decre. infra de appel. bonæ memoriæ. agitur cõ tra quemlibet poſſeſſorem, apud quem res fuerit violẽta. Condictione verò ex illo canone. 3. quæſt. 1. reintegrãda. agit generaliter aduerſus poſſeſſores rerũ, quas aliquis noſcitur perdidiſſe, quacũque cõditione temporis, aut captiuitate, aut dolo, aut violentia maiorum, & per quaſcunq; iniuſtas cauſas. & hoc ſi ue ſint res eccleſiæ, ſiue propriæ, vt ibidẽ. Iudicis officio petitur reſtitutio, cũ aliquis propter abſentiam perdit rem ſuam, de qua agitur. ff. ex qui cau. ma. & poteſt agi contra quẽlibet poſſeſſorẽ, vt 16. q. 3. c. porro. &. c. prima actione. Et ſecundũ præmiſſa non obſtat lex. ff. de vi & vi ar. l. cum à te. quæ dicit nõ dari interdictum aduerſus eum, ad quẽ translata fuerit res violenta; verum eſt enim ꝙ non datur interdictum, quia interdicta & ipſa perſonalia ſunt, vt ff. de interd. §. interdicta. Sed dantur condictiones ex canone, vel ex decre. ſicut ſuperius dictum eſt. vel officium iudicis. Sed inter canonem, & decretalem diffe

6 rentia eſt notanda. † Nam canon ille. reintegranda. generalis eſt qualitercunque & quomodocunque quis amiſerit rem propriam, vel eccleſiæ, apud quem cunque & in quocunque loco fuerit cõſtituta. decre. illa. ſæpe contingit. requirit ſcientiã ſucceſſoris. vt cum quis ſciẽter à ſpoliatore rẽ receperit violẽtam, tunc quia ſpoliatori ſuccedit in vitium eo quod non multum interſit, quo ad periculum animæ detinere iniuſte, ac inuadere alienũ, competit cõdictio contra talem. & hoc de nouo inducitur per decre. illam, quia conſideratur vitium in ſucceſſore ſingulari. quod in ſucceſſo re vniuerſali ſolet communiter obtinere, vt C. de acquir. poſſ. l. vitia. ff. de diuer. & tempora. præſcript. l. cum hæres. ff. de acqui. poſ. l. Pomponius. §. 1. ſecus in ſingulari, quæ in vitium non ſuccedit vt. ff. de diuer. & tempo. præ. l. ad vitiũ.

7 † Sed decre. illa bonæ memoriæ. ſimpliciter loquiť, & poſſet reduci ad intellectum illius. decr. ſæpe contingit. Vel dici poteſt, ꝙ in illa decr. bonæ memoriæ. exuberauit officium iudicantis. vel forte actum fuit condictione ex canone. reintegranda. Veruntamen cũ is, qui ſciẽtiam allegat, ꝓbare habeat. vt ff. de ꝓba. l. verius, graue ſit probare ſcientiã alienam, non reputo cautum agi condictione ex illa decret. ſæpe contingit. puto tamẽ eſſe tutum agi officio iudicis ex canone reintegrãda. ¶ Sed quid ſi te de poſſeſſione violẽter eieci, & alius à me emerit bona fide, nunquid ꝑſcribet? Videtur ꝙ ſic, lex enim Plaucia & Iulia ea demũ vſucapi vetuit, q̃ vi poſſeſſa ſunt. non ea ex quibus aliquis vi foret eiectus. vt. ff. de vſucapio. l. non ſolum. §. ſi dominus. &. §. ſed nihilominus. Itẽ hic concurrunt ea quæ in præſcriptione canonica requiruntur, ſcilicet titulus & bona fides, cum quibus præſcriptio procedit. ut. ĩ. de præſcrip. c. ſi diligenti. ĩ. de probatio. licet & infra de deci. & primi. c. dudum. Ad hoc reſpondeo, ꝙ quæſtio iſta determinanda eſt per decre. illam. ĩ. eo. tit. c. ſæpe contingit. vt ſi emptor ante completam præſcriptionẽ rẽ nouerit vitioſam, intelligatur in vitiũ

9 ſucceſſiſſe, & ideo non præſcribat. ¶ † In ſumma notandum eſt, ꝙ ſi de uiolentia criminaliter, & de poſſeſſione ciuiliter per interdictum agatur, prius de poſſeſſione, quàm de uiolentia, cognoſcen

10 dum eſt, ut. C. de app. l. prius. † Si agať de uiolentia & ꝓprietate. prius de uiolentia, quàm de proprietate. ut. ĩ. eo. ti.

11 c. in literis. ff. de iudi. l. ſi de ui. † Si aũt agatur de poſſeſſione & proprietate. prius cognoſcendum eſt de poſſeſſione q̃ de proprietate, ut C. de rei uend. l. ordinarij. C. de interdic. l. incer. id eſt, qa & ciuilis

& ciuilis & naturalis ratio persuadet, vt aliter possideat, & alter à possidente petat. vt Insti. de interdictis. §. retinendæ. Sed quamuis hoc magis ordinariũ sit, & ordinatius, tamen secundum iura canonica simul ab eodem intentatur vtrunque, s. interdictũ vnde vi, & rei vendicatio; à diuersis autem interdictũ vti possidetis, & rei vendicatio vt no. s. de ord. cog. §. nunc videndum. ¶ Et quia de natura possessionum multa & varia ꝓponuntur, de multis pauca & in summa
12 dicamus. Sciendum † est igitur, vnam esse possessionem scilicet naturalem, id est inductam de iure gentium, sed apꝓbatam de iure ciuili & extensam. & hoc respectu dicitur duplicem esse rationẽ possidẽdi. vt. C. de acq. poss. l. nemo ambigit. Si enim de prædio exeam. nec sit prædium in conspectu meo, retineo possessionem secundum quosdam ciuilem, secũdum Azo. naturalem, sed ciuiliter. sicut & prętoria actio dicitur ciuilis auctoritate & extensione, ut. ff. de noxali. l. electi. §. si absente. Vnde si alius ingrediatur prædium habet possessionem naturalem sed clandestinam. Credit enim uel credere debet me sibi controuersiã moturum ut. ff. de acqui. poss. l. clã possideri. 1. responso. & illa possessio prodesit ei contra alios. Nam habet interdictum vti possidetis aduersus alios. sed contra me, qui naturaliter possideo iuris ciuilis auctoritate, vt dictum est sibi non proderit. vt. ff. vti poss. l. 1. in fi. nisi ego veniens non admittar ab illo clandestino possessore, vel nisi suspicer posse repelli. vt in l. clam possideri. §. q ad nundinas. quia tunc clandestinus efficitur uiolentus: ut ibi dicitur &. ff. e. l. si id. §. quod autẽ. sed & si per alium possideã scilicet per colonum uel inquilinum; ut in l. si id quod. vel per uicarium. ut s. de rescript. ca. ex parte. s. de offic. iudic. c. 2. seu per pensionarium. ut. j. eod. tit. c. cũm uenisset. c. si ille decesserit, uel de possessione recesserit, non amitto possessionẽ. ut. ff. eod. tit. l. si de eo. nisi ueniẽs &c. ut supra. Sed si is per quem do minus possidet, eijciatur, vel alij possessionem tradit, perdit dominus possessionem. vt. ff. de acquirend. possess. l. possideri. §. quòd si seruus. C. eo. titu. l. ex liberis. Et hæc omnia locum habent in rebus immobilibus. nam circa mobilia secus est. In eis enim omissa & neglecta custodia inducit amissionem possessionis. ut ff. de acquiren. possess. l. si rem mobilem. imò eo ipso quòd se constituit nolle possidere, perdit possessionẽ ut no. s. eod. tit. §. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dolus malus quid sit, & quare in hac rub. subaudiatur de dolo malo nu. 4.*
2 *Mendacium quid sit, & quomodo cõmittatur fallacia.*
3 *Machinatio qualiter committatur.*
4 *Dolus bonus quid sit.*
5 *Contumacia quid sit.*
6 *Actio de dolo qualiter & contra quos detur.*
7 *Actio de dolo est biennalis. secus est in exceptione doli.*
Perpetua ad excipiendum temporalia sunt ad agendum.
8 *Remedia quæ prodita sint contra contumaces.*
9 *Contumax à diffinitiua non audiatur appellans.*
10 *Misso in possessionem qualiter succurratur, si non possit nancisci possessionem propter dolum uel potentiam partis aduersæ.*
11 *Contumax qualiter quis constituatur.*

¶ DE DOLO ET CONTVMACIA. Rubr.

IN superiori rubrica tractauimus de eiectis & spoliatis ui & potẽtia spoliatorum. In hac verò rubrica tractatur de fatigatis in iudicio dolo & cõtumacia. Et est subaudiendum in rubrica malo. sic enim intitulatur in. C. s. de dolo malo. ¶ Videamus igitur qd sit dolus. Quare subaudiatur in rub. malus.

Item

Item quid sit cõtumacia, & q̃ remedia
sint contra dolosos & cõtumaces. ¶Do
1 lus malus] est caliditas,fallacia,machi
natio ad circumueniendũ fallendum de
cipiendum alterum adhibita. vt. ff. eo.
titu.l.1.§.1.Committitur autem calidi
tas in fraudẽ tacendi. Vnde Salomon.
Qui dissimulat iniuriã calidissimus est
& exempla ponere potes s. de rescri. c.
super literis.& in concordantijs ibi no-
tatis,C. si contra ius vel utilit. publi.l.
præscriptione 15.q.2.§. præscriptione.
ff.de act. emp.& uend.l.1.&.l. tenetur.
2 §.ult.& penult. † Fallacia committitur
in mentiendo & falsum asserendo con
tra conscientiam.unde ait Aug.Menda
cium est falsa significatio uocis cum in-
tentione fallendi.ut.22.q.2.ca.beatus
Paulus.§. ille ergo. & lex dicit falsitas
est mutatio ueritatis. ut in Auth.de fi-
de instrumen.in princip. col.7. Tamen
& in hoc membro dicitur committi ca-
liditas tam ex parte loquentis, quàm
eius ad quem sermo dirigitur.ut.22.q.
5.cap.qui peierare. §. ex his omnibus.
3 † Machinatio committitur in arte uer
borum ut 22.q.5.c. quacunq; arte uer-
borum,exemplum.ff.de act.emp.& ué.
l.Iulianus.§.Idem Iulianus. Nã machi
natio est occulta insidiatio;unde mari-
tus,q uitæ insidiatur uxoris,dicitur ma
chinari in mortem uxoris. ut infra de
eo q dux. in matri. quam pol. per adul.
c.significasti. Et eodem modo adultera
dicitur machinari in mortẽ legitimi. vt
4 j.eo.tit.c.1.&.2. ¶Ideo † autem subau-
ditur in rubrica de dolo malo, quia est
d olus bonus quem quis cõmittit in ho-
stem.Nã dolus est virtus,quã quis in ho
ste requirat.vt.22.q.2.c. vtilem simula
tionem & c.quæritur.23.q.8.c.ut pridẽ.
Vnde nil refert armis contingat palma
dolove.vt tamen etiã hostibus seruetur
pactũ à ducib. belli factũ. vt. ff. de pact.
l.conuentionem.22.q.4.c.innocens. Nã
hosti fidẽm seruanti fides est seruãda.vt
23.q.1.c.noli.ne;dum quis alienam per
fidiã arguat, propriam fidem soluat. vt
in c.innocens. Item dolus bonus est qui
fraudem excludit.vt.ff.de leg.2.l. cũ pa
ter,§.titio.vnde veteres dolum solertiã
appellabant.& ꝓpterea dicitur quis bo
næ indolis,idest,bonum dolum intus ha
bens.i.solertiam & ingeniũ. ¶Contuma
5 † cia est inobedientia & contemptus,cũ
quis tribus edictis, uel uno ꝓ omnibus
peremptorio citatus pręsentiam sui fa-
cere cõtemnit. vt.ff.de re iudi.l.cõtumã
cia,vel veniens mandato nõ paret.vt.ff.
si quis ius dicen.non obtempe. l.1. & ff.
6 de app.l.creditor.§.iussus. ¶ † Ex dolo
alicuius datur doli actio,si nulla alia su
persit ciuilis vel honoraria, quoniã fa-
mosa actio non temerè debuit à præto-
re decerni; vnde cessat hęc actio,si quod
aliud supest remediũ ordinariũ, vel ex-
traordinariũ.vt.ff.de dolo.l.1. cũ l. seq.
& ꝓpterea dicitur hęc actio subsidiaria,
quia in subsidiũ datur, cũ deficit omne
aliud auxiliũ,sicut dictũ est. Datur aũt
7 hęc actio aduersus dolosum,siue singu-
larem,siue collegiũ,siue corpus,munici
pium,vel vniuersitatẽ, licèt hęc difficul
tas cõtingat vt vniuersitas cõsentiat in
dolo,vel metu,vel consimilibus,cõmit-
tendũ.vt.ff.de orig.iur.l.2.§.deinde. qa
8 difficile est,& ideo dicitur,qd enim mu
nicipes dolo facere possunt.vt.ff. eod.ti
tu.l.si ex dolo.q.d.difficile est ꝓpter na
turalem facilitatem hominũ ad dissen-
tiẽdũ &c.vt.ff.de arbi.l. item si unus. §.
principaliter. huiusmodi.n.interroga-
tiones nõ impossibilitatem,sed difficul
tatem notant,seu varietatem;vt ibi. Est
peccatũ ad mortem, quis orabit ꝓ eo?
qs medebitur incantatori vulnerato à
serpente? Si sacerdos peccauerit, quis
orabit pro eo? quis putas est fidelis ser-
uus & prudẽs. vt de pœn.dist.1.c. impor
tuna.§.quod autem.Item quid in omni
bus peccatis adulterio grauius?vt 32.q.
7.c.quid in omnibus.& simile.ff.cõmo
da.l.ad eos.ff.loca.l.sed & damno. Dat
& exceptio, quæ generaliter est contra
omnem agentem,etiam si ab initio quis
non dolo faciat pretextu ignorantiæ fa
cti,sed postmodũ certioratus in lite im
proba ꝓseueret.vt.ff. de do.except.l.2.
hanc

hanc exceptionem nullus temporũ cursus excludit.vt.ff.de doli excep.l.purè.§.
7 vlt. ¶Actio † de dolo est biennalis. vt. C.eo. titu.l.vlt.& arbitraria.vt Insti.de act.§.preterea.& famosa vt dixi.s.in §. ex dolo. ¶Nec mireris,si exceptio doli sit perpetua,actio autem tam breuis vitæ. quia quæ perpetua sunt ad excipiendum,temporalia sunt ad agendũ. vt no. s.de rescri. §. durat rescriptorũ auctoritas. Solet autem distingui legaliter,& scire non est inutile, licet tota materia sit legalis.refert enim,qa aut dolus adhibetur in cõtractu, aut extra cõtractũ. Si in contractu siquidem det causam cõtractui bone fidei. hoc est qa deceptus non erat aliàs cõtracturus, nisi dolo ad cõtrahendum fuisset inductus. ipso iure non tenet contractus,si hoc velis allegare deceptus; si autem ex eo cõtractu velit agere,potest.vt.ff.eod.tit.l.elegãter. ff.de mino.l.in causæ,&.ff.de iu.dot. l.si res.§.1. Si verò deceptus nesciens dolũ admissum rem tradit, eandem repetit actione de dolo. Vnde ait Irne. pcessit vẽditio vt infirma,secuta est traditio vt infirmanda per actionem de dolo.vt.ff. eo.tit.l.arbitrio.&.l.quod venditor. & l.si legatarius. Vbi autem deceptus est aliàs contracturus, sed dolo alterius decipitur vt in minori pretio cõtrahat,tenet vẽditio,sed dolus purgatur p actionem ex eo cõtractu, etiam si vnius nummi deceptio sit.vt.ff.de ac.emp.& vend. l.Iulianus.§.si venditor.& §.idem Iulianus.& ff.de dolo.l. si quis affirmauerit. sed si dolus dat causam contractui stricti iuris,vel etiam si incidat in cõtractũ tenet contractus,sed obstabat exceptio inquantum sibi velit patrocinari dolũ. vt.C.de inuti.stip.l. dolo vel metu. sed vbi decepto non potest consului per doli exceptionem,vel alio modo,datur ei actio de dolo,ne moretur in damno. vt ff.eod.titu.l.eleganter.§.seruus. Vbi autem quis decipitur in contractu bonæ fidei re ipsa.idest,non ex propositio alterius, & si impropriè dicatur res ipsa in se dolum continere, tenet contractus:

Sed si cõtrahens decipiatur vltra dimidium iusti pti, aget deceptus vel vt rescindatur contractus, vel vt suppleatur iustum pretium data electione decipiẽti.vt.C.de rescin. ven. l. 2.j. de empt.& vend.c.cum dilecti.& cap.cum causa. & hoc per actionem ex eo contractu.& sic perpetuò secundum Azo. vel secũdum alios officio iudicis implorata in integrum restitutione.vt. C.ex quibus cau. maio. l. in contractibus. & ita aget vsque ad quadriennium.vt.ff. de temp. in integrum resti. l. superuacua. Sed si deceptio non est vltra dimidium iusti precij,tolleratur;licet enim contrahẽtibus naturaliter se ad inuicem circonuenire.vt.ff.de mino.l.in causæ.§.vlt.ff. loca.& condu.l.item si pretio.§.vlt. Si autem re ipsa insit contractui iuris deceptio vel dolus, obstabit doli exceptio,vt.ff.de verbor.oblig.l. si quis cum aliter. Quidam tamen intellexerunt.l. illam,cum in contractu bonæ fidei inter posita fuerit stipulatio. Vbi autem dolus adhibetur extra contractum,siquidem cadat in speciale nomen maleficij vt furti,vi bo.rap.iniuriarum,non aget actione de dolo,sed illa spetiali quæ p dita est ex eo crimine. hæc enim actio de dolo adeo subsidiaria est,vt nunquã competat cum alia ciuili, vel prætoria ordinaria, vel extraordinaria, sed demum cum nullum aliud iuris remediũ superest,datur,vt dixi,supra codẽ. §.ex
8 dolo. ¶Contra † contumaces prodita sunt hæc remedia,reus contumax ante litem.contest.patitur missionem in possessionem,siue agatur contra eum realiter siue personaliter, infra annum missionis non recuperat possessionem, nisi restitutis expensis, & præstita cautione de iure parendo. post annum efficit de possessore petitor. Item contra ipsum absentem proceditur ante litem cont. vel post.litem,inquantum iura permittunt. In his autem in quibus missio locum non habet, patitur excommunicationem.ut.s.ut lit.non contest. ca.tuæ. Actor verò cõtumax patitur absolutio

acm rei ab obseruatione iudicij, nec auditur causam resumēs, nisi restitutis expensis. Item cōtra eum proceditur quatenus iura permittunt, sicut in reo dictū est. In criminalibus vero reus cōtumax excommunicatur ante lit. contesta. & si infra annum a die excommunicationis non venerit, non auditur in principali; sed pro cōuicto habetur interpretatione iuris. Sed si post lit. contesta. contumax fuerit, si liquere potest de causa ꝑceditur contra eum ad diffinitiuam. vt. 3.q.9.c.decernimus. salua tamē distinctione legis. ff. de pœnis. l. absentem. Accusator autem contumax ante lit. contest. excommunicatur, post litē verò si ex contumacia non probat quod obiecit, de calumnia notatur. Sed secundū iura ciuilia reus contumax in criminali patitur bonorum annotationem infra annum, post annum confiscationē. vt. C. de requi. re. l. quicunque. & ff. eo. ti. l. ul. De his autem omnibus plenissimè notatur. s. de iud. §. iudicio. cum tribus sequentibus §§. vsque ad. §. partib. autem. & notatur supra vt lite non contest. §. index cum sequentibus §§. vsque
9 ad. §. item quæritur. ¶ In summa † notādum est, ꝙ contumax à diffinitiua non auditur appellans. ut. C. de iudi. §. cum autem 24. quæst. 3. c. de illicita. nisi veniat adhuc iudice pro tribunali sedente. ut. ff. de in integr. restitu. l. diuus. Et hoc locū habet in contumace in non ueniendo. contumax autem in non faciendo, puta in non exhibendo auditur appellās vt. ff. ad app. l. creditor. §. iussus.
10 † Item notandum, ꝙ si is qui in possessionem mittitur, non possit nancisci possessionem corporaliter propter dolum siue potentiam aduersæ partis, licet secundum iura ciuilia puniri possit, nam omnibus magistratibus concessum est iurisdictionem suam defendere pœnali iuditio. ut. ff. si quis in ius uoc. non ierit l. 2. ff. si quis ius di. non ob. l. 1. in princ. tamen secundum iura canonica temperatur iste rigor. ita vt si quis missionem passus uelit cauere de parendo iuri, non puniatur pœna legali. puto tamen quòd in expensis condemnabitur. ut. j. eo. tit. c. ex literis. & c. finem. & j. de pœ. c. calumniam. Item temperatur rigor iuris ciuilis in hoc, vt missus non agat ad interesse contra impedimentum ex illo edicto. ne vis fiat ei qui in possessionē missus est. Quod uerum esse intelligo, nisi iustitia periclitetur. vt infra, eo. ti. ca. 1. Puto autem periclitari iustitiam re perempta, in qua facta est missio, cū apud missum peritura non esset. Nam tunc in subsidium ageret, etiam secūdum canones, quāti interest missi fuisse in possessionem corporaliter. ff. ne uis fiat ei qui in pos. missus est. l. 1. §. hæc verba & ff. uti pos. l. si duo. §. vltim. sicut alias re perempta vel vsucapta agitur in subsidium actione nego. gest. ut. ff. de nego. ge. l. ulti. Sic ergo passus missionem cleuatur a pœna per cautionem ut dictum est, quod locum habet anno missionis instante. Nam eo finito nō est locus cautioni, sed missus efficitur uerus possessor. vt j. cod. tit. c. contingit. quod ideò contingit quia missus fictione iuris medio tempore possidere uidetur. ut. ff. de
11 bo. auc. iudi. possi. l. quamuis. ¶ † Item, nota. ꝙ licèt sufficiat denunciari iudici uel ecclesiæ quantum ad constituendū aliquem contumacem. ut. j. cod. titu. c. causam & j. eod. tit. c. ult. j. tit. proxim. c. ult. j. de cleri. non resi. c. ex tuæ. ff. de libe. agno. l. 1. in princ. ff. de dam. infec. l. 3. §. prætor. plerumque tamen requiritur quis in tota prouincia. ut j. eo. ti. c. cum olim. imò aliquando extra ꝓuinciam. ut. j. qui fi. sint legiti. c. perlatum. j. qui. ma. accu. pos. c. relatum. ¶ Item quamuis superius dixerim, ꝙ in desectum missionis successit excōicatio. nō tamen currendum est ad excommunicationem contra prælatos, sed procedēdum est ad suspensionem uel interdictū: ut s. ut de offi. deleg. c. sane quia. j. eo. ti. c. ueritatis. Sic nec cōtra laicos excellentes statim procedendum est ad excōmunicationem, sed ad interdictum terrarum supra de off. dele. c. p. & g. j. de iureiu.

iure in c. ex rescripto. j. de sponsa. c. non
non est nobis.

SVMMARIVM.

1 *Missus in possessionem quid iuris consequa-
tur tum in personali quàm in reali.*
*Et quæ sit differentia inter primum decre-
tum & secundum. & nume. 2. cum se-
quenti.*
4 *Lapsus anni an per se tantum afficiat pos-
sessorem verum, aut necessarium est se-
cundum decretum.*

¶ DE EO QVI MITTITVR in possessionem causa rei seruandæ. Rubrica.

DIXIMVS supra de contuma-
cia. sed quia propter contuma
ciam frequentius fit missio in
possessionem. Ideo post tractatũ de do
lo & contumacia, subsequenter tracta-
tur de missione, & ideo subijcitur hic
rubric. de eo qui mitt. in poss. causa rei
seruan. Et quia superius dictum est, q̃s
mitti debeat, & ob quam causam, & in
1 quibus casibus locum habeat. † Restat
videre, quid iuris consequatur missus
tam in personali, quàm in reali. & quæ
sit differentia inter primum decretum,
& secundum, Est igitur sciendum ꝙ mis
sus in possessionem in actione reali sta
tim possidet. vt. C. de præscript. 30. an-
no. l. si quis emptionis. §. pen. ff. de dam.
infect. l. à quo &. C. quomodo & quan-
do iudex. l. consentaneum. &. ff. si ser. vẽ
di. l. is cuius. & hoc secundum quosdã.
secundum alios non possidet, sed custo
dit. vt. ff. de acqui. poss. l. possideri. vl-
ti. ff. de dam. infec. l. si. finita. §. Iulianus.
2 &. ff. vt in poss. le. l. is cui in princ. † Nam
missus in possessionem causa rei seruan
dæ, causa legatorum, causa damni infe
cti, non possidet, sed est in possessione.
Est autem longe diuersum possidere, &
esse in possessione. vt. ff. de acqu. posses.
l. si quis ante. Sed obtinuit vt prior sen
tentia in realibus, posterior in persona
libus locũ habeat. nec turberis ex hoc,
ꝙ multæ decre. loquentes in realibus
actionibus dicunt missum in possessio-
nem, causa custodiæ missum fore, vt. s.
vt lite non contest. c. tuæ. infra eod. tit.
c. vlt. &. c. cum venisset. Sed tu dicas, ꝙ
hęc verba causa custodię, impropriè po
nũtur, vnde subaudi & nihilominus cã
possessionis, & hoc in realibus. Vel dic,
ꝙ in possessionem missus etiam in reali
dicitur custos eo respectu, quia vsq; ad
annum non possidet incõmutabiliter,
sed commutabiliter. nam passus missio
nem veniens j. annum & ꝑstans cautio
nem restitutis expensis recuperat pos-
sessionem. Vnde quod dicitur. s. vt lit.
non contest. c. quoniam frequẽter. §. in
alijs scilicet. quòd missus in possessio-
nem in realib. post annum efficitur ue-
rus possessor. exponimus, idest incom-
mutabilis; nam & ante uerè possidebat,
sed non incommutabiliter, vt superius
3 dictum est. † Sed hoc est sciendũ, ꝙ vbi
missio in possessionem fit post lit. cont.
missus ex primo decreto possidet, & so
la quæstio proprietatis reseruatur ab-
senti vt in præalle. l. consentaneum. &
idem contingit in alio casu vt lit. nõ cõ
test. c. quoniam frequenter. §. quod si su
per rebus. & C. vbi in rẽ actio. l. 2. Post
annum verò à die missionis absente in
sua contumacia perdurante missus effi
citur verus possessor id est incommuta
bilis, nisi super proprietate contra eũ
pronunciari contingat. missus enim effi
citur de petitore possessor, & passus
4 missionẽ de possessore petitor. † Sed
nunquid lapsus anni per se tantum affi-
cit possessorem verum, aut necessariũ
est secundum decretum? Et dixerunt q-
dam, ꝙ non lapsus anni, sed secundũ de
cretum hoc operatur. arg. ad hoc j. eo.
tit. c. 1. s. vt lit. non contest. c. qm̃ frequẽ
ter. §. in alijs s. tit. prox. c. contingit. ff.
de dam. infec. l. si finita. §. Iul. Alij autẽ
dicũt, ꝙ ex cursu anni sufficiat per se so
lum. ar. ad hoc infra eo. ti. c. cũ sicut su-
pra de offi. or. c. pastoralis. in fi. & trans
cursu anni ꝓbat crimẽ. 11. q. 3. c. rursus

& in hoc breuiter dico, ꝙ in realibus sufficit lapsus anni, in personalibus autem requiritur secundum decretum, id est secunda iussio, auctoritas, vel sententia iudicialis. sed in his personalibus secundum decretum diuersimode operatur. nam generaliter verum constituit possessorem, sed in quibusdã efficit dominum, si dominus erat is contra quem fit missio. alioquin præstat causam vsucapiendi vel præscribendi, vt in actione noxali, & damni infecti. vt. ff. de noxa. l. & generaliter. & ff. si ex nox. cau. aga. l.
5 2. ff. de dam. infe. l. si finita. §. Iulianus.† Sed cũ in realibus actionibus hoc operetur secundum decretum vt missus in possessionem fiat de petitore possessor, & hoc commodum consequatur, vt aduersario non probante vincat eo iure, quo vincunt cæteri possessores. vt Insti. de interdi. §. commodum. non videtur, ꝙ hoc in personalibus sibi locũ valeat vendicare. quia in realibus dicit actor, se ius habere in re quam vendicat. & idẽ non est mirum, si ex contumacia rei cõstituatur ei aliquod ius circa rẽ ipsam tam per primum, quàm per secundũ decretum. Sed in personalibus, in quibus ex contumacia Rei actor mittit in possessionem rei absentis pro modo debiti declarati in libello. vt in Auth. de exhiben. aut introdu. §. si verò. col. 5. &. C. de bo. auth. iudi. pos. auth. & qui iurat. & aliquantulum largius. vt res quæ sibi assignantur a iudice, aliquãtulum plus valeant, quàm contineant id quod petitur. vt no. Azo. in summa de bonis auth. iudi. possess. non dicit actor aliquid iuris se habere in rebus sed personã dicit obnoxiam. vnde non videtur ꝙ aliquid iuris in eis per iudicem constituatur eidem, & propterea non videtur ꝙ in hoc inter reales & personales aliqua posset similitudo notari. quam tamen assignat illa decre. quoniam frequẽter, in fi. Ad quod respondeo, sicut in reali missus ex primo decreto lapso anno constituitur incommutabilis dñs, nec alius ꝓbet de proprietate si potest. sic & in personali missus ex secundo decreto, quia qđ facit in reali lapsus anni, hoc facit in personali secundum decre. efficitur incommutabilis, id est, tandiu possidebit, donec ipse idem debitor ꝓbet, & si ꝓbauerit donec de debito satisfiat. ibi enim agitur de iure rei, hic de iure debiti. vel tandiu retinebit, donec reus ꝓbet de indebito, hoc est actori solutum, vel eo nomine satisfactum. Sed & ante secundum decre. potest similitudo notari, vt sicut in realibus passus missionem veniens infra annum, recuperat possessionem præstita cautione & restitutis expẽsis. sic in personalibus post primum decre. & ante secundum hoc. & quaedam alia de materia ista notaui. s. de iud. §. iudicio igitur. ¶ Sed opponitur ꝙ missus in possessionem in personalibus nullo tempore possideat, nam hic pignus est prætorium, & pignus prætoriũ non possidetur. vt. ff. vti possidetis. l. si duo. §. creditores. Ad quod respondeo. verum est ex primo decre. secus ex secũdo. Item quid si agatur de ecclesia vel præbenda, & ex contumacia Rei mittatur actor in possessionem, nunquid efficietur verus possessor? Respondeo sic, quãtum ad præiudicium cõtumacis vt fiat de possessore petitor, non quantum ad episcopum quo ad ius institutionis, qui missum suo iure poterit excludere, nisi ꝓbauerit se institutum. vt. 2. q. 1. c. legũ & c. de procura. c. ex insinuatione. prodest igitur missio in possessionem in spiritualibus quo ad contumacem, vt dictum est. Item quo ad præscriptionem si missus alias habeat bonam fidem, vt infra de præscrip. cap. si diligẽti. habet enim iustum titulum. vt. ff. de acquir. possess. l. iustè possidet. & adde circa quõnem istam quod no. supra de iudi. §. iu-
6 dicio igitur ¶ † Ex præmissis itaque satis apparet, quæ differentia sit inter primum decretum, & secundum. quia primum custodem, secundum verum constituit possessorem. post primum commutabilis est possessio, post secundũ incommutabilis. Itẽ missus ex primo decreto

creto seruat rem, sed passus missionē eb
sit & colligit fructus. missus autem fru-
ctus ipsos custodit. vt ff. vt in pos. leg. l.
si eum. §. qui legatorum. sed si reus non
colat, colit missus, & colligit fructus, p-
cipit, vendit, & pretiū seruat. vt ibi. Itē
missus in possessionem ex primo decre-
to nō vtitur fructibus. vt ff. ex quib. cau.
in pos. ea. l. Fulcinius, in prin. & l. ptor,
nisi in casibus vt in. l. eadem Fulcinius.
§. vlti. ff. vt in pos. leg. l. pen. ff. ad Carb.
l. & si is. §. an antē. ff. de ven. in pos. mit.
l. 1. §. f. ¶ Missus vero ex secundo decre
to vtitur & fruitur. Item missus ex pri-
mo decre. compatitur reum in posses-
sione. Sed missus ex secundo deijcit. vt.
ff. de dam. infe. l. si finita. § si forte. duo
enim insolidum possidere non potest.
vt. ff. de prxca. l. duo. ff. de acquir. pos. l.
possideri. §. econuerso. & §. Trebacius.
Realis autem est actio, quæ rem prose
quitur ad quemcunque profecta fuerit
possessorem. Personalis quæ in personā
obligatam intenditur & eius hæredem
propriè tamen loquendo. petitio dici-
tur in rem. actio in personam. persecu-
tio vtroque. vt. ff. de actio. & obligatio
l. actio.

S V M M A R I V M.

1 *Lis quando pendere dicatur.*
2 *Lite pendente nihil est innouandum in præ*
iudicium alicuius.
3 *Appellans ab ordinario in una causa, an*
in alijs coram eo respondere teneatur.

¶VT LITE PENDENTE NI hil innouetur. Rubrica.

DIctū est supra qualiter status re-
rū absentis per contumaciā im-
mittetur. Nam possessio rei de
qua agitur, trāsfertur in præsentem. vel
mittitur presens in possessionem rerū
absentis per contumaciam, si personali
ter agatur. Sed ne fortè crederet aliqs,
q eodem modo posset aliquid immuta
ri circa statum causæ lite pen. ideo su-
bijcitur hic rubrica, vt lite penden. ni-
hil inno. ¶ Videamus igitur, quando lis
pendere dicatur. & quare lite penden-
te nihil sit innouandum. & in quibus cā
sibus liceat aliquid innouari. ¶ Lis intel
1 ligitur † pendere per appellationem,
recusationem, consultationem & rela-
tionem. Nam in suspenso sunt omnia,
donec ad superiorem negotium trans-
mittatur. sic dicitur executio esse inte-
rim in suspenso, vt s. de offi. de le. ca. pa-
storalis. §. præterea. & sic sententia dici
tur esse suspensa. vt infra de app. c. sæ
pe contingit. infra de senten. & re iudi.
c. 1. C. de re. credi. & iure iu. l. si quis iu-
siurandū. & l. generaliter &. C. de app.
l. præcipimus. §. huic. Item per recusa-
tionem causa suspenditur, quia dum de
causa recusationis corā arbitris discē-
ptatur, iudex recusatus in causa princi-
pali sua iurisdictione vti non potest.
Sed tunc demum cum recusans defece-
rit in probatiōe suspicionis. vt j. de ap.
c. secūdo requiris. & c. cum spiritualis.
Item suspenditur per consultationē seu
relationem. Nā is qui refert & consul-
uit pendente relatione non audeat ali-
quid commutare. vt. 2. q. 1. c. nomen. &
3. q. 6 c. multum. C. de rela. l. 2. imo ex
illo tempore, ex quo iudex dicit se rela
turum, suspenditur negotium, vt. C. de
appel. l. ex illo. Debet autem is qui re
fert, superioris expectare responsum, vt
6. quæstio. 3. c. denique. & hoc nedum
in causis locū obtinet, sed & in alijs ne-
gotijs ad superiorem trāslatis. vt in eis
nihil audeat inferior commutare. vt su
pra de offi. dele. c. licet tranenses. & su-
pra de postu. c. bonæ me. il secondo. Itē
autem per hos modos suspenduntur ne
gotia, quia interim suspenditur iurisdi
ctio. quia in eo, in quo ad superiorem
recurritur, recurrens eximitur à iurisdi
ctione inferioris, vt infra de ap. c, dire-
ctè. & ca. pastoralis. ¶ Lite igitur pendē
2 te † nihil est innouandum in præiudi-
cium alicuius, vt infra eo. tit. ca. 1. & 2.
quia nō est aliquis iure suo sine cā pri-
uādus. vt 16. q. 4. c. nolum⁹. 17. di. §. huic
etiam.

etiam.& 8.q.4.c.nonne. hec indulgétia impetrata lite pendente valet, vt j. eo. tit.c.ultim. veruntamen scripsit super illa decr. Vinc. & ideo non valuit indulgétia; quia res illa super qua obtenta fuerat, erat litigiosa. Sed non placet, ibi.n. agebatur de iure decimarum, & sic de re incorporabili, in qua, etsi secundum vetera iura locum haberet vitium litigiosi, hodie locum non habet, & in hoc correctum est ius antiquum per Auth. de litig. §. j. col. 8. ibi enim dicit scimus, intellige litigiosam rem mobilem vel immobilem, seque mouentem, de cuius dominio agitur &c. & ꝑpterea scribit dominus meus tractatum de litigiosi, in rebus tantum corporalibus locum habere. vt no. in summa de litigio. in fi. Non ergo illa fuit ratio quia Vin. assignauit quare indulgentia illa non valuit. Sed illa, quia monachi præuenti fuerunt per conuentionem; & ideo indulgentia eos non adiuuit. ut. ff. de ind. l. si quis postea. supra de fo. compe. l. ꝑposuisti. ff. de execu. tuto. l. tutor petitus. & quia lite pendente impetrauerunt vt superius dictum est, vnde supplicare nõ licet lite pen. vt C. vt lite pend. nulli liceat supplicare. per totum. Hęc tamen fallit in casibus. vt. C. e. tit. l. 2. in Auth. in medio lit. non fieri sacras iussiones, §. super hoc, col. 8. Et quamuis generaliter verum sit, quòd appellãtis causa intacta manere debeat. vt. 2. qu. 6. c. anteriorum. §. ad hoc. & nihil in eius præiudicium debeat innouari. vt. 2. q. 6. c. decreto, c. qui se scit. c. arguta. & cap. quotiens. potest tamen casualiter innouari vt si appellantis possessio turbata fuerit, eo de quo appellatio interposita ẽ, prętermisso, poterit per ordinarium informari, vt j. de appe. c. cum teneamur. Item si ordinarius appellatum ignoret, poterit appellantem excommunicare. vt j. de ap. c. si duobus. Item si appellãs notoriè delinquat, poterit ab ordinario puniri. vt eo. ti. c. cum sit romana. §. ult. Sed si appellãs fine appellationi terminum prolixum præfixerit, poterit ordinarius moderari, & cogere nolentem ꝑse qui. vt in præalle. decre. cum sit romana. & cap. consuluit. §. illos autem.

3 ¶ Vnum tamen non omitto, quòd si is qui appellauit, conueniatur coram ordinario super alio, quàm eo in quo appellauit, conuentus poterit ordinariũ recusare, ut infra de app. c. ad hæc. & c. proposuit. nisi crimen esset graue & manifestum. vt in decre. ꝑposuit. ¶ Sed opponitur. iudex nõ est offensus ex appellatione interposita coram ipso; & ideo tanquam suspectus recusari non potest ut ff. apud eum a quo app. non est ne. l. una. nec iniuria uidetũ fieri iudici, si appelletur ab eo. vt C. de ap. l. & in maioribus. Ad primam legem respõdeo, lex illa locum habet secũdum iura ciuilia, secundum quæ ordinarius non recusatur. ut in Auth. ut differentes iudices. in §. si vero collatio. 9. &. C. de iudi. au th. si contigerit. Secus secundum canones, secundum quos recusatur, vt in pal legata. decreta. proposuit & ca. ad hoc & 3. quæstio. 5. c. suspecti. Ad aliam aũt legem respondeo sic, quamuis per appellationẽ non fiat iudici iniuria talis, & tanta vt agere posset iniuriarum, fit tamen ei qualisqualis iniuria. Nam iniuriam facit synodo, qui ab ea semel iudicata & disposita iterum reuoluere & disputare contendit. vt. C. de sum. tr. & fide ca. l. 3. & ideo timendum est, ne prouocatus velit obesse. vt supra. de offic. dele. c. suspicionis. & ar. ff. de bonis. quę lib. 50. qui cum maior. §. si libertus. Vel dico, quòd facilius recusatur secundum canones, quàm secundum leges, sicut & facilius appellatur.

SVMMARIVM.

1 *Sequestratio quid sit, & quid sit sequester.*
2 *Sequestratio quot modis fiat.*
3 *Sequestratio regulariter est prohibita.*
4 *Sequestratio quibus modis permittitur. & nume. 5.*

¶ DE

¶DE SEQVESTRATIONE possessionum & fructuum. Rubrica.

die dominico, alius de hora nona eiuſ-
dem diei. quia dictum ſecundi contine
tur ſub dicto primi. vel ſi vnus dicat in
domo tali cõtractum vel delictum eſt,
alius dicat in camera. Item in facto du
rabili non nocet diuerſitas teſtium, vt
ſi vn⁹ dicat ſe vidiſſe epiſcopũ vel preſ-
byterum celebraſſe in hora tertia, alius
in hora ſexta. Miſſa enim in tantum du
rare ſolet. Sed quid ſi agatur de deci-
ma, & vnus teſtis dicat decimam ſolu-
tam vidiſſe. interrogatus quid viderit
ſolui, reſpondit fabas, alius dicit cice-
ram; nunquid probatum intelliges de-
cimam fuiſſe ſolutam? Reſpõdeo non,
quia in rebus diſcordant. vt in primo
membro verſus huius. De diuerſitate
autem teſtium pleniſſimè notatur. 4. q.
3. c. ſi teſtes. §. item in criminali, in glo.
quæ incipit circa. Sed vt breuem & ſum
mariam doctrinam habeas, ſic notabis.
21 ¶Si teſtes, † quos ego induco, varia &
diuerſa proponant, erunt ſinguli in ſuis
teſtimonijs ſingulares. vt ſupra de elec.
c. cum dilectus. & c. in Geneſi. & c. bonæ
memoriæ, & ſupra de proba. c. licèt. Si
verò quilibet ſibijpſi cõtraria dicat, re-
pelletur omnino. & in decret. c. licèt. j.
de ap. c. ſollicitudinem. ff. quando app.
ſit. l. 2. C. de fur. l. 1. lib. 10. & de mune.
primo. l. proceſſio. Cæterum ſi quidam
de meis teſtibus dicãt pro me, quidam
pro aduerſario meo, iudex cõſiderabit
numerum, & conditionem illorum qui
dicunt pro me, & illorum qui dicũt pro
aduerſario, & qui dicant veriſimiliora
& negotio aptiora. vt 4. q. 3. c. ſi teſtes.
§. item in criminali. in verſi. ſæpe. Si ve-
rò ego inducam teſtes ꝓ me. & tu tuos
pro te. & teſtes tui deponunt contraria
his in quæ dicũt teſtes mei, tunc etiam
iudex conſiderabit numerum & condi-
tionem meorum, & tuorum, & qualita-
tem dictorũ, & ſic præferret meos tuis,
vel tuos meis. Sed ſi omnia paria inue-
niantur, quod difficile eſt, tũc interpre-
tetur ſi poteſt, vt. j. eod. tit. c. cum tu fi-
li. ſi non poteſt, abſoluat reum. vt ſupra
de proba. c. ex literis. j. de fide inſtru. c.
inter dilectos, vel iudicabit pro re ma-
gis fauorabili. vt in prædicta decre. ex
literis. ff. de re iudica. l. inter pares. ff. de
reg. iur. l. libertas. 12. q. 2. c. cum redem
ptor. ff. de inoffic. teſta. l. ſi pars iudican
dum. 33. q. 1. c. ſi quis accepit. Vnde ver
ſus. Stat teſtamentum, libertas, coniu-
giumq́;. Si ſint æquales, qui producun-
22 tur vtrinq;. ¶Publicatis † atteſtationi
bus nõ licet alterutri, hoc eſt ei qui pro
duxit, vel aduerſario, teſtes producere
circa idem. vt. j. eo. tit. c. cum veniſſet.
ſecus circa aliud. vt. j. eo. tit. c. cauſam.
& c. cum cauſam. e. ſeries, & c. ex tenore.

Quidam

Quidam tamen Doctores aliter intelligunt has duas decre. dicunt enim q ibi post publicationem attestationum producuntur testes. Alij circa idem adijcientes hoc spetiale esse in causa matrimoniali. Et eodem modo intelliguntur ȷ. de cōsangui. & affini. c. ex literis. ȷ. co. tit. c. cum in tua. ȷ. de sponsali c. sicut eo q causæ matrimoniabiles sunt. Sed certe hoc non est augere fauorē, sed viam falsitatib⁹ aperire, vt in Auth. de testi.
23 §. qm verò multi, colla. 7. † ¶Vnde illorum sententia non admissa, dico q etiā in causa matrimoniali testes pduci nō possunt super eisdem articulis, postquā partes didicerint testificata. vt. ȷ. eo. ti. c. constitutis. ¶Ad iura, quæ ipsi allegant, sic respondeo. Decreta. illa series. non ob. Nam ibi testes producuntur ad alium articulū, siue ad alium gradum. In illa. ex tenore. inducuntur ad probandam negatiuam indirectè, sicut loquitur lex. C. d e contrahen. & commit ten. stipula. l. optimam. Illa. cū in tua. non ob. quia ibi prima productio facta fuit extra iudicium, cum prædiceretur in ecclesia de matrimonio cōtrahendo. Secūda verò in iudicio, & ideo percunctatio priorum attestationum non nocet secundæ productioni. Et ideò cautè subiunxit in fin. cum hæc exceptio locū non habeat in hoc casu. Quidam habent in litera in hoc causu. Sed prior litera verior est. Decreta. illa. ex literis, similiter nō obstat. Nam ibi prima probatio fiebat extra iudicium, secunda in iudicio. Sicut in illa dec. cum in tua. tertia productio fiebat ad alium & nouum articulum s. quando testes didicerint quod testati sunt ante accusationem matrimonij, vel post. ¶Scio q cū super hac quæstione inter me & Doctores Paduæ concertatio fuisset exorta alijs primam opinionem fouētibus, me secunda, consulta romana ecc. super qōne de facto posteriorem sententiam approbauit. Hæc tamen in causa appellationis locum non habent, in qua materia talis doctrina tradita est, non oppositum opponam; & oppositum nō probatum probabo. s. nō oppositum in primo iudicio opponam. s. in iudicio appellationis; & oppositum in primo iudicio non probatū probabo in iudicio appellationis, vt probantur hæc omnia infra eo. ti. c. fraternitatis. ff. de appel. l. scio. C. de appel. l. eos. §. si quis aūt. C. de tempo. appel. l. per hanc, dominus Alber. dixit, q post publicationem attestationum nec in prima causa ptincipali, nec in causa appellationis licet circa idem nouos producere testes, per tex. in Auth. eo. ti. §. qm verò multi. Et respondebat ad leges superiores, q loquantur cum in primo iudicio probatum est non per testes, sed alio modo. sed ad decre. illā fraternitatis, non poterat respondere. ¶Et no. q decre. illa. fraternitatis. dicit testes posse produci in causa appellationis super nouis capitulis. Sed lex illa per hanc, dixit sup nouis assertionibus, quæ nō ad nouū capitulū pertineant. Ad quod rñdeo, quia quod dicit decre. capitula, exponēdum est, i. assertiones super quibus audietur quis in causa appellationis, si nō ad nouum capitulū pertineant, vt dictum est. Nam si in cā appellationis aliquid proponatur vel asseratur nō cōtingens id, de quo actū est in primo iudicio, proponens nō est audiendus, nec admittēdus volens probare. ¶Item decre. eadem, dicit in causa appellationis nouos testes admittēdos sup nouis duntaxat capitulis. Illa per hanc dicit tam super veteribus, q̄ super nouis. Soluūt legistæ dicentes q super veteribus, in quibus iam facta est publicatio, noui testes induci nō possunt in eadem causa, sed in causa appellationis quæ est alia à prima. Sed ob. eis verbum decre. duntaxat. quæ in causa appellationis loquitur. Nā dicit quòd appellatum fuit super qōne iudicata. Quidam tñ dixerunt, q lex loquitur quando appellatur à diffinitiua, decre. quando appellatur citra diffinitiuam. vnde quando eadem causa durat, non pñt testes audiri super veteribus.

Nec

Nec istud placet, quia decre. loqui videtur cùm appellatum est à diffinitiua, vt
24 superius dictam est. ¶ In hoc † igitur sic teneo, ꝙ tam in prima causa, quàm in causa appellationis noui testes admitti non pñt super veteribus articulis post publicationē. Et quod dicit lex in causa appellationis nouos testes admittēdos super veteribus, subaudio nō probatis in primo iudicio, vel probatis
25 non per testes sed alio mō. ¶ Solet † dubitari quæ sint nouæ essertiones vel noui articuli ex veteribus capitulis depēdentes. Ad qđ exēpla canonica sic pono. Agebas contra me in actione ex vendito, vt tibi traderem rem quā tibi vendidi. excipiebam, non teneor quia non dum est mihi in pretio satisfactum. iudex condemnat me. appello in causa appellationis circa vetus capitulū quod fuit de non tradēdo quoddam nouum assero in iuditio appellationis, s. nō teneor tradere quia venditio non fuit pure contracta, sed sub conditione, quæ non est impleta. vt j. de fide instrum. c. cum Ioan. in prin. Item vis facere quartam productionem testium, cùm iudex non admittit, appellas in causa appellationis. ego appellatus possum circa vetus capitulum, quod est de non recipienda quarta productione aliquid de nouo asserere, quod in primo iudicio non dixi, s. vt dicam, quartam productionem ideo non fuisse admissam, nec fore etiam admittēdam, vt refrenetur effrenata testium multitudo. vt j. eod. tit. c. significauerunt. Legalia exempla sic pono. Tutor datus se excusat dicens se gerere tres tutelas, vnde excusat se à quarta, vnde condemnatus appellat nunc in causa appellationis circa excusationem asserit nouū scilicet se gerere vnam tutelam ita diffusam & negocio sam vt loco trium tutelarū habeatur. vt ff. de excusat. tute. l. is q tres. §. cum qui. Item agebas contra me, dicēs ꝙ in minori ætate sine decreto vendideras mihi prædium. dicebam valere venditionem tanquam a maiore factam, in causa appellationis potero asserere à maiore ratam venditionem habitam. vt C. si ma. fac. ra. hab. l. vlt. ¶ In summa
26 notandum est, ꝙ † quatuor sunt quæ tollunt copiam probandi per testes, publicatio attestationū, renunciatio siue conclusio, quarta productio, & nume-
27 rus effrenatus. ¶ Item nota, † ꝙ testis super eo tm̄ super quo iurat, & sup quo inducitur deponere debet. vt j. eo. ti. c. de testibus. ff. de pet. here. l. si quis libertatem. §. vlt. ff. de iureiu. l. si duo patroni. §. idē Iulianus. C. qui leg. perso. ha.
28 l. vlt. † Sed quid si prius testis deponat, & postcà iurat? Puto non valere testimonium. prius. n. iurare debet. vt 4. q. 3. c. si testes. §. item in criminali, in ver. item iureiurādi. Quid si testis dicat testimonium & dicat iuratus. quod scriptum est in carta, dico, vel depono. Ad quod respōdeo. quod hoc non sufficit. Nam iudex habet necesse considerare testis sermonem, constantiam, & trepidationem. vt. ff. de quæstio. l. de minore. §. 2. Item si ætatē habet, de se loquatur. vt de consecra. distin. 3. c. cum pro paruulis. Et propterea dictum est. tu magis scire potes quanta sit testibus fides adhibenda. vt. ff. eo. tit. l. testium fides in fi. Sed hæc qō expedita videtur. 5. q. 2. relatum 3. q. 9. c. testes & c. car. 2. quæst. vlt. per scripta. j. de accusa. & inqui. inquisitioni. §. tertiæ. ¶ Item nota.
29 † ꝙ testes producti coram arbitris possunt produci coram iudicibus, & ad idē ad quod primò fuerant pducti, etsi publicatio facta sit coram arbitris. vt j. eod. c. præsentata. C. de arbit. l. cum antea, in fine. C. de testibus. l. cum apnd. Vbi autē aliquis attestationes in vno iudicio receptas in alio iudicio producit, si attestationes sunt clausæ, erit in optione pducētis an velit vti illis attestationibus, vel velit illos testes quos prius pduxerat vel alios pducere. vt j. eo. tit. c. constitutus & c. cum cām. §. volentes. Et hoc ita verū est, si renunciatū nō est testibus, vel sufficiens productio non est facta. vt j. eo. titu. c. de testibus.

vel

vel si legitimus numerus testium nō sit completus, vt in prædicta decre. cū causam. Et secundum hoc intelligo ꝙ. eod. tit. constitutus, in fi. Cæterum si attestationes sint apertæ, erit in optione illius contra quem attestationes producuntur, vt vel illas ratas habeat, vel patiatur illos produci iterum si viuunt. Nam si sunt mortui, necesse habet illas ratas habere. vt in præallega. decre. cum cau-
30 sam &.C. eo. ti. l. vl. ¶ † Possunt etiā testes apud eumdem iudicem iterato produci, & ad idem variato tamen modo agendi. vt ꝙ. eo. tit. c. veniens. Item si necessario interrogationes omissæ sunt. vt ꝙ. eo. ti. c. per tuas. Item si testes confusè deponant. vt ꝙ. eo. tit. c. cum clamor. Item si obscurè. vt ꝙ. proxi. tit. c. præterea 35. q. 6. c. de parentela. ff. de quæst. l. repeti. quod enim obscurè dr̄, pro non dicto habet̄. vt ff. de interrogato. actio. l. de ætate. §. nihil interest. & obscurè scriptum pro non scripto habetur. vt hr̄ vt ff. de his quæ pro non scriptis. l. 2.

SVMMARIVM.

1 *Testes generaliter coguntur perhibere testimonium, & quando, & qualiter compellendi sunt. nu. 3.*

2 *Clericus ob crimen falsi degradatus, statim seculari foro applicatur.*

4 *Testimonium suum subtrahentes an peccēt mortaliter & nu. 5.*

6 *Recipiens aliquid pro testimonio ferendo, qualiter puniatur.*

7 *Pecunia data testi vt uerum testimoniū ferat, an repeti possit.*

¶ DE TESTIBVS COGENDIS. Rubrica.

DIctum est supra de testibus. Sed quia officium testium publicum est, & ad id nonnunquam inuiti coguntur. Ideo subijcit hic rubrica de testibus cogēdis. ¶ Videamus igitur, an sint cogendi, & qualiter; in quibus casibus; & an peccent testes subtrahendo se à testimonio ferēdo; vel si pro testimonio ferendo aliquid recipiant. ¶ Genera-
1 liter testes. † coguntur perhibere testimonium veritatis. & hoc in ciuilibus vt C. de testi. l. si quando. ff. de tabu. exhi. l. locum. §. exhibere, in Auth. de testib⁹ §. quoniam. colla. 7. & infra in plerisq; decre. 14. q. 2. quanquam. Sed & in criminibus videtur testes fore cogendos. vt s̄. ti. proxi. c. cum causam ꝙ. e. tit. c. ꝑterea. &. c. super his. &. c. cum cōtra magistrum & ꝙ. eo. ti. c. vlti. infra de simo. c. licèt Hely. Item cum certè sint personę quibus non denūciatur inuitis vt testimonium ferāt, quod ex priuilegio cōtingit. vt ff. de testi. l. 3. §. Iulianus. & l. inuiti. Et in alia. l. inuiti, sequitur quòd in alijs personis aliter est seruādum. vt ar. ff. ad munici. l. 1. C. đ thesau. l. 1. li. x. Et hæc quæ dixi in criminibus, obtinēt cum de crimine ciuiliter non criminaliter agitur, & secundum hoc non obuiat, infra eodem. titu. capit. dilectorum. Sed instabis decre. illa. cum contra magistrum, loquitur in crimine falsi. nec innuit quòd ibi actum fuit ciuiliter, & tamen testes coguntur. Possimus dicere quòd forte ciuiliter agebatur. Sed dices non multum refert vtrum ciuiliter an criminaliter agatur de crimine falsi. nam per vtrunque modum sequitur pœna ordinaria. vt. C. de prob. l. iubemus Ad quod dico, imo refert quia per modum ciuilem non fieret depositio. Vel dici potest quòd speciale est in crimine falsi, vt in eo etiam si criminaliter agatur testes sint compellendi, qui se subtrahunt gratia, odio, vel timore. sicut & quædam alia sunt specialia in eodem crimine, scilicet vt in eo imponatur pęna ordinaria per modum
2 ciuilem, vt dictum est. † Item clericus pro crimine falsi conuictus & degradatus statim seculari foro per consequentiam applicatur, vt ꝙ. de verbor. significa. c. nouissimus. ꝙ. de crimine fal. ca. ad falsariorū. cum hoc gn̄aliter in alijs criminibus non contingat. nisi post depositionem

tionem depositus incorrigibilis habeatur vt supra de iudi.c.cum non ab homine. Sed his omnibus, quæ superius dixi, q clerici cogantur ad testimonium tã in ciuilibus q̃ in criminalibus, obstat canon.2.q.6.c.statuẽdum, quia nec clerici iurare debẽt, vt 2.q.5.c.si quis presbyter. sicut nec cõpellũtur ad alia publica officia. vt 16.q.1.c.generaliter. Sed illud gñale sic modifico. verum est, q non compelluntur ad testimonium præterquã si per alios veritas liquere non põt, vt in præallegato.c.14.q.2.c.q̃q̃. vel nisi gratia, odio, vel timore se subtrahant. vt infra eo.ti.c.1.& vlti.& c.cõtra magistrum.&.c.peruenit. Sed si quæras, quare minus coguntur testes in criminib⁹ si criminaliter agatur, q̃ in ciuibus. Respondeo in criminalibus mouẽtur accusatores eam rem deferre in publicã notionem, quę munita sit testibus idoneis, vel instructa apertissimis documentis vel iudicijs ad probationem indubitatis, & luce clarioribus expedita vt.C.de proba.l.vl.2.q.8.c. sciant, sed dices idẽ in ciuilibus. Nã punitur is qui aliquẽ temere ad iudiciũ vocet vt.ff.de iudi.l.eũ quẽ. Ad quod respondeo, ibi diligentius examinetur, vbi contra salutẽ hominis oppressa putatur esse iustitia. vt.C.de appe.l.addictos. ¶Sunt †
3 aũt compellendi per censurã ecclesiasticã, vt apparet ex forma literarũ domini papæ per clausam illã. testes aũt &c. Per censurã verò ecclesiasticã non solũ interdicti, sed suspẽsionis & excõicationis sententiã intelligo. vt infra de ver. sign.c.quærẽti. sed si clausula illa, testes aũt, non adijciatur in literis vt solet fieri, etsi in literis habetur mentio de crimine, nihilominus iudex ad iura se referat & cogat vel non cogat testem, sm ea quæ superius sunt præmissa. Consuetudo tamen Romanæ curiæ sic se habet in causis de facto, vt nullum testem cogat vbi de crimine agitur, qualitercunque de ipso agatur, & idem seruat in literis non opponendo clausulam consuetam, testes autem.&c. ¶In quibus casibus testes non cogantur, per pmissa
4 satis apparet. ¶Peccant illi † & mortaliter, sicut puto qui testimonium suum subtrahunt ei rei, quæ non nisi per eos probari põt; & ideo compellendi sunt ad satisfactionem, sicut in alijs mortalibus contingit. vt.6.q.1.c.illi qui.22.q.1.c.prædicandum.32.q.5.c.præceptũ. Et maximè peccat qui metu alterius veritatem occultat. Vnde Aug. quisquis metu cuiuscunq; potestatis veritatem occultat, iram Dei super se prouocat. quia magis timet hominẽ q̃ Deum. Et post pauca. vterq; reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium profert; quia ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat. vt 11.q.3.c.quisquis. & infra de crimi.fal.c.primo. ¶Sed qd,
5 si † qui se sacramento arctant ad non perhibẽdum testimonium veritatis? Puto iuramentum temerarium in hoc casu, scilicet cùm non potest liquere de veritate nisi per eos. vnde iurans possent propria auctoritate contrauenire vt 22.q.4.c.in malis. cum sit certum ex hoc mortale peccatum prouenire, secus si dubitaretur. nam tunc superioris auctoritas prius esset requirenda, vt supra de elec.c.venerabilẽ. ¶Item quid si vnus interfuit negotio, cùm sciat per vnum non posse probari vt 4.q.3.§.itẽ in criminali, in ver. vnius, lex enim diuina vel humana vnius testimonio ẽt idoneo nec iustificat, nec cõdemnat vt 33.q.2.c.admonere. iurauit non perhibere testimonium veritati. Respondeo pnto & huiusmodi iuramentum temerariũ fore. quia si vnus nõ faciat plenam probationem, facit semiplenam, & fit delatio iuramenti, vt per iuramentum probatio compleatur vt. C.de rebus cre.l. bonæfidei.ff.de iureiur. l. admonendi. Nec obstat.ff.de quæstio.l.maritus. ibi enim nõ ideo reprobatur quæstio. quia vnus testis non inducebat præsumptionem. sed quia ancilla in dominum torquebatur, quod fieri non debebat. vt. C.de quęstio.l.1. Item non ob.infra de succes.ab intes.c.cum dilectus. quia licet

cēt vnus testis ibi non faceret plenā ꝓbationem, sufficisset tamen ad iuramenti delationem, nisi pars altera obtulisset contrariam probationem. Quid si aduersarius subtrahat testes? Respondeo iniquam a se foueri litem ostendit. vt supra titul. proxi. cap. constitutus. & experirij debet in se auctoritatem iudicis clusam, vt infra cod. titu. c. peruenit. C. de postu. l. prouidendum. 3. q. 7.
6 c. infames. §. tria. ¶ Restat † videre an peccet testis, si quid recipiat pro testimonio ferendo. Et certe sic, quia sicut sententia non debet esse venalis, ita nec testimonium. Vnde Aug. cum iudicia & testimonia, quæ nec iusta nec vera sunt vendenda, iniqua & falsa venduntur; multò sceleratius vtique pecunia sumitur, quia scelerate etiam quamuis volentibus datur. vt 14. q. 5. c. non sanè. Expensas tamen recipere potest ab illo qui eum produci. vt 4. q. 3. c. venturis. & & ff. de testib. l. fides testium §. Sabino. Quid si testis corruptus testimoniū falsum dicat. Testimonium nullum est, tū quia veniale, & tum quia falsum; & præter pœnam falsi, tenetur etiam in iudicio animæ illi quem suo testimonio læsit ad omne interesse. ar. supra ti. proxi. c. sicut, & ar. C. de pœna. iu. qui male iu. l. 2. Pecunia verò, quæ data est, non restituetur ei qui turpiter dedit, cui obstat propria turpitudo, vt in prædicto. c. non sanè. ff. de condi. ob. tur. causam. l. 3. sed ei in cuius iniuriam data videtur. vt 1. q. 1. c. iubemus. & ar. 17. q. 4. c. si quis in atrio. ff. de cal. l. generaliter. §. illud. infra de Simo. c. de hoc autem. & c. audimus. 27. q. 1. c. si quis rapuerit. in Auth. de sanctis. episcopis. §. sed ne-
7 que. ¶ † Quid si data est pecunia simpliciter vt testimonium ferat, & vt verū testimonium ferat. Dicunt quidam in his casibus illū, qui dedit, repetere non posse. videtur enim testem corrumpere voluisse. ff. de cond. ob turp. can. l. 2. Sed contra. 14. q. 5. capit. non sane. Vnde in hoc casu dici potest. quòd talis posset repetere pecuniam, si non eo animo dedit vt testem corrumpat. sed vt sibi iustitia conseruetur ar. infra de simo. c. dilectus.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum quid sit, & qualiter accipiatur, & nu. 2.*
2 *Instrumentorum duæ species,*
3 *Sigillum authenticum qui habere dicantur.*
Scriptum authenticum quod dicatur,
4 *Scriptura priuata an fidem faciat.*
5 *Antipocha quid sit,*
6 *Apocha quid sit.*
7 *Instrumentis quando fides non adhibeatur.*
8 *Sumpto an sit præstanda fides,*
9 *Instrumenta an cum die & consule edi debeant.*

¶ DE FIDE INSTRVMENTORUM. Rubrica.

DIximus supra de illa specie ꝓbationum, qui fit ꝑ vocem viuam, scilicet per testes. Nunc videamus de specie q̄ fit ꝑ vocem mortuam, scilicet per scripturam. Et ideò subijcitur hic Rub. de fide instru. ¶ Videamus igitur quid sit instrumentum. Qualiter hic accipiatur. & Quot sint eius species. & Quibus instrumētis fides adhibeatur. & ex quibus instrumentis fides inducatur, vel
1 minuatur. ¶ instrumenti † appellatio ē generalis. Nam & testimonia & ꝑsonæ, quibus causæ instrui solent, instrumētorum loco habentur. vt. ff. cod. tit. l. 1. & de testibus. c. peruenit. ff. de ver. sig. l. notionem. §. instrorum. Sed & aliàs dicitur instrumentum apparatus fundi quo possessio exercetur. vt. ff. de fun. instru. & instru. lega. l. quæsitū. Resp. 1. Hic aūt ponitur instrumentū pro cartis vel scri-
2 pturis. ¶ Instrumentorū duæ † sunt species, aliud publicum, aliud priuatū. Publicum quod fit per manum tabellionis cui si fuerit in prima figurā hoc est non cancellatum, non abolitum, nō viciatū vel vituperatū. vt C. de edic. di. Adi. tol. l. 3.

l.3.fides adhibetur sine alio adminiculo. vt in Auth.co.tit.§.si verò moriantur,nisi is contra quē profertur falsum. vt C.eod.titu.l.si veteris. Priuatū aliud authenticum : aliud non authenticū.s. cōfectum a duobus loco tabellionis in iudicio assumptis. vt supra de proba.c.
3 qm̄ contra falsam. † Item instrm̄ sine scriptum vel priuatum sed authenticū est cui appensum est sigillū authenticum,vt j.eo.tit.c.scriptura. Est autē authenticum sigillum.s.episcopi.vt supra de testibus. cum a nobis.11.q.3.c. curæ.c.dicunt.& aliorum prælatorum. vt supra de do. & contu.c. veritatis.Itē cōuentus.vt supra de proba.tertio Capituli. vt j.de appel.significauit. Vniuersitatis supra de proc. c. qa in causis. Cuiuslibet corporis vel collegij. vt j.de excess.præla.c.dicam. Itē authenticum est scriptum,& si priuata manu cōfectū quod habet subscriptionem triū viuentium testium. vt C.qui pos.in pig.ha.l. scripturas. in fi.in Auth.eo.ti.§.sed &
4 is. & §.sed & si quis. † Et si de subscriptionib⁹ dubitetur, fiet cōparatio per instrumenta publica, in quibus ijsdem testes subscripserunt.vt in Auth.eod.titu.§.his qui, vel per instrumenta priuata habentia subscriptionem testium eorūdem.vt.C.eodem titu.l.comparationes.Si verò testes inscripti decesserint scriptum non videtur alicuius firmitatis robur habere. vt j.eodem tit.scripta. sed priuata scriptura scriptionem non habens generaliter fidem non facit.vt C.de prob.l.instrumenta.& l.rationes.& l.exemplo. nisi cōtra illū qui scripsit,& hoc in personalibus actionibus,secus in realibus vt in præall.l.scripturas.¶Publicum igitur instrm̄ auctoritati tabellionis innititur,vt dictū est, & probatur C.ad leg. Cor.de fal.si qs decurio.& in Auth.co.ti.§.si verò moriantur. Sed si de scriptura tabellionis dubitetur,fiet cōpatio.vt in Auth eod. tit.§.q̄ si etiā.& §.sequentibus. ¶Nunc de apochis & antipochis aliqua sub
5 breuitate notemus. † Est autem antipocha chirographum,quod facit debitor creditori, in quo debitor fatetur soluisse tantum. Et non dicitur ab anti quod est contra,sed ab ante.quia antipocha fit ante apocham; prius ei fatetur se soluisse pensiones,vsuras, vel census. quod fit in antipocha. & demum creditor fatetur in apocha de recepto. Est igitur antipocha inducta ad securitatem creditoris.qui enim nomine possidet alieno & pensionem soluit, vel qui creditori suo præsentat vsuras, si quandoq; dicat se suo nomine possedisse, vel se præscriptione liberatum contendat, obstat ei propria scriptura. Nam dominus siue creditor per antipocham de iure suo docebit. vt C.eo.ti.l. plures. Vel secundum alios antipocha scriptura est quam facit debitor obligando se. tunc dicitur ab anti quod est
6 contra. † Sed apocha secūdum omnes est scriptura creditoris profitentis sibi solutum a debitore.& sic ponitur.ff.de administra.tut.l.Lucius.§.tutor.Et secundum hoc dicitur.apocha fit dantis, antipocha suscipiētis.i.apocha fit a cre-
7 ditore,antipocha a debitore. † Multa vero sunt propter qui instrumentorum fidei derogatur,rasura literarum, immutatio primæ figuræ.vt j.eo.tit.c.inter dilectos.ff.de his quæ in testa. delētur.l.1.ff. de proba.l.si chirographum. C.de edi.di.Adri.tol.l.3. Nam falsitas est immutatio veritatis, vt in auth.eo. ti.in prin.coll.7.Literæ tamē vel syllabæ mutatio omissa vel subtractio vitiū non inducit,vt j.eo.tit.c.ex parte.ff.de manu test.l.qui habebat.nisi subtractio, immutatio,vel omisso,sensus varietatē inducat. vt j.eo.tit.c.inter dilectos. vn de auctorū verba emendare tenore sententiæ perseuerante nō est prohibitum vt ff.de re iudi.l.auctorū.& rasura paucarum literarum,quæ sapiētis animum nequaq̄ indubitationē vertere debeat. permittitur in literis domini Papę,pręter vitium falsitatis. vt j.de crimi.fal. c. vl. ¶Vitium grammaticæ non vitiat instrumenta,nec.n.error scripturæ impedit

pedit causam iuris vt C.de testa.l.erro re.& l.ambiguitas.ff.de leg.2.l.cum pa ter.§.fidei tuæ.& l.vnum.§.vlt.ff.de hæ redi. institu.l.1. Et est ratio in instrumētis,quia eorum fides auctoritati tabellionis innititur.cuius fides magis in spicitur q̄ error scribentis; sicut in sacramentis veritas substantialis formæ attenditur, non sanitas verborū, vt de cō.dis.4.retulerunt.& capit. si non sanctificatur. ¶Aliud autē est in rescriptis domini Papæ, vt supra de rescrip.c.ad audientiam.Et est ratio. quia per multorū officialiū manus transeunt. & tandem,in purgatoriū inducuntur, hoc est ad examen vicecancellarij & correctoris,vt supra rescrip.c.cū adeo.35.q.9.c. apostolicæ. Vnde non est verisimile q̄ in huiusmodi literis vitia remaneāt in correcta.& si secus inuentum fuerit, literæ sunt suspectæ, & nō creditur de cācellaria tales literas emanasse; aliud autem est in literis aliorum prælatorū, qui non cum tanta angustia & deliberatione procedunt. Itē si varietas manus notarij per alia instrumenta ab eo dem confecta notetur, derogatur fidei instrumenti. vt C.eo. tit.l. cōparationes. & in Auth.eo.tit.§.sin verò.eo tn̄ saluo q̄ ætas literarū dissimilitudinem sæpe facit, non ei ita scribit iuuenis & robustus,sicut senex & tremens,lāguor etiam sæpe dissimilitudinem facit,calami & atramēti mutatio aufert per omnia similitudinis puritatē, vt in Auth. eo.tit.in prin. Item subscriptionū identitas. qui singulæ debent singulorū subscribentium manibus annotari. vt j.de priui.c.cum olim & c.propter quæstiones. Item nominis Imperatoris vel indictionis omissio.vt Auth.vt præpo.nomi. Imperator.pub.docu.in prin. Anni enim domini, nomen Imperatoris, & consulis poni debent in publicis instrumentis, vt 23.d.c. In nomine domini C.de apo.pub.l.1.& in præalle. Auth. vt proponatur nomen Impera. &c. Itē si repugnantia inter se instrumento cō tineantur. vt ff.de re.iur.l.vbi. Item si contraria instrumenta quis in iudiciō producat fidei sibi ad inuicē derogant, vt j.eo.tit.c.imputari.C.de eo.ti.l.scripturæ. Sed aliud est in testibus contrarijs vel diuersis ab eadem parte productis,quia tunc iudex considerare debet numerum & conditionem illorum qui dicunt pro producente, & illorum qui dicunt contra. vt not.j.de testi.§. nunc videndum.Et est diuersitatis ratio; q̄a instrumenta videri p̄nt & apud se quis explorare debet an sibi expediat talia producere instrumenta, vnde imputat contraria producenti.Quid autem testes dicturi sint,ignoratur. & ideo non est quod imputetur producenti cōtrarios vel diuersos.Item derogatur fidei instri, si etiā vnus de testibus in instro subscriptis nō agnoscat suā subscriptionem, vt ff quemadmo.test.aper.l.1. in fi. Item derogatur fidei instri,si non habeat debitum numerum testium. quod in quolibet publico instrumento requiritur fm Mar. fm alios distinguitur. vtrum in ciuitate cōtrahatur, an in villa à perito literarum,vel imperito,& libram cōtractus excedat auri, vel non, contrahatur in scriptis, vel non, vt in auth.eo.tit.§.oportet.C.si cer.pet.aut. hodie & notauit Azo in summa sua. si cer.pet.§.item & mutui.Item derogat, si nō cōtineatur in eo q̄ contractus habuit testium p̄ntiam. vt in auth.eo.tit. §.si q̄s igitur.& §.sed & si quis. Sed ob. l.in donationibus.C.de don.sed illa excludit annotationem testium, non p̄ntiam. Vel dic q̄ nec p̄ntia testium req̄ritur necessariò, nisi in scriptis agatur, eo q̄ tota fides habetur notatio. Nec ob.in auth. de hære.& fal.§. si verò absunt.vbi requiritur p̄ntia testium & descriptio. nā illud sp̄ale est in inuētario. Item derogatur fidei, si nō sit scriptū a tabellione & partibus,si hoc actū est vt in scriptis cōtrahatur.vt C.eo.tit.l cōtract⁹. & C.de cōuenie.fisci.debito.l.2. Itē derogatur,si aliquid in eo inueniat subsignatū vel subscriptū. vt.ff. ad leg. Cor.d' fal.l.Pau.Itē si in aliqua p̄te sui

sit incisum.vt ff. si tabulæ test. extra. l.1. §.pe. Itē derogatur fidei instrumēti ex archiuo ꝓducti, si non fuerit manu cōmentariensis signatum.ff.de iure fisci.l.
8 in fraudem. §. quoties. † Derogatur fidei instrumenti, si non sit originale, sed sumptum. Exemplū autē iudex & sumptum idē supponunt originale authenticum, & exemplar idem significāt; exēplū igit̄ iudex vel sumptū fidē non facit, vt j.co.ti.c.2.9.di.c.vt veterū.76.di.ca. ieiuninm.25.q.2.c.sancimus.C. de edē. auth. si quis in aliquo documento. in Auth.vt sponsa.largi.§.& hoc quoq; iubemus;col.9.ff.famil.ercis.l. si quæ sunt cautiones.ff.de actio.emp.& vē.l.Titi⁹. C.de fideic.l.instr.C.de diuersis rescriptis.l.sancimus.& ff.e.ti.l.2. Quidā aūt contrarium dicunt. s. ꝙ stādū sit sumpto vel exemplo, & hoc dicebat dominus Albericus. Mouebatur autem quadam ratione & quadā lege.rōne tali, sicut originale instrumentum dicitur authenticum & ei statur, quia confectum est à publica persona, idest à tabellione sic & sumpto stādum est si à tabellione, fuerit exemplatum; quod enim præstat auctoritatem originali, idem & sumpto, scilicet persona publica. inducebat legem pro se in Auth. vt fratrum filij. §.illud, collat 9. Et hanc opinionem tenuit donec inconuenientiam suæ opinionis fide deprehendit oculata. cum enim in causa de facto, in qua ipse patronus erat, induceretur exemplum & pars altera fortiter allegaret, exemplo non esse credendum ipso cōtrarium asserente, tandem deductum est originale in medium, in quo quædam vitia sūt inuenta, quæ in sumpto non erant; & ex tunc visum est sibi nō sufficere sumptū, quamuis per tabellionem sumatur, & quāuis in sumpto tenor originalis contineatur de verbo ád verbum, ꝓpter vitia, literas & correctiones quæ possunt esse in originali, & nō in sumpto. Auth. illa vt fra.filij. non loquitur in simplici sumpto, sed loquitur in sumpto auctoritate iudiciali. cui etiam fm Azo. standum est.vt.C.de testa l.publicati.C.de re iudi.l.gesta.j.de confir.vti. vel inut. c.cum dilecta. non enim verisimile est, iudicem auctoritatē præstitisse sumendi, si vitia in originali fuissent, vt j. de priuil. c. cū olim essemus apud perusiū. & j.eod.tit.c.vlt. Nec obstat his decre. supra de probat. qm̄ cōtra falsam. quæ dicit recurrendum fore ad originale, si de gestis quæ remāserunt apud partes, dubitari contingat. Nam illa sumpta non sumuntur auctoritate & præsentia iudicis, & propterea recurritur ad originale. vt.s.de probat.col.vlt. Hæc & alia sunt, quæ debilitant instrumenta, saluis his quæ de falso possunt obijci in strumētis, & per quæ de falsitate argui possunt. de quibus dicemus. j. de crimi.
9 fal. † Et notandum ꝙ licet instrumenta eum die & consule edi non debeant, ne fraudis fabricandę materia detur. vt ff. de eden.l.1.§.editiones.ff.quemadmodo te aper.l.2.§.si dubitetur.C.eod.titu.l. eius. Si tamen de falso arguatur instrumentū ratione temporis, in quo potest falsitas facilius deprehendi. vt j.eo.tit. c.inter dilectos. necessarium est instrumentum edi cum die & cōsule. vt C.de contrah.& comm.stipu.l.optimam. Instrumentū aūt nō visum non pōt argui de falsitate. vt j.eod.tit.c.accepimus.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptio quid sit.*
2 *Præsumptionum species quot sunt.*
3 *Præsumptionū alia est iuris tantum, alia est iuris & de iure.*
Probatio an admittatur contra præsumptionem iuris & de iure.
4 *Bonum esse præsumitur rectè factum.*

¶DE PRAESVMPTIONIB⁹. Rubrica.

QVIA ꝓsumptiones plerunq; semiplenam probationē faciūt, plerūq; alias ꝓbationes adiuuant, nōnunquam per se probant vt violentæ.

lentæ. Ideo subijcitur hic rubrica de præsumpt. tractatui de probatio. de testibus. & de fide instrumen. & inscritur. Videamus igitur quid sit præsumptio, quot sint præsumptionum species, quibus præsumptionibus stetur, & quibus
1 non. ¶ præsumptio † est alicuius facti dubij aliquoties semiplena, aliquoties
2 plena inuestigatio. ¶ † Tres sunt species præsumptionem, alia temeraria, alia probabilis, alia violenta. Temeraria reprobatur. vt 2. quæst. 1. c. primo. 6. q. 1. c. oues. j̄. de sen. excomm. c. inquisitioni. Probabilis admittitur ad semiplenam probationem, vt hic in multis decre. & j̄. de senten. ex comm. c. inquisitioni. j̄. de restit. spol. c. solicitè. & ad purgationem indicendam. vt 2. q. 5. c. presbyter. j̄. de purga. can. c. si quis de gradu. Violenta ad pronunciādum sufficiens reputatur. vt 32. q. 1. c. dixit dominus. j̄. eod. tit. c. literis. ff. de his qui sui
3 vel alie. iur. sunt. l. filium. † Sed circa violentas præsumptiones subdistinguitur, quia alia iuris. & alia iuris, & de iure. Præsumptio iuris est, cùm ius præsumit aliquid, sed non statuit super præsumpto. & hæc præsumptio recipit contrariam ꝓbationem. & exempla super hoc 35. quæst. 3. c. extraordinarie. 33. q. 1. c. nec aliqua. C. de episc. & cleri. authen. licentiam 22. q. 5. c. nulli. j̄. de testa. c. requisisti. ff. de dona. inter vi. & vxo. l. Quintus. C. eo. tit. l. etiam. Præsumptio iuris & de iure est, cùm ius fingit & statuit super ficto, contra quam fictionem non admittitur contraria probatio. exempla ad hoc, j̄. de spōsa. c. ad id. & c. is qui fidem. j̄. de cōd. appo. per tuas & c. de illis. j̄. qui ma. accu. pos. c. insuper. j̄. de sponsa. c. commissum 54. distin. c. fraternitatem 27. dist. c. quod interrogasti 26. q. 2. c. vidua. j̄. de regula. & transf. c. vidua. Et generaliter vbicunque ius statuit & fingit super ficto. Quandoq; tamen ius fingit aliud esse, q̄ sit; fingit enim mulierem stipulatam dotem, quæ non est. vt C. de rei vxo. ac. l. 1. in prin. fingit natum, quod non est. vt ff. de statu. ho. l. in vtero, fingit viuere quod nō viuit, vt Insti. de execu. tu. §. filij aūt. fingit non esse natum, quod est natum, vt ff. de libe. & posthu. l. Titius testamento. §. Lucius. fingit nō conceptum, quia nascitur mortuus, vt ff. de verb. sig. l. quæ mortui. istas & consimiles fictiones iuris inuenimus, quas notat dominus meus in princ. summæ circa 10. prædicamenta. ¶ Et est notandū, ꝙ si aliquando lex fingit bonum, canon autem malum, nam in liberæ mulieris coniunctione lex præsumit matrimonium. ff. de ritu nup. l. in liberę. c. canon præsumit contubernium, nisi probetis matrimonium. vt 30. q. 5. c. 1. & 2. Et hoc propter periculum, quod accidere potest ex clandestinitate. nam etsi sunt aliqui vir & vxor, si tamen alter ab altero diuertat, nec possit probare matrimonium, ecclesia non cogit eos cohabitare. vt 30. q. 5. c. si qs diuinis. §. his ita.
4 j̄. de clande. despon. c. 1. ¶ † In summa notandum est, ꝙ omne bonum factum rectè præsumitur actum. omne male factum praue pręsumitur actum, vt. j̄. eo. c. 1. & 6. quæst. 1. c. si omnia.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentū quid sit, & quod iuramentum sit prohibitum.*
2 *Iusiurandum aliud assertorium, aliud promissorium.*
3 *Iuramenti assertorij species quot sunt.*
4 *Iuramētū in quibus casibus nō deferatur.*
5 *Iusiurādū deferre qui possit. et nu. 6. & 7.*
6 *Iuramentum assertorium cui & quando deferri debeat.*
8 *Iurisiurandi effectus qui sint.*
9 *Iuramentum tres comites habet.*
10 *Iuramenta illicita & temeraria seruari non debent.*
11 *Iuramentum quando dicatur illicitum.*
12 *Periuri pœna quæ sit.*
13 *Periurus an sit infamis.*
14 *Periurium quotuplex sit, & quod dicatur periurium.*
15 *Iuramētū de quo in hoc tit. est de veritate.*

¶DE

¶DE IVREIVRANDO. Rub. 2

DIximus supra de probationib⁹, sed quia ex inopia probationũ recurritur ad iuramentum, nam finis oĩum litium est iuramẽtum, vt ĩ.e. ti.c.& si christus, circa mediũ. Et alibi dr̃. maximum remedium expediendarũ litium est iuramẽtũ vt ff.eo.ti.l. 1. Ideò post tractatũ de probationib⁹ annectitur iste de iureiuran.¶ Videndũ est igitur. Quid sit iuramentũ. Vnde dicatur. Quot sint eius species. Quis possit deferre.& cui, Qualiter sit deferendum. Qualiter iurandum. & quid sit iuramẽti effectus.& quæ periurij pœna.¶ Iura

1 mentum † est affirmatio vel negatio sacræ rei attestatione firmata. Sacræ rei ideo dixi. quia non licet iurare ꝑ creaturas non sacras. vt in euangelio. Nolite omnino iurare neq; ꝑ cœlũ &c. & ĩ. eo.ti.c.& si christus 22.q. 1.c. clericum & c.considera. in Auth. vt non luxurientur contra naturam. col. 6. Sed licet per illas creaturas de quibus in iure permititur. vt ꝑ crucẽ, per euangelium, per ordinẽ, per altare, ꝑ salutẽ principis, & ꝑ similia verba. vt 22.q. 1.c. si aliqua.& q. 5.c. deierat. 1.q. 2.c. quoties 22.q. 1.ca. habemus. ff. de iureiur. l. quæ salutẽ. 22. q. 1.c. mouet te §. sicut etiam. Per numina improbata iurare non licet. vt. ff. eo. ti. l. non erit. §. 2. Per mẽbrũ aũt Dei ꝑhibitum est. vt 22.q. 1. c. si quis per capillum, in Auth. vt non luxurientur cõtra naturã circa medium. col. 6. quod prohibitum est propter quosdã hęreticos, qui dixerunt Deum humano more membra habere distincta, vt 24.q. 3. c. qdam in versi. antropomorphitæ. Potuit autẽ cõpetentius appellari factum iuramentũ eo quod sup facto iurat̃, vel iusiuratum; quia super iure quod iurati cõpetit, iuratur, quasi iusiurã. placuit. tñ vt factũ ius dicatur, quia super facto iure iuratur. Adijcitur verò iurandum, eo quod id debet esse iuratũ qđ antea fuit iurandum relatione facta nõ ad id qđ fit, sed ad id qđ fieri cõuenit, vt. ff. đ iusti. & iure. l. ius.

2 ¶Iusiurandi † duæ sũt species, aliud assertorium, aliud ꝓmissorium. Assertoriũ quod fit de præterito, vel presenti in quo assertitur aliquid esse vel fuisse. Promissoriũ est qđ cõcipit̃ super futuro, in quo promittitur dandum vel faciendum, vel non dandũ, seu

3 non faciendum. ¶Iusiurandi † assertorij tres sunt species, aliud voluntarium, aliud necessarium, aliud iudiciale. Volũtarium est quod pars parti defert extra iudicium, ideo sic dictum, quia ex volũtate defertur & suscipitur voluntariè, & delatum vel relatum voluntariè suscipitur, vel recusatur vt ff. e. ti. l. iusiur. Necessariũ dr̃ iusiur. quod necessitate à iudice imposita defertur, vel suscipitur

4 arg. ad hoc. ff. de in litem iuran. l. vlt. † Et hoc sacramentum nõ põt referri vel recusari, nisi prætendatur iusta causa recusationis, vt C. eo. tit. l. generaliter. §. fin autẽ. Iudiciale est illud ꝙ in iuditio defertur vel refertur a parte parti qđ non est necessarium subire, imo delatũ potest recusari, potest & referri. vt C. eo. ti. l. delato. ff. eo. tit l. generaliter. §. fin aũt is cui. & ĩ. eo. ti. c. vlt. Olim autẽ non poterat recusari, sed referri, vt ff. e. titu. l. manifestæ. Vel loquitur lex illa cum iusiur. delatũ suscipitur ab eo cui defertur.¶ In casibus tamen non defertur iusiuran. vt in actione rerum amotarum, furti, & alijs famosis actionib⁹, vt ff. rerum amotarum. l. mar. §. vl.& l. non magis. & idem credo vbicunq; lex defert iusiur. vt C. de fideicom. l. quæstionem. C. de iure delib. l. scimus. §. licentiam. C. de iure domi. l. vl. §. vl. nisi eadem lege permittatur potestas desendendi. vt C. de bonis aucto. iudi. poss. l.

5 vlti. ¶Potest † iusiurandum deferre oĩs ille, ad quem spectat negocium proprio nomine. procurator verò non potest deferre, nisi in tribus casibus, si habeat speciale mandatum, si sit datus in rem suam, vel habeat liberam & generalem administrationem, alias non vt. ff. eodem. titu. l. iusiurandum. §. vlt. & se

& ff.

& ff.de procu.l. procurator,cui libera,
& l.procurator tuorum.¶ Quid de præ
lato agente pro ecclesia vel defenden-
te,nunquid iuramētum deferre potest?
Puto q sic,nā & tutor,& curator,& de-
fensor vniuersitatis deficientibus alijs
probationibus possunt deferre iusiuran
dum super re dubia,super certa nō pos-
sunt facere gratiam,vt ff. eo.ti.l. tutor.
& l.iusiurandum q §.vlt. & C. de tran-
sac.l. præses. ¶ Iusiurandum necessariū
6 defert iudex.¶†Sed quando, & cui de-
ferri debet,videamus. Et est certum, q
si actor nihil probat, reus est absoluen
dus vt C.de eden.l.qui accusare 6.q.vl.
c.actor.infra eodem.titul.cap.vlt.Hoc
tamen fallit in quibusdam casibus, in q
bus defert lex iuramentum reo,si actor
nihil omnino probet.vt. C. de his q ad
ec.confu.l.vlt. §. sanè C. de fide instr.l.
vlt.C.de iure delibe.l.vlt.§.licentia. Et
secundum hoc posset intelligi infra eo.
tit.c.vlt.& in Auth.de instr.cau. §.si tñ
quisquam. Si autem actor probauerit,
semiplenè, puta per scripturam dome-
sticam.per collationem literarum. per
vnum testem, vel per fugam rei.qui fi-
nito officio debuit ibi respondere vbi
gessit officium, defertur iuramentū a-
ctori,qui nouit veritatem rei, maximè
si res petita sit modica,& actor sit hone
stus.vt in Auth.de instru. cau. §. si verò
moriantur.& de collatione.§.sup hoc.
& §.si quis autem.col.9. & ff.de re mili.
l.non omnis.§.vlti.& ff.de legiti.tu.l.le
gitimus.Respon.j. nam & vnum testem
dico inducere præsumptionem. vt ff.de
dote præle.l.Theopompus.& ff.quem-
ad.testa.aperi.l.1.§.si vnus. Item si duo
faciunt plenam probationem, ergo v-
nus facit semiplenam. Nec obstat.ff.de
quæst.l. maritus. ibi enim non prohi-
buit quæstionem haberi de ancilla, qa
non procederet iudicium; sed quia an-
cilla non debebat torqueri contra do-
minum suum in pecuniaria causa etiā
præcedētibus indicijs.vt C.de quæstio.
l.1. Item propter enormitatem delicti
à reo commissi defertur actori iura-
mentum, si actor non possit quæ perdi-
dit,vel ablata singula,cōprobare.vt.C.
vnde vi.l.si quando §. quod metus cau-
sa.c.vlti.2.q.1.c. in primis. Item pro-
pter enormitatem rei & improbitatem
litigandi defertur actori iusiurandum.
vt C.de iudi.l.properandum.§. sin autē
Alias aūt vbi actor nō nouerit verita-
tem rei,vel summa non est modica,& p
sona actori est suspecta, vel non suspe-
cta, sed reus est ita honestus, vt actor
defert reo iusiurandū vt absoluatur in
contractibus bonæ fidei,vel stricti iuris
in delictis, & quasi delictis propter re-
gulam quæ est ff.eo.ti.l.admonendi.C.
7 eo.ti.l.in bonæfidei.¶Iusiurandum† vo
luntariū deferendū est sm voluntatem
partis deferentis. Necessariū verò de-
fertur secundū arbitriū iudicantis. De-
bet autem iurare is,cui delatum est iu-
ramentum,prout est delatum. ff.eo.ti.
l.4.§.vl.& l.4.& l.5. in prin. & l. qui per
salutē. eo saluo q per improbatas reli-
giones iurari non debet,vt in princ. di-
8 ctū est.¶Effectus† iurisiurandi est,vt ex
eo detur actio in factum,si iurauerit qs
sibi deberi non adiecta forma, vel rem
suam esse.vt C.eo.ti.l.actori. Si aūt a-
diecta forma quis iurauerit,dabitur v-
tilis actio ex eo contractu, & non tantū
ei,sed aduersario; vt ecce iurauit quis
se emisse a Ticio Stichum. pro.10.nam
& agit ex empto ad stichum, & tenetur
ex vendito ad 10. Vel iuraui me dedis-
se Stichū pignori p 10.quæ accepi mu-
tuo,ago pignoraticia pro Sticho, & te-
neor certi condictione p mutuo ad 10.
vel iuraui mihi fundum in dotē datū,
& ipsum possum prosequi & soluto ma
trimonio teneor ex stipulatu. vt ff.eod.
tit.l.si duo.§.is qui iurauit.& §.Marcel
lus.Item vt seruetur quicquid per iusiu
randum firmatum est, dummodo iura-
mētum seruatū nō vergat in interitum
salutis æternæ;vt j.eo.tit.c. si verò & si
vergat in præiudiciū temporale. vt j.e.
tit.c.debitores.etiam si præstetur super
contractu non obligatorio de iure. vt
infra eo.ti.c.cum contingat. ¶In sum-
ma

dum iura canonica non placent. nam di co periurum infamem esse, siue de præterito, siue de præsenti, si scienter & prudenter falsum asserat sub iureiurando, siue iuramentum sponte præstitum de dando vel faciendo volens violet. vt 6. q.1.c.infames. qui enim periurium spõte committit, mortaliter peccat. vt 22. q.1.c.vl. ergo est infamis infamia canonica. vt 6.q.1.c.illi qui. Item periurium crimen est vt infra eo.ti.c.querelam. supra de tempo. or.ca.vlt. ergo est famosum. vt 25.di.§. nunc autem, in ver. in epistola verò. Ad l. autem Lucius, & ad decre.cũ dilectus, respondeo. testes quorum testimonium reprobatur, inter infames haberi non debent, verum est infamia legali quæ generaliter non ipso facto, sed per sñiam irrogatur. Vel aliter, possibile est quòd testimoniũ testiũ reprobatur. Nec ex hoc solo de periurio conuincuntur, vt si negatio apta nõ pferaẽ. vt 4. q.3.c.si testes §.item in criminali.in ver. si testes nude deponant. vt 4.q.3.c.item in criminali, in ver. solam, & eãm sui testimonij non facit manifestam. vt in Auth.de testi.§.& licet. vel quia per plures contrarium proba-
14 tur. ¶ Periuriũ † autem multiplex est, dicitur enim periurium falsa iuratio, q̃ si ignoranter fuerit facta & adhibita diligentia, nullum inducit peccatum. vt 22.q.2.c. homines. non adhibita omni diligentia est veniale peccatum. vt 25. dis.§.verum, in fi. Dr periuriũ transgressio liciti iuraméti. & hoc est mortale. vt 6.q.1.c.quęcunq;. Si vero illicitum sit iuramentum, sciẽter hoc iurare, pc̃m est. sed contrauenire, non est peccatũ. vt dixi.s̃.prox.§. dicitur periurium indiscretum iuramentũ, & istud est veniale peccatum. ut 25.di.§.criminis, in fi. dr periurium mẽdacium iuro firmatũ, & istud semper est mortale vt 22.q.2.c. homines. nisi fiat loco. vt 22.q.2.c. quod ait. vel simulatoriè. vt 22. q.2.cap. vtilem.
15 ¶ Vltimo tandum † est, q, hoc iurm̃, de de quo hic tractatur, est de veritate. vt ff.eo.ti.l.quoties s̃.e.ti.c.ex literis. & iõ si deferatur alicui qui non nouit veritatem, impetret sibi remitti vel dari sibi tempus vt certioretur. vt.ff.eo.titu.l.iusiuran. & ad pecunias. ff. rerum amo.l. mar.§.qui rerum. Iuramẽtum de calũ. est de opinione seu credentia; vt dixi.s̃. de iuramento calum. Iuramentum verò, qđ præstatur in litem, est de affectione & assertione. de quo tractatur. C.& ff.de in litem iurando.

SVMMARIVM.

1 Exceptio quid sit.
2 Exceptio peremptoria quæ dicatur, quando & qualiter opponatur.
3 Exceptionum dilatoriarum diuisio, et multiplicis differentia.
Exceptiones tam dilatoriæ quàm peremptoriæ, seu anormalæ in qua parte iudicij proponantur.
4 Exceptionum aliæ perpetuæ, aliæ temporales, aliæ personales, aliæ reales.
Exceptiones prædictæ qualiter opponuntur.
5 Exceptionis effectus quis sit.
6 Litis contestatio an fiat per exceptionem peremptoriam.
7 Excommunicatus an repellatur ab agẽdo.
8. Exceptio excommunicationis non tollitur per replicationem excommunicationis, si de maiori excipiatur & replicetur.

¶ DE EXCEPTIONIBVS. Rubrica.

DICTVM est s̃. de pba. de testibus, de fid. instr. de psump. & de iureiurand. ad quod recurritur in defectum probationis. vt s̃. in proxi. ti. dictum est. Sed quia is, qui exceptione vtitur, onus probatiõis in se recipit. vt ff.e.ti.nã p exceptionem quis defendiẽ & iuuaẽ, sicut p actionẽ. vt insti. eo. tit.in prin. Ideo subijcit hic rubr. de exceptio. ¶ Videamus igitur, Quid sit exceptio. Quæ sit exceptionum diuisio. Quando, Qualiter, & a quibus opponatur. & quis sit exceptionum effectus.

 ¶ Exceptio

1 ¶Exceptio † est aliquando actionis exclusio, plerunque enim competit actori actio, & eam per exceptionem excludi oportet. Nam si metu coactus, vel dolo inductus, aut errore lapsus tibi stipulanti promitto iure ciuili obligatus sum. si ex stipulatu agatur, rectè quidem agitur; sed inique, & ideo per exceptionem quod metus causa, vel doli mali, aut in factum, excludendus est actor. Item si tibi pecuniam promisi spe futuræ numerationis, & si non numeraueris teneor tibi ex stipulatu, & potes contra me agere sed te per exceptionem repellam. Item si pactum feceris mihi de non petendo, nihilominus remaneo obligat'; quia pactum non tollit ciuilem obligationem, sed elidit. vnde exceptione op' est. Itē si contra me egisti, & per sententiam extiti absolutus, si verus essem debitor natura maneo obligatus. ff. de cōdi. indc. l. vl. & propterea necessaria est exceptio; vt probantur hæc omnia. Insti. de excep. Aliquando exceptio ē nō actionis, sed intētionis exclusio; vt si petas à me. 10. & ego dico solui, si verū est ꝙ excipiēdo dico scilicet soluerim, nulla competit tibi actio. quia solutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio. vt Insti. qui mo. tol. ob. in princ. Et ꝙ exceptio aliquando non actionē, sed intentionem vel actorem excludat,
2 probatur. ff. eo. ti. l. 2. ¶Exceptionum † alia dilatoria, alia peremptoria; alia anormala. ¶Peremptoria est quæ semp obstat agenti et quæ perimit actionem si quam inuenit perimendam, vel saltē intentionem excludit vt superius dictū est. vt exceptio doli mali. rei iudicatæ, pacti conuenti perpetui. Nam si pactū de non petendo ad tempus interuenerit, exceptio quæ orit ex hoc pacto non est peremptoria, sed dilatoria. vt Insti. eo. ti. §. appellatur. Regulariter autem perēptoriæ exceptiones opponi possunt vsque ad sentētiam. Hoc tamē fallit in quibusdam quæ etiam post sententiam ꝑ ponūtur vt exceptio Macedoniani, & Velleiani. vt ff. ad Mace. l. 4. tñ si nō opposita. imo solutum per errorē omissa exceptione Macedoniani repetitur. vt ff. de condi. indc. l. qui exceptionem. Itē fallit in qualibet peremptoria à milite per simplicitatem omissa. Nā eam post sententiā opponere potest. vt C. de iur. & fac. igno. l. 1. Fallit in exceptione, quę competit donatori, vt non condemnetur nisi inquātum facere pōt; q a & si in solidum cōdemnetur, adhuc locum habet exceptio. vt ff. de re iudi. l. Nescennius. §. vlt. Item fideiussor insolidū condemnatus etiam post sentētiam implorare potest mandari sibi actiones contra fideiussores. vt ff. de fideius. l. si fideiussores. §. idem respōdit. Item fallit in quibusdam exceptionibus, per quas cōtenditur iudicium retro nullum fuisse, vt no. supra de proba. §. actor. ¶Dilato-
14 † Hodie verò appellatur. j. decendium à recitatione sententiæ. & hoc tps vtile est, qa nõ cedit nisi à die scientiæ, & nisi iudex copiam sui fecerit in publico. vt 2. q. 6. c. biduum. & ff. qñ ap. sit. l. 1. §. biduũ. & §. dies. Vnde si pronunciatum sit contra absentem non per contumaciã, non currit decendium ignoranti, nisi ꝑ ꝓcuratorem defensus fuerit. quia si ꝓcurator nõ appellauerit, difficile est, vt hic audiatur. C. quõ & qñ iu. l. ab eo. & ff. qñ ap. sit. l. 1. §. vl. & 2. q. 6. c. biduum.
15 & §. si aduersus. ¶ Appellatur aũt † bis à diffinitiua, non tertiò. C. ne in vna eadem causa tertiò prouo. l. vna 2. q. 6. c. si quis in quaecunq;. j. eod. tit. c. sua. Sed quamuis tertiò non appelletur, petitur tñ in integrum restitutio cõtra res bis iudicatas, vt ff. de mino. l. minor aũt in gratus. Item admittitur supplicatio. vt in l. si quis in quacunq; lite. & sic intelligi põt. s. tit. prox. c. cum causa. Nec ob. 2. q. 6. c. quotiens. & c. omnis oppressus. Quod enim ibi dicit totiens appellari posse, quoties opus est; expone quoties, id est bis, vt ff. de leg. 3. l. fideicommissa. §. si quis decẽ. Vel expone donec superior inuenitur, & hoc locum habet cum appellatur ab ordinario. Vel illud in diuersis grauaminib⁹ illatis circa diffinitiuã. Item non ob. 31. q. 2. c. Lothari⁹. ibi. n. ter appellauit Theberga. i. voce appellationis ter emisit, semel tñ appellando; vt j. eo. tit. c. bonæ. Et quod dixi in diffinitiua, idem puto in interlo-
16 cutoria. ¶ A papa † vel principe nõ appellatur. cũ ipse sit qui prouocetur. papa. n. de alijs sententijs iudicat, nemo de suis. vt 9. q. 3. c. cũcta. Itẽ à senatu nõ appellat. vt ff. à qui app. nõ licet. l. 1. Itẽ nõ appellatur a sentẽtia ꝑfecti ꝑtorio. vt C. de senten. ꝑfe. l. illa. Itẽ ab arbitro nõ appellatur, quia nullã habet iurisdictionẽ, & cùm ipso iure non teneat sententia ipsius, sed ei stetur metu pœnæ; & quod

quod non tenet, rescindi non potest; qa nec gradus rumpitur, q nullus est. vt. ff. de rupt. iniusto vel ir. testa. l. nã & sub cõditione. & iõ a sententia arbitri nõ appellatur. vt C. de arb. l. 1. Qd verum est in arbitro cõpromissario. secus est in arbitris iuris, de quib⁹ legit. 11. q. 1. c. per uenit. C. de iu. l. vlt. s. de offi. deleg. c. suspicionis. j. e. ti. c. cùm speciali. Est tñ qdã species appellandi ab arbitro, id est arbitrium rescindi. vt cũ litigator, q suspectum habet arbitrum, ꝑtestatur ne ꝓcedat, ille nihilominus ꝓnunciat. vt ff. de arbi. l. non distinguemus. §. cũ quidem, & simile. C. de his qui per me. iudic. no. ap. l. 2. Statur ergo sñie arbitrorum, vt dictum est, metu pœnæ. Sed si arbiter per sortes pronunciauit, datur cõtra sñiam exceptio. vt C. de arbi. l. arbitrorum. & ff. eod. ti. l. ita demum. Arbitrorum autem sententiæ, si iniquæ fuerint, corriguntur. vt ff. pro socio. l. societatem. ff. de operis libe. l. si libertus. s. de iureiuran. c. Quintauallis. & c. venientes. Item si ex consensu partium iudex detur, poterit appellari ab eo. vt ff. eo. titu. l. consensu. Nec obst. 2. q. 6. c. a iudicibus. nam ibi loquitur de arbitris, non de iudicibus. Item ab executore appellari non potest, nisi modum excedat. vt dixi s eo. ti. §. appellatur à diffinitiua. In quibus autem casibus non appellet, solet quibusdam versib⁹ notari. Appellari vetant scelus, excellentia, pacta. Cõtemptus partis, sed & interdictio facta. Arbitrium, res quæ perit, est, si longius acta. Scel⁹. qa in notorio delicto nõ appellat. vt j. e. ti. e. cum sit romana. §. ꝑterea. & c. consuluit. Excellentia iudicis vetat appellari, quia a papa vel principe, a senatu, vel præfecto prætorio non appellat; vt superius dictum est. Pacta, si paciscant partes ne appellẽt, nõ poterit appellari. vt ff. a qbus ap. nõ licet. l. 1. Cõtemptus partis, quia cõtumax nõ auditur appellans. vt 24. q. 3. c. de illicita. nisi veniat iudice adhuc sedente pro tribunali. vt ff. de in integ. resti. l. vl. vel nisi esset cõtumax in exhibendo. vt ff. e.

tit. l. creditor. §. iussus. Sed & interdicto facta. quia inhibetur appellatio, a papa appellari non potest etiã à diffinitiua, nisi cã ꝓbabilis assignetur. Citra diffinitiuã aũt appellari non pt coram eodem, a quo appellatur, nisi expressa causa probabili & probata. Arbitriũ, quia ab arbitro non appellat, vt superius dictũ est. Res quæ perit, est, si longius acta quia si res ex dilatione patiat detrimẽtũ, nõ appellat vt 2. q. 6. c. ei q. §. à deffinitiua. in verbo ab executore. ff. de ap-
17 pel. reci. l. vl. ¶ Ad † ꝓsequendũ appellationẽ indulget ann⁹ a iure, & ex iusta cã bienniũ. vt j. e. ti. c. cum sit Romana. Sed si per impotentiã partis omissa sit ꝓsecutio, nullũ appellanti præiudiciũ generatur, vt j. eod. tit. c. ex ratione. si verò per iudicem steterit, ipso iure tps appellationis non currit. vt in Auth. vt sponsa. lar. §. hoc quoq;. colla 9. in Auth. de appella. §. sancimus. colla. 8. 2. q. 6. c. anteriorum. §. sed lis. C. de temp. appel. auth. sed lis. Sed si dolo aduersarij circunuentus appellator appellationẽ suam non fuerit prosecutus, præiudicat ei; quia post tempus non admittitur ad prosequendum, sed aget aduersus dolũ ad interesse. vt ff. de dolo. l. arbitrio. §. dolo cuius. Sed si soluendo non fuerit, restituetur appellans ad prosequendũ. ff. de eo. per quem fac. est. l. ex hoc edicto. Infra tps prędictum licet appellatori prosequi secundum se, communiterve, id est solus, vel cũ aduersario. Tẽpore autem indulto transacto lite non completa, rata manet sñia. vt 2. q. 6. c. si quis appellat. C. e. tit. auth. ei qui appellat. & in Auth. de his qui ingre. ad ap. §. sancimus. coll. 5. Appellatore aũt cessãte, cũ vnus mensis superest ex biennio, licet victori ingredi, vt quæratur re⁹. quo siue inuento, siue nõ, sňas afferat allegationes, vel vt confirmetur, vel vt rescindatur sentẽtia oĩ casu absentem in expensis condemnando. neutro occurrẽte sñia firma manet vt in auth. ꝑallegata. & sic intelligi potest, infra eodem titu. c. oblatæ. Vel erit in arbitrio superio-

 ris

ris, an appellans nimium precurret, vel non. ¶ Et nota q tempora prædicta locum habent, nisi iudex à quo fuerit appellatum, tps recisius moderetur. vt j. eo. ti. c. cũm sit romana. In casu verò cũ de matrimonio spirituali agitur, pôt is ad quẽ fuerit appellatum, tps recisius moderari, vt j. co. tit. c. oblatæ. in fi. Et idem puto in matrimonio carnali. nam in vtroq; periculum est in mora. vt s. vt lit. non conte. c. qm frequenter. & sic secundum præmissa patet, q terminus appellationis, qui a iure præfigitur, præuenitur ab appellatore, qui quandocũque. j. annum prosequi pôt, vt dictum est. Potest pueniri & ab appellato, sed non nimium, vt dictũ est. Et si quæratur quæ sit diuersitatis ratio. Duplicem ratioñé assigno, terminus legis prolixior est, & ideo preuenitur; terminus aũt hominis breuis, nam iudex restringere potest, vt in decre. oblatæ. seu moderari terminum legis. vt in decre. cũ sit romana. verbum aũt moderandi, ad restringendũ se habet, vt j. de verbor. sig. c. vlti. & propterea terminus hominis nõ puenitur. Vel alias homo est magis dedignantis naturæ, q lex. & ideo terminus hominis non præuenitur, terminus legis sic, argu. ad hoc. ff. de arbi. l. si cum dies. §. vlt. & l. Celsus.

28 ¶ Si queras † que sit pœna nõ prosequentis appellationẽ interpositã circa diffinitiuã, distinguo sic. Aut appellat actor, aut reus, ante lit. conte. aut post. Itẽ aut prosequit appellator & non appellatus, aut appellatus & nõ appellator, aut vterq;, aut neuter. Si actor appellat ante lit. conte. & nõ prosequatur, prosequẽte appellato appellator cõdẽnatur ad expẽsas. vt j. eod. tit. c. reprehensibilis. §. 1. Si verò actor qui appellauit, prosequatur, reo non prosequẽte procceditur in reũ, tanquã in contumacẽ, vt j. co. ti. c. sæpe contingit. sm formam illius decret. vt s. vt lite non cont. c. c. qm frequenter. Si vterque prosequatur, lis suo marte procedat. Si neuter, primus iudex libere sua iurisdictione vtat. vt in decre. reprehensibilis in prin. Sed si post. li. conte. actor appellet, & non prosequatur. prosequẽte appellato, actor iterũ est citandus. vt C. quo & qñ iudex. auth. qui semel. si non venerit, proceditur in principali, si liquere poterit. vt C. de iudi. l. properandum. §. fin aũt ex gestis. vel saltẽ fiet absolutio ab obseruatione iudicij cum condemnatione expensarum. vt in ea. l. §. & si quidẽ. Sed si prosequatur actor non prosequente reo appellato, proceditur in principali, si liquere potest. vt 3. quæstio. 9. c. decernimus. & in præal. l. properandum. §. fin aũt affuerit reus. si nõ possit liquere, fiet missio in possessionem irrecuperabilẽ. vt C. quo & qñ iudex. l. consentaneum. Sed si vterq; prosequatur, vel neuter, repete quod dictum est in membris eisdem. Et eadem locum habent appellante reo quę dixi cũ appellat actor. ¶ Recusat iudex mul-

19 tis ex causis. † Sed de multis aliquas psequamur. vt si iudex suffraganeus multorũ litigatorũ. alteri. n. meritò est tũc suspect⁹. vt s. vt lite nõ cõtest. c. accedẽs il primo. Itẽ si sit dñs litigatoris. vt s. de offi. de leg. c. insinuante. & c. causam quæ. Item si iudex est de terra litigatoris; vt s. vt lite non conte. c. accedens il. 2. Item si à iudice appellatum sit, pendente appellatione etiam in alijs causis est suspectus. vt j. co. tit. c. ad hæc. & c. proposuit. Item si iudex habet familiaritatem cum litigatore: vt 3. q. 5. c. accusatores: vt s. de offi. dele. c. insinuan-

20 te. † Qui aũt sint familiares, legitur. ff. de fur. l. si libertus. ff. de pœ. l. respiciendum. §. furta domestica. C. de quæsti. l. placuit pridẽ. ff. ad Sylla. se. con. l. 1. §. sin autem. ff. de ædil. edict. l. ædiles. §. familiæ. & C. de his qui ad ec. con. l. vl. §. & hoc quidem. ff. de verbo. sig. l. pronunciatio. §. familiæ. Item si est affinis: vt 3. q. 9. c. absens. & ff. d inimi. l. lex Cornelia. Itẽ si litigator sit comes iudicis. vt ff. de offi. præsi. l. senatus censuit. Itẽ si iudex aliqua consanguinitate cõiungatur litigatori. vt j. e. tit. c. postremò. Item si est concanonicus. vt supra de offi.

ff.de leg.cum R.canonicus Ianuensis.
Item si iudex habet cõsimilem causam.
vt s.de iud.c.causam.& arg.ff.de execu.
tu.l.propter litem. Item propter domi
nũ omnes de eius familia recusant.C.
21 si quacunq; prǽditus po.l.vnica † Iste
& consimiles causæ repellunt iudicẽ a
iudicio, sed non testem a testimonio.li-
cèt enim quælibet cõsanguinitas repel
lat iudicem, non tñ testẽ.vt j.eo.titu.c.
postremò.4.q.3.c.si testes. Item in cri-
minali.in ver.itẽ lege Iulia. Hoc ideo.
quia facilius habẽtur iudices, q̃ testes.
& ꝓpter hoc repellitur quis a iudicio
ex defectu testium. vt s.de testib.c.dile
22 cto.¶† potest aũt recusari iudex verbo
vel libello. Et erit forma recusationis
hæc. quia periculosa res est,& tristissi-
mos solet habere euẽtus, corã suspecto
iudice litigare,recuso te.Vel sic,qa su-
specti vel inimici iudices esse non de-
bent, & quodammodo naturale est su-
spectorum iudicũ insidias declinare,&
inimicorũ velle refugere,ideo te recu-
23 so.¶† Allegabitur causa suspicionis co
ram iudice.quæ si sufficiens visa fuerit,
probabitur coram arbit. vt j.eo.titu.c.
secundò requiris.& cap.cum speciali.s.
de offi.delega.c.suspicionis. Nec ob.3.
quæst.5.c.quia suspecti.ibi enim nec ad
missa fuit recusatio, & ideo nec proba-
tio exacta.Secundum vtrunq; ius scili-
cet canonicum & ciuile potest recusari
delegatus,vt j.eod.tit.c.postremo . su-
pra de offi. deleg.c.suspicionis. & cap.
insinuatione . & idem secundum leges.
vt C.de iud.l.cũ specialis.& l.apertissi-
mi.Ordinarius aũt recusatur ſm cano-
nes.vt 3.q.5.c.suspecti.s.de fo.comp. si
quis clericus.& c.licet. 2.q.6.c.placuit.
11.q.1.c.peruenit.Et idem ſm leges,&
ſm d.Mar.per l.nemo.C.de iurisd.om.
iudi. sumpto argu. a contrario sensu.
ibi.n.sic dicitur, nemo post li.contes.or
dinariæ iurisdictionis declinet examẽ.
ergo.ante lit.cõte.declinet.Et ad idem
inducebat auth.& cõseqnẽter.C.de sen
ten.& interlo.om.iud.Sed dñs Io.B.cõ
tra, non enim ordinarius recusatur se-
cundum leges . sed si suspectus fuerit,
adiũgẽdus est ei episcopus loci.vt C.de
iud.auth. si vero contingit.& respõdet
ad legem illam nemo,sic dicit ipse. do-
mine Mar.si vis sumere argũ a contra-
rio sensu legis ill.nemo. sume a contra-
rio sensu legis totius sic,nemo post litẽ
conte.ordinariæ iurisdictione declinet
examen,ergo ante lit.contest.non ordi
nariæ iurisdictionis non declinet exa-
men. & sic delegatus non ordinarius re
cusatur secundum leges. Auth.verò. &
consequẽter. intelligebat in delegato.
Sed quod dixi, delegatum posse recusa
ri,verum est non petitũ, petitus.n.recu
sari nõ põt ab eo qui petijt. vt 3.q.3.c.
induciæ offerãt.C.vt lit.cõte.auth.offe
ratur. supra de offic.deleg.c. cum olim
magister.nisi noua ex causa.vt s.de offi.
deleg.c.insinuante. & arg.ff.de arbi.l.li
24 cèt. † Sed quæritur de tpe recusandi.
Et dicit Ioã.teutonicus, ꝙ generaliter
recusatio fieri habet.j.20. dies vt dicit
auth.offeratur. & alia auth.& cõsequẽ
ter; & qñ isti dies cedunt , & post lap-
sum eorum non est locus recusationi,
ideo prouidit lex,ꝙ si copia iudicis re-
cusandi haberi nõ potest,recusatio co-
ram præside proponatur vt C.de iudic.
l.apertissimi.T.dicit ꝙ recusatio fieri
põt qñcunq;,dummodo ante lit.cõtest.
cũ sit dilatoria exceptio,vt s.titu.pro-
xi.c.inter monasterium. nisi terminus
præfixus esset a iudice ad omnes dilato
rias proponẽdas. vt s.de excep.c.pasto
ralis. Sed de hoc plenus dicit no.s.de
25 dilati.§.sunt & aliæ.¶Effectus † autem
recusationis est,vt si probata fuerit su-
spicio,iudex ordinarius recusatus com
mittat negotium principale. vt s.de fo
ro comp.c si quis clericus.j.eo.tit.c.ad
hæc & c.cũ a te.11.q.1.c.ꝑuenit.2.q.6.
c.placuit.C.de iudi.l. cũ spãli.& l.aper
tissimi.hoc.n.competit iure ordinariæ
potestatis. Si sit delegatus,dixit.T.ꝙ
cũ per recusationẽ probata suspicione
desinat esse iudex & iurisdictionẽ non
habere,supersedebit causæ cognitioni,
& committere non põt iurisdictionem

quam non habet; quod.n.quis non habet, generaliter alteri dare non pôt.ut. 1.q.1.c.gratia, &.1.q.7.c. Daibertũ. & nemo inuitus cogit̃ ad arbitriũ ire. ut. ff.de arbit.l.3.§.1.quamuis iudiciũ red datur in inuitum,ut.ff.de uerb. obl.l.in ter stipulãtem.decr.autem illam. infra secũdò requiris.intellexit in delegato. Illam autem,cùm speciali, & alias quæ dicunt recusatum posse committere ne gotiũ principale, dixit in ordinario locum habere; puto tamen ꝙ tam ordinarius quàm delegatus probata causa suspitionis possit committere negotium de recusatoris assensu,uel ad superiorẽ trãsferre ut.j.eo.ti.c.cùm speciali.Nec ob.decre. illa,secũdò requiris.in eo qđ dicit supersedere tenetur. Nam uerum est, ꝙ supersedebit iudex post probatã suspicionem, s.ut non cognoscat, non autem vt non committat causam.Nã & in delegato loquuntur leges,quæ dicũt expressè iudicem recusatũ committere posse.C.de iud.l.apertissimi &.l. cũ speciali, quas leges Tãcr.correctas esse dicebat,cùm aliter ad eas rñdere nõ posset.Ad decre.autem illam ad hæc,cum à te, q̃ dicit aut si alterutra partiũ te suspectum habuerit,te insistente iudicem eligant, qui propositã inter eos dirimere ualeat quæstionem. respõdebãt quæstionem.s.suspitionis;ego aũt dico principalem.Nec ob.huic nostræ opinioni. supra de foro cõp.c.licet, ubi dicitur ꝓ bata causa recusatiõis ad te uel ad nos pro iustitia recurratur,sicut superiꝰ est expressum.Nã intelligo.s. per appellationem, si recusatus in causa procedat.

26 ¶ † Dubitari autem cõsueuit,an iudex suspectꝰ & recusabilis possit præuenire recusationẽ & causam alteri delegare. Et uidetur quòd non.Nam inefficax est iurisdictio penes eum. pôt enim per exceptionẽ elidi,& nihil interest utrũ aliquid sit ipso iure inefficax,an per exceptionẽ.ut.ff.de reg.iur.l.nihil interest. ff.quibus ex causis in pos.ea.l. Fulciniꝰ. §.si in diẽ.ff.de dolo.l.eleganter.§.seruus pactionis.Si igitur inefficax ẽ iurisdictio in delegãte, inefficax est & in delegato,qui pro nõ suo imperio agit,sed partibus fungitur delegãtis.ff. de iuris. om.iud.l.si prætor.ff.de offi.eiꝰ cui mã. est iuris.l 1.§.qui mãdata.Item pars iurisditionis est delegare.ut.ff. de iurisd. om.iud.l.3.in fi. cũ ergo alias partes iurisdictionis aggredi non pôt delegatus obstãte sibi exceptione recusationis opponẽda in personã ipsius,& istud aggredi non pôt.In delegationibus enim cõsideratur, an delegatus cognoscere possit, ut ita demũ ualeat delegatio facta ab ipso.ut.C.q pro sua iurisd.l.1. Et iõ si proconsul antequam ingrediatur ꝓuinciam sibi decretam,causam deleget, qa cognoscere nõ posset,nec delegatus ab ipso pôt, sed demũ ingrediente legato efficax efficitur delegati iurisdictio. ut.ff.de offi.proc.l.obseruare.§.ulti.Itẽ iudex non debuit præuenire diligentiã recusare nolẽtis.arg.infra eo.tit.c.sępe cõtingit.& c.oblatę.il.1.de cõfir.uti.uel

27 inuti.c.bonę. ¶ † Sed cõtra causæ suspitionales personas iudiciũ afficiunt, nõ iurisdictionẽ;& ideo contra successorẽ, idest contra delegatũ non competit exceptio.ff.de diuer.& tempo.præscrip.l. an uitiũ. Nam personales exceptiones ꝑsonas nõ egrediuntur.ut.ff.de except. l.exceptiones.unde mutatione personarum uitiũ abolετur.ut.2.q.1.c.primis.1. q.1.c.cito.s̃. de filijs presby.c.ex transmissa.ff.uti. possi.l.si duo.§. nõ uideor. Et s̃m hoc intelligũtur decreta. illæ de ꝑscrip.c.de quarta.infra de iurep.c. cura.¶ Solutio,puto iudicem suspectũ ante recusationem cõmittere posse, & cõmissio ualet quod in ordinario indubitatũ est,ut.ff.de iuris.om.iud. l.prætor, idem puto in delegato. ¶ Et not.ꝙ s̃m uetera iura arbitri eligendi sunt à partibus, qui cognoscant de principali.ut. s̃.de fo.comp.c.si quis clericus.j.eo.ti. c.ad hæc,& c.cũ à te. Et hoc fiebat insistẽte iudice recusato. ut in illo c.& hæc cogente j.triduum.ut.C. de iudi.l.ult.

28 † Hodie eligit̃ arbiter, qui cognoscat de causa suspicionis vt j.cod.titul.c.cũ speciali,

speciali, in prin. Sed principale negotiũ nõ cõmittetur, nisi de recusatoris assen su. q̃ si non consentiat recusator, ad superiorem transmittet negotium recusatus. vt j. eod. c. cum speciali in fi. 1. R.
29 ¶Et notabis, † q̃ licet iudex recusatus iurisdictionem retineat, & cogere possit arbitros eligere, vt dictum est, & tertium si duo discordant. vt s. de offi. de leg. c. suspicionis. & causam cõmittere, vel ad superiorem transferre. secus tñ est in iudice, à quo fuerit appellatum. Nã appellans eximitur à iurisdictione eius à quo appellat, si iudex fuerit delegatur. vt j. eod. titul. c. directè. Si autẽ fuerit ordinarius, eximitur appellans quo ad causam in qua appellat; in alijs non eximitur. sed pendente causa poterit ordinariũ recusare. vt j. eod. titul. c. proposuit. & c. ad hoc. eo, super quo appellatum est, prætermissio. vt j. eod. titul. c. teneamur. Hoc tñ fallit in delinquẽte notoriè vt j. eod. titul. c. cùm sit,
30 in fi. & c. cõsuluit. ¶Relatio † fit tribus de causis. Aut ei iudex refert de iure cõsulens, quia in iure dubitat. Aut quia pronunciare euitat, & ideò refert vt se exoneret. Aut consulit super facto. Primus modus approbatur, secũdus & tertius reprobantur. vt probantur hæc. ff. de iudi. l. cũ quẽ. §. iudicibus. & §. de facto. & in Auth. de iudi. §. vl. in Auth. vt indices nõ expectẽt sacras iussiones. §. iubemus. Est & quartus referendi modus. s. cùm superior ita cõmittit, vt delegatus si de partiũ voluntate fuerit, pronũciet, vel cãm ad superiorẽ transmittat; vt s. de rescrip c. ex parte. Sed cùm relatio facienda est, plena omnia notificãda sunt superiori, & partib⁹ cõsultationis edi debet exẽplũ; & si altera partium viderit relationem minus plenã vel cõtrariam veritati, põt illicò à consultatione appellare, & nihilominus à sententia. vt. C. de relat. l. 1. & ff. qñ ap. sit. l. 1. R. 1. & 2. q. 6. c. induciæ. §. biduũ, in fi. Adeò aũt plenè in relatione omnes omnino causæ sunt comprehendæ, vt prope modũ actorum recensione nõ fit opus. acta tamen necessariò sunt assẽ eianda. vt C. de rela. l. vlti. ¶Et nota q̃ refertur causa, refertur & electio seu postulatio, vt s. de offic. lega. c. licet Tranen. & s. de postu. c. bonæ memo. il 2. Et sicut electione seu postulatione relata ad superiorem, nõ licet in ea aliquid innouari, vt iuribus præalleg. sic & in negotio per cõsultationem transacto. vt C. de appel. l. ex illo. 2. q. 1. c. nomen. 3. q. 6. c. multum. & C. de rela. l. 2. Sed in his omnibus expectari debet superioris responsum. vt 6. q. 3. c. deniq;.

SVMMARIVM.

1 *Peregrinantes qui dicantur, & quod subsidium eis indulgeatur à iure, & nu. 2.*

¶DE CLERICIS PEREgrinantibus. Rubrica.

QVia sicut appellãtes, ita & peregrinãtes iura tuẽtur. Ideo post tractatũ d appellationib⁹ subijciũtur tractatus de peregrinantib⁹. ¶Videamus igitur qui hic peregrinãtes dicantur, & qđ ꝓsidium eis indulgeatur à
1 iure. ¶Peregrinantes † intelligũtur hic romipetæ, apostolorũ limina & aliorũ sanctorũ oratoria visitantes, vt 24. q. 3. c. si quis romipetas, & c. paternarũ & c. illi q. & s. đ treuga & pace. c. innouam⁹. Itẽ illi qui accedunt ad ꝓsentiã domini papæ. vt j. eo. tit. c. 1. vno. 2. q. 6. c. argu ta. Non aũt intelligas de quolibet peregrinante; nã largo mõ quicunq; à loco domicilij proficiscitur, peregrinari vř
2 vt C. de incol. l. ciues. lib. 10. †Peregrinantes igitur, de quibus superius dictũ est, ecclesia romana sub protectione recipit, & speti aliter ad curiã venientes, hi. n. facto appellare, vel verius prouocare vřr. vt s. tit. proxi. c. cũ sit romana, & c. dilecti. Et per hunc modũ prouocãdi receditur ab ordinario, & vocaĩ aduersarius ꝓuocãtis ad superiorẽ. Receditř ẽt & à delegato, dũmõ ante notitiã literarum. vt s. tit. proxi. c. meminimus. & c.

& c.suggestű. & ea. ad hæc sicut asseris. Quidam tamen dixerunt, q hodie prouocatio facti locum nõ habet p decre. ȝ.ti.proxi.c.vt debitus honor.quæ sic dicit. cum autem ex rationabili cã putauerit appellandum, coram eodem iudice causa probabili appellationis exposita, tali videlicet q si foret probata, deberet legitima reputari. Vnde decre.illas cũ sit romana, & c. dilecti. abrogatas esse dixerunt. Sed errauerũt, nam illa, vt debitus honor. loquitur in appellatione. Aliæ verò loquuntur in prouocatione. Habent aũt hoc psidiũ à iure venientes ad curiam romanã, vt si qđ eis arreptũ est vel sublatũ post iter arreptũ, eis restituat, vt ĩ.e.c.vno. etiam si per iudicé sit subtractum, & agetur conditione ex hac decre. Idẽ prẽsidiũ habent appellantes. vt ȝ.ti.proxi.c.cũm teneamur. 2. q.6.c. arguta. & c. quoties. Sed & alijs iusta ex causa absentibus seu peregrinãtibus iuris præsidiũ indulgetur, nã si eorũ turbata fuerit possessio p vim, & expulsis his qui eorũ nomine detinebant, datur eis condictio ex lege, ad recuperandam possessionem absentium nomine, siue fuerint serui siue fuerint extranei, etiam si mandatum non habeant. quod est speciale contra regulam gñalem. vt C. si per vim vel alio modo turbata. fue. absentis possess. l. 1.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio quid sit, & quot modis fiat.*
2 *Confirmari quæ possunt.*
3 *Confirmationis effectus quis sit.*
4 *Sententia excommunicationis si lata est ab ordinario uel delegato, & à summo pontifice cõfirmata, an ille qui tulit, possit ab ea absoluere.*

¶DE CONFIRMATIONE vtili vel inutili. Rub.

TRactatum est supra de his q̃ appellationis beneficio suspenduntur. Hic aũt tractatur de his quæ cõfirmationis psidio muniunẽ. ¶Videamus igitur quid sit confirmatio. Qualiter fiat. A quo. De qua re faciẽda sit. Et
1 qs cõfirmatiõis effectus. ¶Cõfirmatio † est prioris iuris habiti corroboratio. Hæc descriptio colligitur ȝ. de fide instrum. c. inter dilectos. ¶Fit autem confirmatio pluribꝰ modis temporis ex cursu, vt si à sñia non fuerit ĩ. decẽdiũ appellatũ, nã lapsu tẽporis rata manet, & ei standũ est. vt no. ȝ. de sent. & re iudi. §. auctoritas. Sic & sñia arbitri dr̃ emologari, id est silẽtio decẽdij cõfirmari. vt ȝ. de arbitr. c. per tuas. C. de arbi. l. cũ anteà. & no. ȝ. de arbitr. §. effectus. licet in casu per appellationem dicatur sñia cõfirmari. vt ff. rẽ ra. ha. l. vlti. Cõfirmatur aliquid iurõ. vt si minor rẽ alienet, & iuret non cõtrauenire, vt C. si aduer. vendi. l. sacraměta puberum. Item cum mulieres consentiunt alienationi rerũ dotalium & propter nuptias donatarũ, & ne contraueniãt, firmãt proprio iurõ. vt ȝ. de iureiur. c. cum contingat. Itẽ cũ debitor promittit vsuras, & promissum suum firmat iuramẽto. Nã tunc etiã excipere non potest. vt ȝ. de iureiur. c. debitores. Itẽ cũ quis transigit, & transactionem suam iurõ confirmet. Nã tunc punitur si contrauenerit. vt C. de transact. l. si quis maior. Itẽ iureiurando firmatur statutum de certo numero canonicorum. ȝ. de rescriptis. c. constitutus. Confirmatur etiam per literas superioris & maximè dñi Papæ. qui plerunque confirmat sñias. vt ȝ. de sen. & re iudi. c. ea quæ. & c. causam quæ in fi. ĩ. de testa. c. Raynutius in fi. & c. Raynaldus, in fi. Statuta ȝ. de consti. c. cum accessissent. Beneficia. vt ĩ. eo. ti. c. ad nostrã & cap. porrecta. Cõtractus. vt ȝ. de pact. c. quoties. Arbitria. vt ĩ. eo. tit. c. examinata. Compositiones. vt ĩ. eo. tit. c. venerabilis. Itẽ electiones. vt ȝ. de elc. c. postquã. Postulationes verò non confirmanẽ, sed dijudicãtur. vt ȝ. de postul. c. bonæ. il secondo in 2. col. & si inuenta fuerit canonica, admittatur. vt ȝ. de elec. c. scriptũ. vel non admittitur, si minus canonica sit inuenta, vt ȝ. de postu. præla. c. bonæ. il primo. vel etiam irritatur. vt ĩ. eo. tit.

& si

2 & si vnanimiter. ¶ Possunt confirmari † quæ pacificè possidentur vt j. eod. tit. c. 1. Res litigiosæ confirmari non possunt vt j. eo. ti. c. 1. & not. s. vt lite pen. §. lite
3 igitur pendente. ¶ Effectus † confirmationis est, vires plenissimas dare ei rei, cui fortè aliquid iniuriæ vel imperitia minus incertum est, vt supra de transac. c. 1. Personale facit reale, vt s. de transact. c. veniens. & hoc intellige de confirmatione domini papæ. Auctoritas. n. principis non solenne facit solenne. vt C. de testa. l. omnium. Nam facit ex nudo pacto dari actionem. vt ff. de pactis. l. legitima. principis. n. auctoritas mutat substãtialia. vt C. communia de leg. l. 2. C. de rei vxo. actio. l. vna. Item operatur cõfirmatio domini papæ, ut si noua quæstio oriat̃ super re illa, sup qua confirmatio est obtenta, ordinari⁹ uel alius causam audire non potest sine speciali mandato domini papæ; si res illa tp̃e cõfirmationis pacifice possidebat̃: ut j. eo. ti. c. 1. Sed quo ad titulum possidendi confirmatio nihil addit; id enim confirmatur, quod à principio firmum est. vt s. de fide instrumen. c. inter dilectos. ¶ Vnde in cõfirmationibus rerum poni cõsueuerunt tales terminationes, sicut iniustè & pacificè possides. In sententijs autem cõfirmãdis ponitur. sicut prouidè lata est, vt j. e. tit. c. examinata. Papa. n. nõ intẽdit vni dare, vt ali⁹ scrupuloso corde moueatur. vt 16. q. 7. ca. 1. nec intendit vni conferre, & alteri nocere vt 14. q. 5. ca. denique. nec vult alicui subtrahi per priuilegia sua. vt 9. q. 3. ca. nũc verò. 25. q. 2. c. de priuilegijs. Sed hoc uidet̃ absurdũ quibusdã, ut tãtã immunitatẽ rerũ quis sortiatur per hmõi simplices confirmationes, quæ leuiter in curia impetrantur. Nam & si sup rebus singulis quis impetret confirmationes, eneruata erit iurisdictio ordinarij super illis, & propterea sic intellexerũt decre. illas. j. cod. titu. c. 1. & 2. quod iudex non possit cognoscere de confirmatione, an sit iusta uel iniusta, sed de re cõfirmata sic. Alij dixerunt has decr. lo cum habere, cùm Papa cũ causæ cognitione cõfirmat. ut s. de of. deleg. c. quoniam abbas. s. de testi. c. veniẽs. j. eo. tit. c. uenerabilis. j. de testa. c. Raynutius. & c. Raynaldus in fi. Alij. uerò intelligunt has decre. ad literam sicut sonare uidẽtur, per confirmationes simplices hæc immunitas rebus confirmatis accedat: ut si super eis noua quæstio oriatur, nullus eã audiat sine mandato domini Papæ, & idẽ si quæstio oriatur super confirmatione. Hæc posterior sñia cum textu decretalis magis concordat. Verum tamen si confirmationi domini Papę obijciatur falsi suggestio, poterit de ea cognosci & iudicari. ut j. eo. titu. c. de cõfirmationibus. & sic confirmatione non obstãte poterit cognosci de re cõfirmata, cùm certũ sit confirmationem p falsi suggestionem illicitam fuisse. ¶ Vnde
4 † quæritur, si sententia excommunicationis lata fuerit ab ordinario uel delegato, & à summo põtifice confirmata, an ille qui tulit possit ab ea soluere? Et uidetur qđ nõ. nã papa cõfirmãdo sententiam suam facit. Omnia enim sua facit, quibus suam impartitur auctoritatẽ ut C. de uete. iu. enu. l. 1. §. & iõ. contrariũ tñ est uerius. ut j. de inst. c. ex frequentibus. Hæc autem de literis confirmationis. Sed de literis innouationis sciendum est, q per eas nihil iuris acquiritur. ut j. de priui. c. ex parte. & j. cod. tit. c. cùm dilectus. Per literas autem ptectionis non eximitur quis a iurisdictione ordinarij. ut j. de priui. c. ex parte. il secondo & c. recepimus. Sed si aliquis se subijciat protectioni dñi papæ, & ex simplicitate appellare omittat, eximitur. ut s. tit. pxi. c. vno. s. de app. c. ad audientiam. Quid ergo prosunt literæ protectionis? Rñdeo, maior honor ei debetur, quẽ papa sua protectione honorat. ut s. de ma. & obe. c. p tuas. Vel solet plus timeri, quod singulariter pollicetur, q̃ qđ gñali sponsione concludit. 23. di. c. qq. 11. di. c. quis nesciat.

¶ Explicit liber secundus.

Incipit liber tertius.

Summa-

SVMMARIVM.

1 *Clericorum uita qualis esse debeat.*
2 *Clericorum honestas in quibus consistat.*
3 *Clerici in incessu, & societatibus qualiter debeant se habere.*

¶DE VITA ET HONESTATE clericorum. Rubrica.

FInito tractatu iudiciorum à qbus clerici abstinere debēt in quantū possunt, cum seruos Dei nō oporteat litigare. vt 2. q. 7. c. sicut sacerdotes. ideo subijcit hæc rub. de vita & ho. cle. ¶Vidēdū est igitur, qualis debeat esse vita cleri. & in quibus consistat hone
2 stas eorū. †Et qdē in ecclesijs collegiatis clerici debent viuere in communi, in vna domo vescant, atque sub vno tecto dormiāt & requiescant. vt ĵ. eod. c. qm. 32. di. c. pter hæc de con. di. 5. c. in omnibus 12. q. 2. c. necessaria. Quidam tamē intellexerunt iura illa in ecclesijs regularibus locum habere, aliud in secularibus. vt 12. q. 2. c. quia tua sanctitas. 32. di. si qui verò. Sed puto iura priora cōtinere ius commune in ecclesijs collegiatis. quāuis eis in multis ecclesijs sit per cōtrariā cōsuetudinē derogatū. Posteriora verò loquunt in clericis non valētibus cōtinere, q sortiri pñt vxores ante sacros ordines secundum licentiam ab apostolo datam. vt 28. distin. de his in fi. Et stipendia extra ecclesiam in domibus suis recipere vt pauperes, non vt clerici; nec ratione canonici tituli, sed paupertatis contemplatione. & sic intelligi pt 1. q. 2. c. sacerdos. Cōiugati enim canonicum titulum obtinere nō pñt. vt ĵ. de cle. cōiuga. c. sanè. & c. diuersis fal-
2 lacijs. ¶ Honestas † clericorum consistit in multis. In tonsura capitis, vt ĵ. e. c. si quis ex clericis c. clericus. & c. clericis. Ita vt admodū sphęrę caput habeāt abrasum. vt 23. di. c. phibere. & sic attōsis capitibus, & patentibus auribus incedant. vt 22. dist. c. nō liceat. Quod verū, nisi timor vel necessitas exigat habitū trāsformari, vt ĵ. c. c. clerici officia. Vnde quidam repræhensus de habitus dimissione, sic se excusauit. Vnde versus. Tutius vt peterē laici sub imagine Romam, Fas fuit vt sinerem luxuriare comam. Item in ornatu vestimentorū & aliorū. vt ĵ. co. c. clerici. & c. officia. 20. q. 4. per totū. ita vt nec fulgidis nec sordidis vestibus se ornēt. vt. n. ait Hiero. nec affectatæ sordes, nec exquisitæ delicię laudes pariunt, vt 41. dist. §. 1. Item vt moribus & verbis pudorem indesinēter exhibeāt. vnde genæ sponsæ. 1. prædicatores turturi comparantur. vt 43. di. §. 1. quamuis laicis verecundia indicatur. iuxta illud, verecundos & verentes facite filios israel. vt 32. q. 4. c. in co.
3 † Item in incessu debent clerici esse ornati, vt grauitate itineris mentis maturitatem ostendant. Incompositio enim corporis, vt ait Grego. qualitatem indicat mentis. 41. dist. c. sicut. Item in societatibus, vt non habitent cum malis hominibus; quia sępe consortia malorum bonos etiā mores corrumpunt. vt 28. q. 1. c. sæpe. vnaque aspecta liuorem ducit ab vna. Item in modestia & sobrietate, vt ĵ. co. ti. c. à crapula. & 35. dist. per totum. Item in mundicia vitæ, vt ĵ. co. ca. vt clericorum. & dicemus. ĵ. titu. proxi. Item vt sint assidui in lectione & oratione. hæc enim esse debent opera clericorum. vt 36. dist. c. vlti. Hæc & alia à clericis exiguntur, quorum vita, & conuersatio debet esse secreta, & à laicorū actibus remota. vt. 2. q. 8. c. laicus, vt eorū, qui in laicali ordine consistunt, obseruātiam, sicut loco, ita religione præcellāt. vt 4. dist. c. denique in princ.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres quæ permittātur cum clericis cohabitare, & quæ prohibeantur.*
2 *Pœna clericorum fornicatorum. & nu. 6.*
3 *Aequitas rigori præfertur.*
4 *Pœna mulierum cum clericis fornicantiū.*
5 *Dispensatio quæ adhibeatur circa clericos fornicarios.*

Occultus

6 *Occultus fornicatur suspensus est quod ad se, ita & occultus simoniacus.*
7 *Notorium quotuplex sit.*

¶DE COHABITATIONE clericorum & mulierum.
Rubrica.

QVia frequenter vitã & honestatem clericorum suspectarũ exhonestãt mulierum cõsortia. Ideò post tractatũ de vita & honestate clericorũ subijcitur hic rubr. de cohabitatione clericorum & mulierũ. ¶Videamus igitur quæ mulieres prohibenẽ habitare cũ clericis, & quæ permittunẽ. Itẽ quæ sit pęna clerici fornicantis, & quæ mulieris se clerico commiscentis. Item q̃ circa clericos fornicarios dispensatio
1 valeat adhiberi. ¶Illę † autem mulieres clericis cohabitare permittuntur, in q. bus naturale fędus nihil permittit sęui criminis suspicari, aliæ prohibentur. vt j. e. c. à nobis. Quę aũt sint personæ, quę permittuntur, legitur 32. dist. c. interdixit. 81. dist. c. cum omnib⁹ & c. volumus. C. de epis. & cle. l. cum qui. in Authen. de sanctis episcopis. §. psbyteri. col. 9. in Auth. quomodo opor. episcopos. §. quanta. Sed contra. j. eod. titu. c. 1. Ad quod dico, q. prima decre. huius tit. nõ tenet, derogatur enim per posteriorem. j. eo. c. à nobis. Vel prima decreta loquitur in mulieribus, quæ etsi suspicionem effugiant, habent tamen secum pedissequas & ancillas, in quibus & de quibus sinistra frequẽter oritur suspicio. Et de talibus dicit Aug. Quæ cũ sorore mea sunt, meæ sorores non sunt. vt 81. dist. c. legitur. Iura autem superiora loquunẽ de personis coniunctis, quæ suspicionẽ effugiũt, nec secum habent mulieres suspectas. Episcopi verò & monachi oĩno nullas secum mulieres habere debent vt in Auth. de sanctis. epi. §. episcopum verò, & 81. di. c. oportet & ca. clerici. & 18. q. 2. c. diffinimus & in Auth. de mo-
2 nachis. §. cogitandũ. ¶Pęna † clericorũ fornicatorũ est, vt admoniti nõ se corrigentes à beneficijs suspendanẽ. Et si suspensi fornicarias præsumpserint detinere, perpetuò sunt remouendi, vt j. eo. c. sicut & c. si autem. neque enim suspensi sunt ipso iure, nisi eorũ fornicatio esset notoria vt 32. distin. c. nullus & ca. ꝑter hæc. & sic potest intelligi. j. eo. c. super eo. Tunc enim suspensi essent ab offitio, & per cõsequentiam à beneficio. vt 81. dist. c. si quis ammodo. & c. si quis sacerdotum. Sed nonne fornicatio mortale peccatum est? Sic igitur pęna eius est depositio, vt 35. dist. c. vl. 81. dist. c. psbyter. c. si quis epus & c. si qui sunt presbyteri. ¶Ad hoc dicunt quidam, q. canon ille rigorem contineat, alius autem circa idem contineat æquitatem. vt 34. di
3 stinct. c frater. † æquitas præferenda est rigori. vt 45. di. c. licet. 50. di. c. põderet in fi. 81. di. c. presbyter. C. de iudi. l. placuit. ff. de reg. iu. l. in omnib⁹. Melius est enim reddere de misericordia rationẽ, q̃ de crudelitate. vt 86. dist. c. non satis est 26. q. vlti. c. alligant. & 35. q. 9. c. veniam 9. dist. c. sana. 50. distin. c. eos. Vel forte iura ideo minus ꝓcedũt in crimine fornicationis, quia pauci ab eo inmeniunẽ immunes. vt 50. di. c. quia tua. Vel dicas de iure cõi seruare posse rigorẽ, de dispensatione æquitatem. Nec ob. q̃d dicit illa decre. frater. scilicet fragilitas nostri temporis talẽ non patiẽ manere cẽsurã. Nã sic intelligẽdũ est. s. rigidã, & indispẽsabilẽ. † Pęna mulierũ for-
4 nicantiũ ver. nicenã. quidã tamẽ intelligũt cum mulier illa hoc peteret. Alioquin secus. vt 32. dist. c. seriatim. & 32. q. 1. cap. integritas. Si verò cum clericis matrimonialiter de facto cõtraxerint, tunc venundanẽ, si filios non habẽt. sed si filios habent, mulieres & filij suscepti ex clericis, quos sua libidine infecerũt, in seruitutẽ redigãtur ecclesię, cui⁹ sunt clerici. vt 81. dist. c. quidẽ 32. dist. c. eos.
5 15. q. vlt. c. cũ multæ. ¶Adhibeẽ † circa clericos fornicarios dispẽsatio magna, vt nõ remoueãtur ab officijs vel beneficijs. vt infra eod. c. sicut. & ca. si autem. sed ad altiora officia non ascendant, vt 15. q. 8.

15.q.8.c.hi qui. Maior.vt ad maiores ordines promoueãtur vt 34. distinct.c. fra. Maxima. vt ad dignitates ascendant.vt 33.distinct c.habuisse.¶In summa
6 ma no.† est, ꝙ occultus fornicator suspensus est quo ad se, sicut & quilibet in mortali peccato constitutus. vt 1.q. 1.c.sacerdotes. non tñ quo ad alios antequam per sententiam præscindatur. vt 5.q.vlt.c.vlti.sed notorius fornicator est suspensus quo ad se & quo ad alios. vt ĩ.eo.titulo.c.vlti.30.distinc.c. nullus.& c.præter hæc. Et idem est in simoniaco etiam occulto, qui suspensus est quo ad se & quo ad alios, vt.1.q.1. c.reperiuntur. Quod intelligo verum esse in simoniaco in ordine suscepto, qui vitiosum habet caracteré. vt 2.qu. 3.c.quibusdã narrantibus. secus aũt in simoniaco in ordine alteri collato. vt ĩ.eo.c.de simon. & c. per tuas. A tali ergo simoniaco in ordine suscepto non debes sacramenta suscipere,vt 1.q.1.c. si quis à simoniacis,sed à quolibet alio sic,quandiu tolleratur; licèt quo ad se sit suspensus, non tñ quo ad alios,vt superius dictũ est.
7 ¶Notoriũ † aũt aliud iuris. Aliud facti. Tertium notiorũ præsumptum. Notiorum iuris duplex.per confessionem factam in iure, vel per sententiam.vt ĩ.eo.c.vestra. ¶Facti per euidẽtiã rei,quæ tergiuersatiõe aliqua celari nõ potest, vt ĩ.eo.c.vlti.ĩ.de purga.can.c.cum dilectus in fin.2.q.1.c.in manifestis Notorium pręsumptum est; vt si aliquis publicè. habitus est per filio,vbi nõ requiritur alia probatio, vt s.de filijs presbyt.c.qm̃; hoc enim qđ aliquis sit filius, non potest verè probari, vt.ff.de condit.& demon.l.Lucius: Itẽ filius est quẽ nuptiæ demonstrant. vt ff.de in ius vo.l.quia semper. Et idẽ dico in fornicatore.Si enim clericus iuuenis & cupidus secum habeat euidenter in domo iuuenculam & suspectam, non notoria est fornicatio,sed præsumpta.a iuuene & cupido credatur reddita virgo?

SVMMARIVM.

1 *Clericis qbus permittatur habere cõiuges.*
2 *Episcopus an dispensare possit in officio cũ sacerdote,qui matrimonium de facto contraxit.*
3 *Clericus vxoratus an retineat priuilegiũ clericale.*

¶DE CLERICIS CONIVGATIS. Rubrica.

DIctum est supra de prohibita cohabitatione clericorũ & mulierum. Hic agitur de permissa.s. coniugali.¶Videamus ergo quibus clericis permittitur habere cõiuges.& an habentes cõinges possint simul & ecclesiastica beneficia retinere.† Possunt 1 clerici in minoribus ordinibus constituti vxores ducere. vt ĩ.eo.c.1.28.di.c.de his,in fin.In sacris autem non,quia omnibus in sacris cõtinentia est indicta.vt s. de tempo. ordi.c.à multis 32.dist.c. erubescãt.c.nemo & c.si qs eorũ & 31. distinct.c.ante triẽniũ.& 83.dist.c.cũm in pręterito.Oriẽtales aũt clerici in minoribus ordinibus cõstituti ducũt vxores,& eis vtunt̃ in sacris.sed post sacros ordines nec de nouo contrahunt, nec mortuis vxorib' alias ducũt.vt 31.dis. c.Nicena.c.qm̃.& c.aliter. & ĩ.e.c.cum olim.Olim in ecclesia primitiua clerici vxores habẽtes,beneficia extra ecclesiã percipiebãt; quia in ecclesijs seruiebãt.vt 32.di.c.si q verò sunt clerici 12. q.1.c.quia tua sanctitas.vel vt stipẽdia tanꝗ pauperib', nõ vt beneficia tanquã clericis,pstabantur.Hodie aũt a beneficijs ecclesiasticis excludunt, vt ĩ.eo.ti. per totũ.ca.n.facto proprio amiserunt, cõtrariũ eligẽdo,& se ad vitã oppositã cõferendo.vt ff.de bo.lib.l.si patronus. C.de furtis.l.1.ff.de tributo.l.qui in heredẽ.§.vlti.84.distin.c.quisqs. nã quasi in duo diuisi ecclesijs à quibus stipẽdia percipiunt famulari non pñt. cũm eos oporteat cogitare, qualiter vxoribus suis valeãt cõplacere,vt.ĩ.eo.ti.c.diuersis fallacijs.vbi aũt aliqui fornicationibus

bus dediti ecclesias penit⁹ derelinquũt, beneficia pro derelicto hřc videntur, & eis sunt ipso iure priuati. vt 81. dist. c. eos. Si quis aũt scienter beneficiũ cõferat coniugato, non per ipsum qui cõtulit, sed per superiorẽ potius est priuandus. vt ĩ. eo. c. diuersis fallacijs. Sed quę
2 ritur † an episcopi dispensare valeãt in officio cũ clericis in sacris ordinib⁹ cõstitutis, qui de facto contrahunt matrimonia? videtur ꝙ sic, vt ĩ. eo. c. sanè sacerdotes. Sed cõtra, clerici dũ sacros ordines recipiunt, votũ continentiæ solennizare videñ vt 32. di. c. seriatim. in fi. vnde postea cõtrahẽdo maius peccatũ cõmittunt, ꝗ̃ sit adulteriũ. vt 27. q. 1. c. meliore. non ergo pñt episcopi dispensare, quibus datur potestas dispensandi ab adulterio citra, vt š. de iud. c. at si clerici. ad quod respõdeo, episcopi pos sunt dispensare in adulterio & in minoribus, sed & in maioribus, vbicũq; inuenitur à iure permissũ; vt in casu ꝑmisso, & hæresi, & sacrilegio. vt 50. di. c. ꝑsb. & c. si quis presbyter. Licet alij cõtrariã sñiam asserant, dicẽtes posse episcopos dispẽsare in adulterio & in maioribus criminibus, nisi inueniaẽ prohibitum, vt in homicidio, & in simonia. vt 50. di. c. miror. & infra de simo. c. nobis.
3 ¶Quæritur † de clerico vxorato, an retineat priuilegiũ clericale, qđ habeẽ. 17. q. 4. c. si quis suadẽte? Et videtur ꝙ nõ, vt ĩ. eo. c. Ioan. Sed decr. illa põt intelligi in eo, qui cõtraxit cũ vidua. qui irrecuperabiliter à clericatu recessit, ita vt vlteri⁹ ad clericatũ redire nõ possit, vt 34. di. c. seriatim; & propterea exuitur omni priuilegio clericali. vt 82. di. c. q si quis. alias si clericus vxoratus seruaret tonsurã, retinet priuilegiũ clericale. sic intelligo. š. de vita & ho. cle. c. clericus & maximè si beneficiũ retinet, cui⁹ gratia tõsurã seruare teneẽ, vt in ꝑdicta decre. Ioan. Nã talis sub ecclesiastica regula est tenẽd⁹, vt 32. dis. c. si qs vero 12. q. 1. c. qa tua. Vel põt dici, ꝙ illa decreta. Ioan. nõ loqtur in priuilegio ipsius canonis. si qs suadente; illud. n. retinetur, eo ꝙ non tm̃ in fauorem clericorum inductum est, sed in odium laicorũ, vt ĩ. de sen. ex. c. cõtingit. sed loquitur in priuilegio, qđ clerici hñt in angarijs, vt 16. q. 1. §. nouarũ cũ. c. sequen. illud retinẽt clerici vxorati, & maximè si nõ seruãt tõsurã ꝗ̃ dpositã si resumpserit, priuilegiũ nõ resumũt, vt ĩ. eo. c. ex parte.

SVMMARIVM.

1 *Residere quid sit, & qualiter clericus debeat residere nu. 2.*
2 *Pœna non residentis quæ sit.*

¶DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS. Rubrica.

Dictũ est. š. de clericis qui priuantur à beneficijs propter consortia mulierum, hic aũt tractatur de his qui à beneficijs excluduntur, eo ꝙ non resident in ecclesijs, in quibus beneficiati existunt. & ideo subijcitur hic rubrica, de clericis nõ resi. in ec. vel præben. ¶Videamus igitur quid sit residere. Qualiter cleric⁹ debeat residere. Et quæ sit pœna non residentis. ¶Reside-
1 re † est deseruire, vt ĩ. eo. c. conquerente. parum enim est residere, nisi & residens curam ecclesiæ habeat, in qua beneficium habet vel personatum, vt ĩ. e.
2 c. quia nonnulli. ¶Debet aũt † quis residere per seipsum, non per vicariũ, vt ĩ. eo. c. qm. Per vicariũ. n. deseruire non licet, nisi in casibus quos no. š. de offi. vica. §. nunc videndum. ¶Aduersus non residentes sic iura procedunt. Si quis cã cupiditatis trãseat ad aliã ecclesiã, quã ambit, priuari debet vtraque, habita, & ambita. vt 7. q. 1. c. si quis epus, š. de trãsla. ꝑla. c. pe. & vl. nisi ecclesia velit cũ repetere. vt 7. q. 1. c. non oportet. ¶Si aũt cã vtilitatis puta ad ecclesiã maiorẽ & cũ lnĩa ꝑlati sui trãseat, cũ corporalẽ possessionẽ ecclesiæ secũdæ tenuerit, & tps ꝑterijt, ĩ. qđ omnia pagi possint, quę pertinẽt ad plenã acqsitionẽ secundæ ecclesiæ, tũc primũ beneficiũ qđ ha-

buit, potuit alteri liberè conferri.vt ṡ. de elec.c.cùm in cunctis.§.cùm verò. Sed si causa necessitatis, puta pp persecutionē,tūc cessante persecutione redibit ad suam ecclesiā.vt 7.q.1.c.pastoralis. Sed si causa humilitatis,puta si ad religionē transeat, de iure non redibit ad primam.vt 7.q.1.c.hic nequaquā.ṡ.
3 de renunc.c.post translationē. ¶ † Vbi aūt leuitatis causa quis deserit suam ecclesiā,puta vagatur per mundū, tunc si habeat primā ecclesiā pro derelicta, vt quia recipit aliam,vt j.de præben.c.de multa.j.de conces.pben.vel ec.nō va.c. literas & c.cùm nostris.vel ducit vxorē. vt ṡ.tit.proxi.c.diuersis fallacis.vel miles seu ioculator efficitur,tūc quia vitā assumit primę professioni contrariā. vt C.de mune.patrimo.l.pfessio.libr. 10.poterit eius ecclesia vel præbēda alteri conferri.Sed si non habeat ecclesiā pro derelicta trinæ citationis edictū in absentis ecclesia publicetur,& si nec sic curraverit obedire, & vltra sex menses ecclesiā suam deseruerit, poterit ea priuari, & nihilominus suspendi & excommunicari,non tñ degradari.vt j.eod.c. ex tuæ. Quod intelligo cū nescitur vbi sit,& sic non pōt ad eum citatio peruenire. Alioquin monendus est absens, nec aliter posset de iure priuari. vt j. codem.c.ex parte.& c.qualiter.& c.vltimo.at ipsius reditum congruo tempore per superioris arbitrium moderādo. vt j.eodem.c.inter quatuor. Tñ in hoc diuersa inuenio à iure tempora cōstituta;inuenio enim duos menses,vt 7.q.c. præsentium. Tres septimanas.vt 7.q6. 1.c.si quis in clero. Annum,vt in Auth. de sanctis. episcopis. §. interdicimus. Quatuor annos,vt j.co.tit.c.qualiter. quinq; an.vt j.co.cap.ex gestis. Moderabitur autem superior secundum locorum distantiam, personarum absentiā, & negociorum qualitatem, vt ṡ.de lite non contest.c.qm. & ṡ.de appel.c.cum sit Romana. Si quis autem licentiatus a suo episcopo ad certum tēpus vltra tempus absfuerit,statim post tēpus priuari poterit, nisi ex iusta causa post tempus impediretur. vt 7.q.1.c.præsentium.vbi enim dies apponitur,pro homine interpellat,vt C.de contrahen.& commit.sti.l.optimam.j.de loc.& conduc.cap.potuit.C.de iure emphi.l.pe. ¶In summa no.est, q residere intelliguntur quidam,qui in veritate non resident,vt is qui extra ecclesiā pcurat vtilitatem ipsius,vt j.e.c.ex parte.Itē qui seruit episcopo ex ecclesiam, vt.j.e.c. ad audientiam. Item qui seruit Papæ, vt j.eo.c.cū dilectus. Itē qui studet in theologia.vt j.de magis.c.sup specula. §.docentes.Isti omnes fructus pbēdarū percipient præter victualia & quotidianas distributiones, quæ residētibus tantum debentur,vt j.eod.c.de cætero. infra tit.proxi.c.licet.& c.dilectus

SVMMARIVM.

1 *Præbenda quid sit & quid sit Canonia.*
2 *Præbenda cui sit conferenda.*
3 *Præbenda à quo conferri debeat.*
4 *Præbendæ quomodo sint conferendæ.*
5 *Præbenda infra quod tempus conferenda.*
6 *Episcopo negligēte, si ad eū spectat collatio deuoluitur ad capitulum ius cōferrendi.*
7 *Præbenda quando nomine beneficij contineatur.*
8 *Præbenda secunda recepta, an prima vacet ipso iure.*
9 *Beneficia duo curam habentia si quis habeat, an possit retinere quod malit.*
10 *Dispensare quis possit in pluralitate beneficiorum.*
11 *Cleric° recipiēs diuersa beneficia ā peccet.*
12 *Episcopus an peccet conferendo beneficiū scienter ei, qui aliàs beneficiatus existit.*
13 *Clerico beneficiato potest aliud in beneficium vel stipendium sine titulo conferri.*
14 *Episcopus ordinans clericum sine titulo vel præbenda, an ei prouidere teneatur.*
15 *Papa si alicui mandat conferri præbenda si quā vacat, & episcopus vel canonici ad quos spectat collatio, de mandato scientes alteri conferunt, an ille pro quo scriptum est ius in illa præbenda habeat.*

¶DE

¶DE PRAEBENDIS.
Rubrica.

TRactauimus.s.de vita & honestate clericorũ, nũc de rebus ad eos pertinentibus disseramus:& ideo subijcitur hic rub.de præben. ¶Videamus igitur quid sit pbenda.Cui cõferri debeat.A quo.Qualiter.Infra qđ tps. Et ad quẽ deuoluatur conferendi potestas, si is ad quẽ collatio pertinet,
1 in mora fuerit cõferẽdi.¶Prebẽda †est ius percipiendi prouẽtus in ecclesia cõpetens alicui tanq̃ vni de collegio, qđ ius ex canonia descendit; non.n.debet esse canonicus sine prebẽda, vt.j.eo.c. relatũ,& c.dilectus. Canonia verò est quoddã ius, quod ex electione & receptione in canonicum & in fratrem oritur, vel de nouo creatur, vbi certus canonicorum numerus non habetur.vt j.eo.c.dilecto.§.procurator.vers.præterea. Oritur inquã,vel creatur in loco, in capitulo, & in alijs quorum cõis est vsus.vt j.eo.c.relatum. & c.pro illorũ. & in prebendæ petitione,vt superius di
2 ctum est.¶Est aũt † conferenda prebenda idoneæ personæ, quæ resideat in loco, & curam eius per se valeat exercere. vt s.titul.proxi.c.relatum. ¶†Con
10 pam. vt ff. eo. l. quæsitũ. §. & illud. † Sed cõmadatarius tenetur de leui & leuissima. ut j. tit. proxi. c. vno. Et est ratio diuersitatis illa, quam iam præmisi; quia cõmodatarius maiorem vtilitatẽ consequitur de re commodata, q̃ precarij rogator de re precaria. & ideo magis tenetur, quod per se notare põt q libet curiosus. nam fere vbicunq; sit mentio de cõmodato subijcitur vsus ad quẽ cõmodatur, vt cùm dicitũ cõmodaui tibi equum vt ad villã duceres, pecuniã vt ditior appareres. vt. ff. cõmodat. l. 3. §. vl. & l. 4. & l. si vt. §. sed interdictum. & l. vl. sic dicitur, cõmodaui scalas vt fenestris supponeres. vt Instit. de ob. q̃ ex de
11 li. nas. §. ope & consilio. ¶ † Soluitũ precarium quinq; modis, quamuis decr. j. eo. ponat tres. Soluitur enim contraria voluntate eius qui concessit. vt. ff. c. l. 1. & hic est primus casus siue modus. Secũdus, scilicet morte eius cui cõcessum ẽ. non autẽ obitu concedentis. vt. ff. c. l. cũ precario. §. precarij. Et est rõ, quia precarij cõcessio trãsit ad hæredẽ eius qui concessit, non aũt ad hæredem eius qui rogauit vt in l. prædicta. Tertius alienatione rei precariæ, si is cui alienatũ est, nolit precariũ vltra durare. vt. ff. c. l. q̃situm. §. quod à Ticio. Et est rõ, quia p conuen-

conuentionem huiusmodi nō licet rem alienam innito dn̄o possideri. vt.ff.e.l. cum precario 1.R.Quartus,finito tempore vsq; ad quod precarium est obtentum. vt in l.cum precario. Quintus, cū debitor soluit creditori qđ debet: tunc enim finitur precariū pignoris, quia de
12 finit eē pignus vt.ff.e.l.si debitor.†Sed quæritur, per quam actionē possit quis precarium reuocare? Ad quod rn̄deo, per interdictum de precario; est.n.natura æquum,vt tā diu liberalitate ea vtaris quādiu velim,& vt possim reuocare cū mutauero voluntatē.vt.ff.eo.tit.l.2. Sed hoc verū est cū simpliciter facta est pcarij concessio. Nā tūc nulla ciuilis cōpetit actio. Magis enim ad donationē & beneficij causam, q̄ ad negocij cōtracti spectat precarij conditio. & ideo necessarium est interdictum. Si verò in cōcessione precarij specialiter actū est, vt quandocunq; liceat reuocare,tūc competit & actio præscriptis verbis.vt.ff.e. l.2. Cæterum si stipulatio interuenit, cessat interdictū de precario.vt.ff.eod. tit.l.& habet.§.cum quis.

SVMMARIVM.

1 *Commodatum quid sit.*
2 *Commodatum unde dicitur.*
3 *Commodatum in quibus rebus consistat.*
4 *Commodare quis & cui possit.*
5 *Res quæ commodari possunt.*
6 *Commodati quæ sit natura.*
7 *Actiones quæ ex contractu cōmodati oriātur; & quæ veniant in actione directa cōmodati, & quæ in contraria, & quibus, et in quos dentur. & nu.8.9.&.10.*
9 *Contractus ex conuentione legē accipiunt.*

¶DE COMMODATO. Rub.

TRactatum est supra de cōtractu pcarij,qui fit gratia accipientis; & qa commodatū fit plerūq; gratia recipientis,ideo subsequēter subijcitur hic rub.de cōmodato.¶Videam⁹ igitur quid sit commodatū. Vn̄ dicatur. In qbus rebus consistat. Quis possit cōmodare res. Et cui. Et q̄ sit natura commodati. Et quæ actiones oriātur ex contra
1 ctu commodati.¶Commodatū †est alicuius rei ad aliquē specialē vsū gratuito facta concessio. Ideo autē dico concessio,& non trāslatio; quia qui cōmodat, retinet dn̄ium & possessionē.ff.co. ti.l.rei commodatæ.Gratuito, ideo dixi; quia si interueniētē mercede res trāsit in locationē vel in contractum innominatū,vt do vt facias.vt Instit.man.§. vl. Ad aliquē specialē usum,ideo adieci,vt notem differentiam inter commodatū & precarium, vt dixi de hoc ŝ.tit. proxi.§. Item precariū & commodatū.
2 ¶Dicitur autē†commodatū, quasi com
3 modo vtētis datum.¶ †Consistit cōmodatum in rebus mobilibus,& se mouētibus,& in immobilibus.Itē in incorporalibus,puta in seruitute habitādi.vt.ff.e. l.1.Ea uero quæ vsu cōsumunt, vt pecunia commodari non pn̄t, nisi ad pompā vel ostētationē,vt quis ditior videatur vt.ff.eod.l.sed mihi.§.vl.sępe et ad hoc cōmodantur pecunię,vt ditis gratia numerationis loco intercedāt. vt.ff.e.l.4.
4 Potest autem† commodare & ei cōmodari qui pōt contrahere,vnde non solū filius pōt cōmodare & ei commodari,sed & œconomus;nā & is contrahere pōt,vt 10.q.2.c. hoc ius porrectū.¶Pos
5 sumus commodare† q̄ nostra sunt, possumus et & res alienas quas possidem⁹,& si sciētes aliena possidem⁹. ita vt si fur, vel pdo cōmodauerit, habeat actionē cōmodati.vt.ff.e.l.commodare. & l.ita
6 vt si fur.¶†Natura commodati ē,vt res ipsa restituatur;hoc.n.est de iure naturali.vt.50.d.c.ius naturale.in ver.item depositi vel commodatę rei restitutio. Nec potest ptextu debiti retineri vt.C. eo.ti.l.vl.Oriuntur ex† contractu com
7 modati duæ actiones, directa. & cōtraria.Directa daī cōmodāti,& ei⁹ hęredi. cōtra cōmodatariū & hęredē ei⁹.Cōtraria daī cōmodatario & ei⁹ hęredi cōtra cōmodantē & hæredes ipsius,vt.ff.co.l. in cōmodato.§.1.de ac. & obl.l.ex dpo

siti & l.ex cōtractibus,& Inst.de perpe.
& tem.ac.§.sed & hæredibus.Venit aūt
in directā actionē cōmodati & restitu-
tio.vt dixi s̄.§.natura.Rei inquā nō de-
terioratæ,nec enim videtur res reddita
si deterior reddatur, & præstabitur in-
teresse.vt.ff.eod.l.sed mihi.§.1.Si verò
res non restituatur p contumaciā,iurat̄
in litē contra contumacē.Si aūt nō fue-
rit cōtumax, sed culpa cessat restituere
rē, æstimatur quanti res sit à tpe moræ
vsq; ad sñiam.Sed ī stricti iuris iudicijs
æstimantur à tempore moræ vsq, ad tē
pus cōtestatæ litis.vt.ff.eo.l.sed mihi.l.
in hac.Itē venit in hac actione dolus,la
ta culpa, leuis,& leuissima, vt hic,&.ff.
eo.t.l.si vt certo.§.commodatū.Et hoc
cū gr̄a accipiēs fit commodatum, quod
frequentius cōtingit.Cęterum si gratia
dātis quod rarò fit,verbi gratia cū quis
commodat sponsæ suæ ornamēta vt or
nata vel ornatior ad eum ducatur,tunc
pstatur dolus, & lata culpa.vt.ff.eo.l.si
vt certo.§.sed ītérdū. Si verò gr̄a vtriusque
quę cōmodatum fiat,vt cùm communē
amicum inuitamus,& tu curam eius rei
suscepisti , ego tibi argentum cōmoda-
ui,teneris mihi de dolo,culpa lata,leui
non leuissima. vt. ff.eod.l. in rebus.§.1.
8 ¶ Casus † autem fortuitus non venit in
hanc actionem,vt hic,&.ff.eodem titu.
l.in rebus.in prin. nisi in tribus casibus,
qui hic ponuntur,scilicet ubi culpa pce
dit pactum,vt cùm equum tibi cōmoda
ui vt ad villā duceres, duxisti ad bellū ,
teneris de casu.Cęterum si tibi commo
daui,vt ad bellum duceres, meū erit pe
riculum,vt.ff.eod.tit.l.si vt certæ.§.sed
interdum. Item commodaui tibi seruū
vt de plano opus faceret , tu machinæ
imposuisti;vel si commodaui vt in ma-
china operaretur , machina verò culpa
tua malè ligata est , & sic perijt seruus,
vt in l.pdicta.In pacto pone exemplum
9 ff.co.ti.l.si vt certę.§.2. †contractus.n.
q̄ conuentione legem accipiūt.vt.ff.de
positi.l.1.§.si cōueniat.Pone etiam exē-
plum.C.eo.t.l.1. Item imputatur casus.
ex mora præcedēte. vt.ff.e.l.si vt certo.

10 §.sed interdum. ¶Contraria † verò da
commodatario aduersus commodantē
ad impensas factas in re cōmodata,mo
dica tamen impēdia, sicut cibariorum,
ad eum pertinet, qui utendū acceperit.
Item datur commodatario aduersus cō
modantē , qui scienter cōmodauit vasa
vitiosa seu corrupta , pp quod vinū vel
oleū est effusum,vt.ff.eo.ti.l.in rebus.§.
possunt &.§.item qui sciēs & l.pe. Item
cōtra eū qui intēpestiuè reuocat māda
tum vt.ff.co.t.l.in cōmodato.Itē dat̄ &
in alijs casibus,vt.ff.co.l.rē mihi,& l.in
commodato.§.pe.& §.quicunque.

SVMMARIVM.

1 Depositum quid sit.
2 Depositum unde dicitur.
3 Depositum in quibus rebus consistat.
4 Depositum qualiter fiat.
5 Depositi quæ sit natura.
6 Depositum quando repetatur.
7 Actio depositi, qualis sit.
8 Actio depositi cui detur & nu.9.
9 Actio depositi an detur furi et prædoni deponenti.
10 Actio depositi contra quem detur.
11 Dolus uenit ī actione depositi,et lata culpa.
12 Lata culpa qualiter præsumatur.
13 Depositarius an teneatur de casu fortuito.
14 Damnatus ex actione depositi an sit infamis.Actiones quæ infament.

¶DE DEPOSITO. Rub.

DIximus supra de cōmodato, qđ
frequētius fit gratia recipiētis,
nunc videamus de deposito,qđ
generaliter fit gratia đponētis.¶Videa
mus igitur quid sit depositū. Vnde dica
tur.In quibus rebus cōsistit. Quæ sit na
tura depositi.Cui det̄ actio đpositi.Cō
tra quē.qñ,& in q̄tū,& qualis sit actio.
1 ¶Est † autē depositū qđ ad custodiēdū
alicui traditū est.Cōtrahitur.n. re obli
gatio in deposito.ut inst.qb.mo.re con
trahit̄ ob. §.pe. Rei verò depositæ sicut
& cōmodatæ, & possessionē & pprieta
tem

tē retinemus vt ff.e.l.licet.§.rei. Quāq; tñ rei depositæ dominiū trāsit in depositariū,qđ est contra nouissimos terminos depositi,& tñ depositi agitur; vt cū depono apud te quod est in numero, pondere,vel mensura,& cōuenio, vt illud idē reddat̄ mihi,uel tātūdē in eodē genere.qđ obtinet siue ī id expresse cōueniā,siue tacitè videar cōuenire, vt cū prædicta,vel aliquid ex prædictis depono,nō signata,nō clausa; nā signata vel clausa,videor ꝓhibere ne vtaris eis,nisi in contrariū agatur,vt ff.eo.l.Lucius.& l.die.§.qui pecuniā.& l. quintus. ¶Est
2 autem † dictū depositū quasi deorsum positum, deorsum in quā à ponēte positū, vt ostēdatur totū fidei ei⁹ cōmissum apud quē ponit̄, qđ ad custodiā rei pertinet, & oīno videat̄ separata custodia a deponente.Et ideo dr̄ ꝙ ꝓpositio, de, auget depositū vt ff.eo.tit.l.1. in princ. Et ex his verbis diffinitionis dixerūt qdā, ꝙ vbiq; habet locū actio depositi & mandati,co ꝙ super custodia mandat̄. ar.pro eis ff.e.tit.l.1.§.ꝙ si rē. Alij etiā distingūt utrū in ipsa rei depositione custodia cōmittat̄, vt tunc nō agat̄ mādati,sed depositi tm̄. An ante,& tūc posset agi & mandati propter omissam custodiā, & depositi ꝑ factā depositionem. Sed Azo sicut in summa sua notauit,dixit indistinctè agi depositi tm̄. Et rñdet ad l.inductā. ꝙ ibi præcesserat contractus mandati, cuius forma & initiū
3 est seruādū.¶Consistit † depositū in rebus mobilibus,& se mouentibus. Causaliter autē deponitur res immobilis, cùm res in quæstione posita sequestrat̄. Et de sequestrationis natura non noto
4 hic,qa notaui ṡ.de suo tractatu. ¶†Solet depositum fieri per chirographum, vel cum chirographo. Hmōi uerò chirographū solet diuidi, una pars depositario,alia remanet deponēti, vt ex iunctura partiū ꝓbatio fiat. Sed hæc ꝓbatio nec iuris est,nec de iure, quia priuatæ personæ nō creditur, nisi habeat subscriptionē triū testium fide dignorū. vt C.qui potio.in pig. ha.l. scripturas, &
5 in Auth.de fide instr.§.1. ¶†Natura depositi est ut res deposita reddatur; hoc enim de iure naturali procedit,ut dixi in cōmodato,ut 1.distinct.c.ius naturale.in uer.itē depositæ. Reddatur inquā deponenti. Quod fallit in quatuor casibus.Primus est,cùm quis gladiū deponit, & furens repetit.22.q.2.c.ne quis. Secūdus,cùm deponens fuerit deportatus. nàm bona eius in publicū deferuntur. Tertius,cùm fur deponit & repetit,si repetitio ueri dñi cum furis repetitione cōcurrit. Quartus,cùm fur rem furtiuā deponit apud illum à quo surripuit ut ff.depositi.l.bona fides. ¶Sed si res ecclesiæ comēdetur,seu apud ecclesiā deponatur,quod fieri vr̄, cùm in thesaurariam uel sacristiam infertur, nec uidetur esse dicendum ꝙ ecclesia teneatur,sicut tenetur nauta & caupo de rebus inuectis & illatis,ut ff.nau.cau.sta. l.parui refert.§.recipit.C.de his qui latro. occul.l.1. & ff. furti aduer. na.l.1. Quod tñ non intelligo fore uerum,nisi pñte ꝑlato & capitulo deponatur;aliàs nō ecclesia,sed persona quæ depositum recipit,obligatur.sic intelligo ī.eo.c.1.
6 Depositum † repetitur quandocunq;, etiam si eo pacto depositum fuerit, ut demum post mortem depositarij repetatur,poterit.n.deponēs mutata uoluntate repetere.ut ff.e.l.1.§.ul. Nisi apud sequestrum res deposita fuerit, quæ nō poterit repeti, nisi lege sequestrationis impleta. ut dixi.ṡ.in sum.de sequestra. Item in repetitione depositi compensatio,uel deductio, locum non habet. ut ī.eod.c.2.§.sanè.nec exceptio ut C.eo. l.pe. nec propter expensas retentio,licèt quidā contrarium dixerunt,per l.si q̄s rem.ff.de acqu.pos.ff.de furtis.l.si is qui rem. sed leges illæ in commodato
7 loquuntur.¶Hæc actio†bonæ fidei est, ut Insti.de actionibus.§.actionū. Item famosa,in tantum ut hæres suo nomine damnatus infamis fiat. ut ff.de his qui not.infa.l.furti.§.illud. & C.eo.tit.l.q.
8 depositū. ¶†Datur ei actio hæc qui deposuit.sed hoc fallit in casibus,quos notaui

tani.§.eod.§.natura.Item datur domino vel dominis deponentis,nā si seruus deponens pluriū erat,vnicuiq; dominorum in partes cōpetit actio.vt ff.eo.ti. l.1.§.si seruus meus,& §.si seruus.& §.si
9 duorū.†Datur hæc actio etiam furi & prædoni deponenti nō obstante suo delicto,agunt enim ex suo cōtractu. vt ff. eo.l.si prædo. Sed furti agere non pōt, ne ex improbitate sua consequat̃ actio
10 nem. vt ff.de fur.l.itaq; fullo.† Datur hæc actio contra eū apud quē depositū est, vel cōtra hæredē depositarij ex dolo defuncti,& multo magis ex suo.vt ff.
11 đ ac.& ob.l.ex đposito. ¶†Venit in hāc actionem dolus;etsi cōueniat ne de dolo agatur. vt ff.eo.l.1.§. si conueniat. Venit & lata culpa, quam Nerua dicit esse dolū,quod sic exponitur, idest præsumi dolum.vt ff.eo.tit.l.quod Nerua. ff.mandati.l.si fideiussor.1.R. Comparatur.n.dolo. vt ff.si mēs.fal.mo.dix.l. 1.§.lata.& est ꝓxima dolo. vt ff.si quis test. lib.esse iuss.l.1.§. non autem.ff.de
12 verb.sig.l.magna. †Qualiter autē lata culpa præsumatur dolus, sic pone exēplum,vt cùm quis non intelligit, quod omnes intelligunt. vt ff.de verb.sig.l.latæ culpæ, vt si apud sequestrum deponatur homo vinctus,vt de eo qđ habeatur, & sequester intēpestiuè misericordiam exercet circa eū ipsum dissoluendo,vt.ff.eo.tit.l.si hominē. Quod ergo dicitur.ī.eo.c.2.bona fides abesse præsumitur expone idest dolus adesse præsumitur, si rebus tuis saluis depositas amisisti.in quo pone exēplū sic,propria reposuisti in archa, deposita reliquisti in banca, venit leuis & leuissima si te deposito obtulisti. vt dicit hic.& ff.eo. tit.l.1.§.sæpe. In leui.sic pone exēplū, deposita in arca deposuisti,sed archam dimisisti apertā.In leuissima sic, deposita reposuisti in archa & clausisti, sed clauē incautè dimisisti. Itē venit leuis & leuissima, si aliquid pro custodia recepisti; sed tunc non veniet per hanc actionem,sed per actionē ex conducto, si pecuniam accepisti. vt ff.eo.l.1.§.si quis seruum, si speciem vel operas per actionē præscriptis verbis. vt ibi,& Insti.mandati.§.vlti.Item venit per hanc actionem casus fortuitus pacto, culpa, vel mora,præcedētibus.vt hic de pacto probatur, & ff.eod.tit.l.1.§.sæpe.contractus enim ex conuentione legē accipiunt.vt ff.eo tit.l.1.§.si cōuenerit.sed tunc necessarium est omnes casus enumerari. vt ff.si quis cau.l.sed & si quis. §.quæsitum.In culpa sic pone exemplū, depositarius vendit rem depositā & tradit, demum eam redimit vt habeat in causam depositi, sed redemptam nō habet in eam causam, tenetur de casu fortuito, cùm semel dolo fecerit cum venderet,vt ff.eo.l.1.§.si rem.Sed si pœnitentia ductus reclinat, & in primo statu habeat,purgatur vitium.vt ff.de vsu cap.l.sequitur Labeo ait.Item si depositarius sit in mora rei restituendæ,tenetur de casu fortuitu. Dixerunt tñ quidam,si erat res eo modo peritura apud deponentē,aliàs secus. vt.ff.eo.l.si plu-
13 res.§.scire.† Sed dominus Azo dixit in summa depositarium & quemlibet debitorem teneri de casu fortuito ex mora, quia satis est ꝙ res potuit non perire penes actorem.ff.eod.tit.l.si in alio.§.vlti.ff.de leg.primo.l.cum res.§. vltimo. ¶Sunt & alij casus, in quibus tenetur depositarius de casu, si gratia sui fiat depositum, vt ff.si cert.petatur. l.si quis nec causam. Item si dolum committat, & non in alienando, sed in vtendo,vt ff.de condi.fur.l.qui furtum.
14 ¶† Damnatus in hac actione infamis efficitur.Quatuor enim actiones ex cōtractibus descendentes, & quatuor ex delictis infamant, vt mandati,depositi,tutelæ,& pro socio. Iniuriam vi bo. rap. furti, doli, vt probatur.ff.de his qui not.ī.l.furtis.§.mandati. &.§§.sequentibus.& l.1.Vnde ver. Iudice damnatos infames reddit vbiq;. Quod vi diripitur,iniuria,furti,dolique. Actio mandati, tutelæ, depositiq;. Directo sed pro socio communis vtrique.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Emptio qualiter & quando contrahatur.*
2 *Arrharum datio quid operetur.*
3 *Emi & vendi quæ res possint.*
4 *Emptionis quæ sit natura.*
5 *Venditor tenetur ita q. emptor habeat vacuam possessionem.*
6 *Res vendita an possit manu militari ab inuito venditore extorqueri.*
7 *Res iusto pondere & mensura vendi debet.*
8 *Falsis ponderibus & mensuris qui vtitur, qualiter puniendus.*
9 *Emptor cogitur facere nūmos venditoris. Venditor an teneatur solum de euictione.*
10 *Cōtractus emptionis & venditionis, in quo quis decipitur, an teneat.*
11 *Emptor an et quando re euicta agas de euictione, & nu.12.*

¶DE EMPTIONE ET venditione. Rubr.

Diximus de cōtractibus, qui celebrant̄ gratia alterius cōtrahentium. Nunc videndum est de his qui fiunt gratia vtriusq;. Et primo de venditione & emptio. Ideo subijcitur hic rubrica de empt. & vēditio. ¶Videamus igitur quando & qualiter contrahatur. De quibus rebus. Quę sit eius natura. Ad quid emptor, ad quid venditor teneatur.
1 ¶Contrahitur † emptio postquam de pretio cōuenitur, ea mente vt pretium soluatur. Nam si imaginariè & per simulationē de pretio conueniret, tūc emptio nulla esset. ¶Cōtrahitur aūt solo consensu siue inter præsentes siue inter absentes p nunciū, vel epistolā, vt probātur hæc. Insti.e.ti.in prin. ff.e.ti.l.1.§.vl.& l.2.§.1.& l.cū in uenditione & l.nuda.
2 ¶Arrhæ † aūt datio non perficit emptionē, sed est argm̄ emptionis & venditionis cōtractæ, vt ff.e.l.q sæpe in pr. Arrhis aūt interuenientib', si quidem steterit per dantē quo minus contractus pficiatur, perdit id q dedit; si verò steterit per accipiētē, hoc est per uenditorē, duplū restituere tenetur. vt Insti.co.tit.§.in his aūt. Nec puto venditorē teneri ad interesse, cūm satis sit cū puniri in arrhis. Nam hoc inter contrahentes agi videtur, vt arrharū amissione, & dupli actione debeant esse contenti. Quidā tñ putauerunt venditorē nihilominus ad interesse teneri. Arrha tñ cōputabitur ad interesse. Et quod dixi de pretio cōuenire debere, intelligendū est in quantitate, non in specie. Si.n. emptor sic dicat, dabo pretiū quod est in sacculo, tunc non est emptio nec venditio sed contractus innominatus vt ff. de condi.ob causam da.l.vl.& C.e.tit. l.empti. Insti.eo.tit.§.itē pretiū. Quantitate aūt intellige certa, vel sermone, vel re ipsa; vt si dicatur sit empta, q̄ti emeris, vel q̄ti est in archa. vt ff.eo.ti.l. hæc venditio.§.hmōi. Secus si dixerit, sit empta pro eo quod in archa habeo, tunc.n.quod in archa est, venit vt species, non vt quātitas. vt ff.de leg.1.l.planè.§.1.& l.sed & si certos.
3 ¶† Vendi & emi potest omne id quod habet cōmerciū. Sunt.n.quædā, quæ in commerciū non veniunt. vt liber hō, res sacra, & religiosa. vt ff.eo.tit.l.si in emptione.§.1. & §.liberum.ff.de ver.obli.l.inter stipulantē.§.sacrā. Res tñ sacræ & religiosæ transeunt cū vniuersitate, cū vniuersitas in profanis consistit. vt j.de iurepatr.c. ex literis. nam tunc sacræ accedunt emptioni maioris partis, vt ff. co.tit.l.in modicis.
4 ¶† Natura emptionis est, vt res sit quæ vendatur, vt pretium intercedat vt ff.co.l.2.§.fine & l.nec emptio. Itē natura eius est, vt rei emptæ lucrum & damnū pertineat ad emptorē. vt In sti.co.ti.§.cū aūt.ff.de pericu. & cōmo. rei vend.l.id quod. Vñ pponitur regula talis. Si vēditio fiat purè sine scriptis certæ speciei, q̄ degustationē nō exigit, omne periculū spectat ad emptorē, excepto casu publicatiōis, nisi pactū, culpa, vel mora interueniat. Purè ideo dicit, qa sine cōditionalis esset, vēditio ante euentū cōditionis pertinet ad vēditorē vt in illa.l.id qd. Ideo aūt sine scriptis, quia si in scriptis fiat, periculū spectat ad vendi-

ad venditorem, antequã scriptura perficiatur vt C. de fide instru. l. contractus. Certe speciei, ideo q̃a si sub alternatione fiat emptio diuersarũ rerũ, periculũ primò pertinet ad venditorẽ. vt ff. eod. titul. l. si in emptione. §. si emptio. Quæ degustationem non exigit, ideo dicitur q̃a in illis ante degustationes pertinet periculum ad venditorem. vt ff. de peri cu. & commo. rei ven. l. si vna. Item periculũ publicationis pertinet ad vendito
5 rem. ff. loca. & conduc. l. si fundũ. † ¶Tenetur venditor rẽ tradere, ita quod emptor habeat vacuã possessionẽ. Vacuã aũt possessionem habere, hoc est, vt emptor potior sit, ita q̃ ab eo auocari nõ possit; nã si quis eã auocauerit, perinde est ac si tradita nõ fuisset. ¶Quid enim si alius sit in possessione eiusdẽ rei causa rei seruãdæ, vel legatorũ, vel mulier causa ventris. Tunc vacua possessio nõ est tradita. vt ff. de act. emp. & vẽdi. l. 1. §. 1. & l. 3. & l. emptio. R. 1. & l. emptorem. §. inde Neratius. Hęc aũt traditio facit emptorẽ dominũ, si venditor dominus erat; si non erat, obligatur nomine euictionis. Si mõ pretium sit solutũ, aut eo nomine satisfactum, vt ff. de act. empt. l. excepto. si venditor nolit rẽ tradere, tenetur ad interesse, vt ff. de emp.
6 & vendi. l. 1. † Sed nũquid manu militari poterit ab inuito vẽditore res vendita extorqueri? Quod visum est domino Mar. per l. qui restituere iussus. ff. de rei vendic. Sed Azo contra per l. si traditã. C. de act. emp. & vẽdi. ff. eo. ti.
7 l. emptio. §. idẽ ait. ¶† Vendi aũt debẽt res iusto põdere, & mensura. vt ĩ. eo. c. 2. 22. q. 3. c. si quis romipetas. 45. distin.
8 c. omnis qui. † Et si quis in falsis mensuris, vel ponderib⁹ fuerit interceptus, extra ordinem puniẽ. vt ff. de extraor. crimi. l. annona. & ff. de pœ. l. in dardarios.
9 ¶Emptor aũt † cogitur nummos facere venditoris, vt de act. emp. & vendi. l. ex empto. R. 1. in fi. & est diuersitatis rõ, quia venditor tenetur in specie, & ideo sufficit eũ de euictione teneri; emptor vero in gñe, & propterea cogitur nummos facere vẽditoris. arg. ad hoc. ff. de lega. 1. l. si à substituto. §. hæres, quoq;.
10 ¶In summa notandũ † est, q̃ si ecclesia decipiat in cõtractu emptionis & vẽditionis, aliqñ non tenet contractus ipso iure; aliqñ tenet d' iure, sed rescinditur beneficio cõi; aliqñ agitur ad decipiendum in pretio; aliqñ subuenitur ecclesiæ vel minori per integrum restitutionem. ¶Vnde distinguẽdum est, cùm dolus dat causam cõtractui; puta dolo te induxi, vt vẽderes, quod venditurus nõ eras, non tenet contractus. vt ff. de dolo l. eleganter. arg. 12. q. 2. c. quisquis episcopus in fĩ. de rerum permu. c. cũ vniuersorũ. Si verò incidat in cõtractũ. vt quia eras venditurus, sed per circõuentionẽ te induxi vt minori pretio venderes, tenet quidẽ contractus, sed agitur ad decipiẽdũ. vt ff. de act. emp. & ven. l. Iulianus. §. si venditor. Vbi verò nec dolus dat causam cõtractui, nec incidit in cõtractũ, sed res vendita est minori pretio nec te in pretio circõueni, quamuis re ipsa sis deceptus in pretio, ad nullũ agere potes, nisi pretium. ĩ. dimidiã iusti pretij subsistat, tunc. n. obtinet quod legi. & no. ĩ. eod. c. cum dilectus. & c. cũ causam. & C. de rescin. vend. l. rem maioris, nisi sit ecclesia vel minor. 25. annis, quibus subuenitur per in integrũ restitutionem. Et hæc locũ habent in contractibus bonæ fidei; nã in contractibus stricti iuris, et si dolus det causam contractui, tenet contractus, sed excipitur contra agentẽ. vt ff. de verb. ob. l. si quis cũ aliter. C. de pactis. l. cũ postea quã. Et no. q̃ in cõtractibus bonę fidei, si dolus det causam contractui, non per contrahentes, sed per mediã personã idest per mediatorẽ, nõ tenet contractus. vt ff. de dolo. l. & eleganter. §. 1. In quolibet aũt cõtractu exigitur bona fides. vt C. de actio. & obliga. l. bonã. ¶Et nota, q̃ non tenet contractus, & tñ ex eo exigiẽ. vt ff. de ac. emp. & ven. l. Iulianus. §.
11 si quis colludente. † Item re uendita euicta agit emptor de euictione, quod fallit in multis casibus. si emptor sup re

vendita

vendita impetitus nõ nũciauit vendito ri, vel si abfuit tẽpore sententiæ, vel per iniuriam cõtra eum sententia lata fuerit. vt j. eod. c. vltimo. vel si non tempestiuè enunciet, sed iam propè sentẽtiã. vt ff. de euic. l. si rẽ quam. §. vlti. nisi con tractu remissa sit necessitas nũciandi. vt ff. de euic. l. Herennius. vel vbi nõ potuit nunciari. vt C. de euic. l. antepenul.

12 ¶Sunt & † alij casus, in quibus emptor nõ agit de euictione, si compromisit, & sententiam contrariã reportauit. vt ff. de euic. l. si dictũ. §. si cõpromisso. Itẽ si culpa sua possessionem amisit. vt ff. de euic. l. si rẽ q. §. si duple. Itẽ si habuit rẽ pro derelicto. vt ff. de euic. l. vl. Itẽ si seruum emptũ manumiserit. ff. de euic. l. si seruũ. Item si ancillam emptam prostituat. vt ff. de euict. l. si mancipiũ. Itẽ si emptor vsucepit rem emptam, vt ff. de euic. l. rem alienã. Item si venditore ab sente emptor condemnatus nõ appellauerit. vt ff. de euict. l. Herennius. §. 1. ff. mandati. l. si procuratorem. §. si ignorantes.

SVMMARIVM.

1 *Locatio quid sit.*
2 *Locator qui dicatur.*
3 *Locatio et conductio qualiter contrahitur.*
4 *Locari militibus prædia non possunt, & quando monachis.*
5 *Locatio potest fieri in perpetuum et ad tempus.*
6 *Conductore mortuo infra tempus conductionis, eius hæres in iure conductionis succedit.*
7 *Locari quæ possint, & quæ non.*
8 *Actiones quæ nascantur ex contractu locationis & conductionis.*
9 *Merces & pensio locationis quo tempore sit soluenda.*
10 *Inquilinus in quibus casibus possit expelli.*
11 *Inquilinus quando possit domum deserere.*
12 *Remissio quando fiat in contractu locationis. & nu. 14.*
13 *Sterilitas quando esse dicatur.*

¶DE LOCATO ET CONducto. Rubrica.

AVdiuimus de cõtractu emptionis & uẽditionis, sed quia contractus locati & conducti nimiam cũ ipso habet similitudinẽ, in tñ q in quibusdam casibus inquiri soleat, vtrũ sit locatio an venditio. vt ff. eo. l. 1. & 2. ideo post tractatũ de emptione & venditione subijcitur iste de locato & cõducto, tanquam familiaris, similis, & affinis. ¶Videamus igitur quid sit locatio & conductio. Quis dicatur locator. Qualiter cõtrahitur. Et in quib⁹ rebus. Et quæ actiones ex locato & cõducto nascantur.

1 ¶Locatio † est personæ vel rei ad vsum facta concessio mercede in pecunia numerãda cõuenta. Alioquin si de alia re dãda, faciẽdave cõuenerit, nõ erit locatio, sed contractus innominatus, & agetur pscriptis verbis. vt ff. cõi diuidun. l. si cõuenerit. & ff. de posi. l. 1. §. si quis seruũ. ¶Locator dici-

2 tur† qui re sua aliũ vti permittit mercede sibi conuenta, vt cũ loco tibi domũ meã ad inhabitãdũ; locator ego dicor, & tu cõductor. vt j. eo. c. propter. ff. eo. l. si tibi. & l. cũ fundum. & C. eo. tit. l. nemo. & l. conductores. Aliqñ locatio dicitur firma, vt j. eo. c. vestra. & j. ne cle. vel mo. c. sm dictum. Quod intelligo secundum vulgare prouinciæ alicuius. Aliquãdo locatio ponitur pro emptione, & e conuerso. vt ff. de actio. emp. &

3 ven. l. veteres † Contrahitur locatio & conductio quibuscunq; modis cõtrahitur emptio & vẽditio. Et ideo quę in superiori tractatu dicta sunt de cõsensu, rebus, & pretio, hic intelligas repetita.

4 † Militibus prædia locari non possunt. ne amisso armorũ vsu ad opus rurale se conferant; nec curialibus. vt C. eo. tit. l. milites. & l. vltima. & l. curialis. & ff. e. tit. l. si ignorans. Sic nec monachis, vt j. ne cleri. vel mona. c. secundum. nisi causa necessitatis faciant, cũ sufficiẽtia prædia non hñt, vt j. de deci. c. dilecti. & in Auth. de sanctis. episco. §. vltimo. col.

5 9 ¶Potest † aût fieri locatio in perpe-
tuum& ad tempus. vt ff.si ager vectiga
6 lis.l.1.& 2.† Et si moriatur côductor.j.
tempus conductionis,succedit hæres in
iure côductionis,secus in vsufructu,qui
personalis est,& extinguitur cum perso
na.vt C.eo.tit.l.si vnâ. & C.de vsufruc.
7 l.si domina. ¶Locari possunt † omnia,
quæ & vendi possunt; quæ autem ven
di non possunt,nec locari; quia tit.loca
tionis non est gratuitus,& isti duo con-
tractus emptionis & locationis simillí-
mi sunt,vt superius dictũ est.¶Nascun-
8 tur ex hoc côtractu duę actiones,† actio
& locato q̃ datur locatori, & actio ex
conducto quę datur côductori.In actio
ne ex locato venit in primis merces sol
uenda, de qua conueniet , veniunt &
alia de quibus actũ est in contractu. vt
C.eo.tit.l.legem.& ff.eo.tit.l.si in lege.
9 §.si domus.& l.dñs.§.vlt. ¶ † Quo aût
tempore merces & pensio debeant sol-
ui,dubitatur . Quædam enim leges vi-
dentur velle , ꝙ in principio sit soluen-
da,vnde dicitur posse inquilinũ expelli 2
nisi soluerit pensionem.vt C.eo.tit.l.3.
.3.de iureiuran.c.querelam.3.de dila.c.
literæ.10.q.2.c.hoc ius porrectũ.§.qui
verò.ff.e.tit.l.quæro.§.inter. Quædam
autem iura innuunt, ꝙ in medio tempo
re, sicut dicitur in salario quod fiscus
dat suo patrono . vt C.de aduo.diuer.
iudi.l.per hanc. Quidam dicunt,ꝙ in fi
ne , vt cum quid debetur in diẽ.vt ff.de
verbor. obliga.l.quod hoc anno.ff.de
migran.l.1.§.pensio. Ego puto seruan-
dum esse quod actum est. ꝙ si id non ap
pareat,seruabo morem regionis;ꝙ si is
non appareat, quia forte varius inueni
tur,tunc quod minus est obseruabo, sci
licet vt exigatur in fine anni.vt ff.de re
gul.iur.l.semper in stipulationibus . li-
cèt ergo dominus non possit exigere
actum,si inquilinus vltro ei non satisfa
ciat , dominus poterit eum impunè ex-
pellere,maximè elapso tempore pensio
nis; vnde si locator promiserit pęnam,si
expelleret conductorẽ,intelligitur hæc
conditio, si conductor soluat pensionẽ.

10 vt ff.eo.tit.l.quæro.§.inter locatorẽ.† Po
test autem dominus inquilinum expelle
re in quatuor casibus.Primus est, si do-
mus locata sit suæ habitationi necessa-
ria. Quod intelligo cum aliam domum
habuerit locator tẽpore lacationis, &
illi casu perijt. nam si tunc nullã habue
rit,nisi illam quam locauit, ẽt ad suam
habitationẽ illam recuperare non pôt;
hoc.n.à principio prospicere debuit. vt
ff.eo.tit.l.si quis domum.§.hinc subiun
gi.Secundus,cum necessaria est domus
refectio . Quod similiter intelligo cum
tempore locationis refectio illa nece s-
saria non erat,sed postea emersit, alio-
quin secus vt in casu præmisso.Tertius,
si conductor peruersè in domo verse-
tur.Et in hoc casu non fiet remissio pen
sionis pro rata temporis secundũ Azo.
Sed dabitur domino domus actio legis
Aquiliæ . Quidam autem dixerunt,ꝙ
& hic fiet remissio pensionis. In alijs ve
rò duobus casibus præmissis secundum
omnes fit remissio pensionis pro rata
temporis ,vel prouidebit dominus in-
quilino de alia domo æquè idonea ad
inhabitandum.vt ff.eod.tit.l.cũ in plu-
res. in princ. Quartus, cùm inquilinus
canonem per biennium non soluit.vt j.
eod.c.propter.& ff.eod.tit.l. quæro.§.
inter locatorem. Sed secus est in re da-
ta in emphyteusim,vbi secundum leges
statuitur trienniũ inter priuatos . vt C.
de iure emphy.l.2.Sed in re ecclesiasti-
ca biennium.vt j.eod.c.potuit.& 10.q.
2.c.hoc ius porrectũ . in versic.qui rem
huius.Fiscus autem non soluentem sta-
tim expellere potest.vt ff.de pub.& ve-
ctig.l.vectigalia.§.non solutis.Fuerunt
autem aliqui, qui dixerunt ꝙ in omni-
bus præmissis casibus non potest domi-
nus inquilinum expellere, nisi comple-
to tempore locationis , vt sic dominus
ex sua parte perficiat.ff.de actio. em-
pti. & venditi. l. Iulianus . § . offerri.
& ff.de migran.l.1.§.1.Sed hoc non pla
cet : nam completo tempore locatio-
nis etiam præter illos casus potest in-
quilinus expelli, nisi per tacitum con-
sensum

sensum conditio reuocetur, vt sic dominus ex parte sua perficiat contrarium. vt ff.eod.tit.l.item quaeritur.§.qui im-
11 pleto.† Et sicut dominus potest in casibus expellere inquilinum, vt superius dictum est; sic & inquilinus potest dominum deserere causaliter inuito domino & pensione pro futuro tempore non soluta.vt ff.eod.tit.l.habitatores.§.verum & l.dominus.§.vltimo.¶Fit autem
12 remissio † propter sterilitatem. sterilitas enim census & mercedis solutionem excusat. Item vis maior,cui resisti non potest. Item quod praeter consuetudinem euenit,vt ff.eod.tit.l.ex conducto.
13 §.1.& ff.de censi.l.forma. † Sterilitas autem & vbertas intelliguntur secundum vulgi opinionem.ff.de fun.instru. instrumen. que le.l. cum delanionis.§. asinam.licet quidam dixerint sterilitatem esse,cum semen non percipitur. vt ff.eod.tit.l.ex conducto.§.similis. & l. si labes.& l.si in vno. Et sic si sterilitas contingat ex casu fortuito, merces minuitur,vt dictum est. Si verò vitio,debilitate, vel vetustate rei, non,vt in.l.ex conducto.§.1.& l.si in vno. Ita & vbertas,si casu fortuito contingat, augenda est pensio,non autē si diligentia possessoris.arg.earundem legū.& l.colonus. nam & colonus modicū damnum aequanimiter sustinere debet, & modicum lucrum non aufertur ei. vt ff.eod.tit.l.si merces.§.ius maior.Fit autem compensatio vbertatis & sterilitatis praecedentium annorum cum sequentibus.vt ff. eod.tit.l.si vno.Loquor autem de eo colono, qui nimis colit; nam partiarius quasi iure societatis & damnum & lucrum cum domino fundi partitur vt ff. eod.tit.l.si merces.§.apparet. Item sicut fit mercedis remisso propter casum fortuitum, vt in l.ex conducto.§.cum quidam.& l.qui insulam. sic & propter necessariam refectionem. vt ff.eod.tit. l.sed addes.§.si quis cum rei. Si tamen conductor aliqua parte praedij vtatur, non fit deductio mercedis.vt ff.eod.tit. l.habitationes.§.si vicino. ¶Haec omnia locum habent in locato & conducto.
14 † Sed est quidam contractus medius inter contractū locationis & venditionis, vt contractus emphyteuticus, qui nec est emptio nec locatio, sed inter vtrunq; medium, sicut dixi. de hoc loquitur infra eod.c.potuit. Contractus ille locum habet in rebus soli,venditio & locatio in omnibus. In illo contractu requiritur scriptura. vt C.de iure emphyteut.l.1.in istis non. In illo contractu non exigitur pecunia,in istis sic.In illo contractū non amittit dominus directum dominium per traditionem, secus in venditore. Item locator ad modicum tempus non habet ius in re, nec vendit, nec vendicat; emphyteuta facit vtrunque,vt hic in c.potuit. & C.de iure emphyteu.l.1.& ff.si ager vec.l.1.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio quid sit,& qualiter contrahatur.*
2 *Permutationis natura quae sit.*
3 *Res quae permutari possunt.*
4 *Ecclesia an possit cum ecclesia permutare, & an possit permutare cum priuato.*
5 *Ex sola conuentione permutationis,re nulla hinc inde secuta,nemini aliqua competit actio.*
6 *Actiones quae dentur ex permutationibus, & quando competant.*

¶DE RERVM PERMVtatione. Rubr.

DIximus.s̄.de emptione & venditione,sed qm̄ permutatio vicina est emptioni.vt ff.eo.ti.l.qm̄ & C.eo.tit.l.permutatione. ideo subijcitur hic rub.de rerum perm. ¶Videamus igitur quid sit p̄mutatio. Qualiter cōtrahat̄. Quae sit eius natura. Quae res valeat permutari. Et cū quibus ecclesia
1 valeat permutare. ¶ Permutatio est † vnius rei cum altera vicaria praestatio. ¶ Contrahitur permutatio, sicut plerisque

risq; placuit, quando inter aliquos conuenitur, vt certa species detur ꝓ certa: vt. C. eo. tit. l. quoniam asseris. Si enim cōueniret vt daretur certa pro incerta, vel incerta pro certa, non esset contractus permutationis, sed alius contractus innominatus, do vt des. ¶ Est igitur
2 † natura permutationis, vt rerū interuentu contrahatur non solo pacto, sicut & emptio, in qua etsi res & pretiū esse debeāt vt. ff. de contrah. emp. & ven. l. nec empt. & l. 2. §. fine. Contrahitur tamen postquā de pretio cōuenitur, vt notaui s. de empt. & vendit. §. 1. Aliqñ autem & sine re contrahitur emptio, vt in prædicta. l. nec empt. §. Aliquando. ¶ Possunt permutari quæcunq; possunt vēdi.
3 † Sed & quædam permutantur, quæ nō venduntur, vt ecclesiæ. vt ĩ. eo. c. ad quęstiones. & 16. q. vlt. c. nemini. Sed opponitur, cum permutationis cōtractꝰ non sit gratuitus. vt. ff. eod. titu. l. 2. quomodo in spiritualibus interuenire potest, quæ gratis sunt cōferenda. vt. 1. q. 1. c. gratia. & q. 7. c. Daibertum, quæ abhorrent pactum, modum, & conditionē. vt. 1. q. 1. c. q̄ pio. infra vt eccle. benefi. sine. dist. conse. c. vt nostrum, infra de simo. c. tua & c. per tuas. Item si ecclesiæ ꝑmutentur, & alter ex permutantibus agat, ex permutatione petēdo ecclesiam, petere videbitur prælaturā sic. sed hoc fieri non debet, vt infra de iurepatr. c. per nostras. Respondeo permutatio in spiritualibus non ex pacto partiū nititur, sed auctoritate superioris; totum enim quod geritur, in arbitriū superioris cōfertur, qui ex arbitrio suo de rebus permutandis disponit; & propterea omne vitium aboletur. vt. ff. de his qui no. infami. l. furti. §. quæ iussu. & supra de præben. & supra de pac. c. cū pridem. superior enim potest commutationes rerū facere, & personarū. vt infra eo. c. quæsitum. 7. q. 1. c. mutationes. c. scias c. omnis q. 16. q. 1. ca. temporis qualitas. 16. q. vlti. c. si quis vult. 74. dist. c. quorundā. Et hęc determinatio colligitur ex illa decre. quæsitum. & infra eod. c. cum vniuersorū, in verbo. illo. licet ipsi per se de iure nō possent ecclesiastica ꝑmu-
4 tare. ¶ Potest ecclesia † cū ecclesia permutari indēnitate vtriusq; seruata, potest, & cū principe. vt. 10. q. 2. c. hoc ius porrectum est, in verbo, sed & permutare. & ĩ. cod. ca. 1. Potest & cum priuato permutare, dummodo vtilitas ecclesiæ hoc exposcat, vt ĩ. eo. c. 2. Quod autem dicit. infra eod. c. mancipia & c. iustum, scilicet ꝗ mancipium ecclesiæ permutari non pōt cum mancipio priuati, nisi ad libertatem. intelligendum est de seruo ecclesiæ dato & cōuerso facto, q cū sit religiosa ꝑsona, seculari homini seruire non debet. qđ semel Deo consecratum est, ad humanos actus vel vsus trāsferri non dēt. vt in c. mācipia. 12. q. 2. c. nulli liceat. 14. q. 6. c. comperimus. 19. q. 2. c qui semel. 12. q. 2. c. aurum. 10. q. 2. c. hoc ius. vel intellige ꝗ permutatio mancipiorum de facili fieri non debet. Et est ratio illa, quæ assignať in seruis minorum non vēdendis. C. de adm. tut. l. lex quæ tutores &. ff. de fideicommis. lib. l. cū quasi. §. furiosi. Vel fortè loquūtur istę decre. quando non expedit ecclesiæ mancipia permutare. Et notādum, ꝗ sicut spirituale cum temporali ꝑmutari non potest, vt superius dictum est; sic nec tēporale cum spirituali, cùm ꝑmutatio de spiritualibus ad tēporalia improbetur, vt ĩ. eo. c. vl. ¶ In summa no-
5 tandum est. † quòd ex sola conuētione ꝑmutationis, re nulla hinc inde secuta, neutri aliqua competit actio. vt. C. eo.
6 tit. l. ex placito. † Sed re secuta, quæritur an ex placito. i. ex conuentione, vel ex rei traditione actio detur? Ad qđ rñdeo. ex pacto, vt ex. l. illa ex placito. colligitur manifestè, & probatur hoc idē. ff. de pac. l. iuregentiū. §. 1. ff. de pecu. l. q̄ situ. §. is qui. & l. quotiēs. §. si semel. Datur igitur ex contractu actio, sed demū re secuta. Sicut aliter dicimus ex cōtractu nasci actionem, sed non statim competere, ut in mutuo. ff. de fideiuss. l. si q̄s pro eod. §. si nummos. Sic dicimus in societate, sic in tutela, vt detur actio ex contra-

cõtractu,sed demũ societate,vel tutela finita,vt ff.de tute.& rat.o.distra.l.si tutor reipublicæ.§.vlti.& l.sed nõ datur. Sic obtinet in mandato.vt ff. de of.pro con.& leg.l.obseruandum.§.vlti. Sic & actio de dote nascitur quidem ex contractu, sed non datur nisi demũ matrimonio soluto.vt C.de repudi.l.1.¶Sed quæritur quid si ex vna parte res sit secuta,nũquid alteri parti,quæ nesciuit pactũ,dabitur actio?R̃ndeo non,vt probatur.C.de pac.l.si certis annis. Sed hæc q̃ö videtur inutilis,ad quid.n.dabitur actio ei cui completum est quod cõuenit,ipse tñ alteri nõ compleuit. Sed hæc legalia sunt, nec vlteriꝰ ꝓsequor.

SVMMARIVM.

1 *Feudum quid sit.*
2 *Feudum vnde dictum.*
3 *Res in feudum quæ concedi possunt.*
4 *Feudũ iterato collatũ non dicitur nouum.*
5 *Verbum reddendi, quid importet.*
6 *Decimæ an possint infeudari laicis.*
7 *Laici decimas possidere non possunt.*
8 *Feudum qualiter amittatur.*
9 *Filius an ex delicto patris perdat feudum.*

¶DE FEVDIS. Rubrica.

DIctum est.s̃ de quibusdã modis & contractibus,per quos res ecclesiæ alienantur. Sed quia in feudatio est modus alienãdi,idcirco interseritur iste tractatus de feudis.¶Videamus igitur quid sit feudũ. Vnde dicatur. Quæ res valeant infeudari. Quibus res ecclesiasticæ dari p̃nt in feudũ. Ex quibus causis feudatarij perdũt feu-
1 dum. ¶Feudũ † est cõceptio rei pro homagio facta.vt ĩ.de fimo.c.ex diligen-
2 ti.¶Dicitur † autem feudum à fidelitate, quã feudatarij seu vasalli dominis suis iurare & præstare tenentur.vt s̃.de
3 iureiur.c.veritatis. & ĩ.c.eam te.† Res feudales,id est, quæ cõsueuerũt dari in feudum,possunt concedi in feudũ; quæ aũt non sunt feudales,de nouo infeuda-ri non valent, præterquam in quatuor casibus, tres habentur.ĩ.eod.c.ex par-
4 te. Quartus.ĩ.de donat.c.per tuas. † Non autem est nouum feudum, quod iterato confertur, vt ĩ.eo.c.ex parte,sicut non est nouum ædificium, quod suscitatur.vt ff.de noui oper.nunciat.l.1.§.si quis ædificium.ĩ.de iudæ.c.consuluit. Item aliud est infeudare,quod nõ licet; aliud reinfeudare, quod licet.sicut aliud est facere,& aliud reficere,vt
5 ff.d̃ iti.actuq; priua.l.3.§.reficere †quãuis verbum reddendi & per se dandi significationẽ habeat.vt ff.de verbor.si-
6 gnifi.l.verbum reddendi. ¶ † Sed quæritur an decimæ possint laicis in feudũ concedi? Ad quod respondeo non in perpetuum, probatur hoc per multa iura.10.q.1.c.vlt.ĩ. de deci. c. prohibemus.16.q.7.c.1.c.quoniã.s̃.de his quæ fiũ à præla.sine consensu.cap.c.cum in apostolica.ĩ.de deci.c.ad hoc. & c.quãuis. ad tempus autem non, vt titulus, sed vt stipendiũ, decimæ perceptio laico posset concedi, arg.32.di.c.si verò. re dominij & possessionis penes eccle-
7 siam remanente, † quia laici decimas possidere non possunt.vt s̃.de pr̃script. c.causam. Ideo verò dixi perpetuum, quia feudatarius perpetuus habet vtile dominiũ,sicut emphyteuta, publicanus, & is qui ad non modicũ tẽpus con duxit. vt ff.si ager vectigal.l.1.& ff.de
8 superficie.l.1.§.q. ait.¶Amittitur † feudũ,si vasallus illud alienauerit, vel maiorẽ partem ipsius,& dominus potest illud vendicare à quolibet possessore.Si verò minorẽ partẽ ipsius vasallus dederit ad liuellũ, vel pignori obligauerit, dũmodo in seruitio domini remaneat, non perdit feudũ. vt in lib.feudorũ in titu.quibus mod. feud.amitt.§.2. & 3.
9 † Sed quæritur an ex delicto patris filius perdat feudũ?Videtur q̃d sic,argu. ff.de bonis liber.l.quæritur.C.de quæstioni.l.duo.ff. de iure patrona. l.iura. & l.quæ contra legem. sed argum.contra.ff.de in ius vo.l.adoptiuum, in fin. ff.de decu.l.2.§.nullum.ff.de bonis dã. l.cum

l.cum ratio. §.1.&.2. Sed circa hoc recurrendum est ad consuetudines & constitutiones feudorum.

SVMMARIVM.

1 *Pignus quid sit.*
2 *Pignus unde dicitur.*
3 *Pignus an differat ab hypotheca.*
4 *Pignus quot modis contrahatur.*
5 *Pignus generaliter & specialiter contrahitur.*
6 *Pignoris triplex diuisio.*
7 *Pignori quæ res obligari possunt, & quæ non. & num. 10.*
8 *Rem alienam an quis vendere possit, & an sint in bonis.*
9 *Seruitutes an possit pignori obligari, et supra num. 8.*
10 *Sacræ res an obligari possint.*
11 *Pater ob necessitatem famis potest vendere filium & obligare.*
12 *Amissio pignoris an liberet debitorem.*
13 *Dator pignoris an teneatur ad impensas in pignore per creditorem factas.*
14 *Res vni pignorata, alteri pignorari nō pōt.*
15 *Creditor integrè soluto debito, pignus reddere tenetur.*
16 *Creditor tenetur reddere pignus, nō alij obligatum, nec deterioratum.*
17 *Pœna adiecta in contractu pignoris, an faciat illum præsumi vsurarium.*

¶DE PIGNORIBVS.
Rubrica.

POst prædictas alienationis species, consequenter de pignoribus annectamus. ¶Videam⁹ igitur qd sit pignus. Vñ dicať. Qualiter pignoris obligatio cōtrahatur. Quæ res pignori obligari possit. Ad quid dator, ad quid
1 acceptator pignoris teneať. ¶Pign⁹ † est res obligata pro debito qđ ad securitatē sit creditoris, quia tutius est pignori incumbere, q̄ in personam agere; vt Institu. de obligatio. quę ex delic. nascun-
2 tur. §. furti. ¶ † Dicitur autē pignus res propriè mobilis pignori obligata & tradita. à pugno. s. quasi à pugno vel manu tradita. vt. ff. de verb. sign. l. plures. §. pignus, in princ. tñ in re immobili traditione rei pignoris obligatio contrahiť,
3 & pignoratitia actio nascitur. † Vbi autem res non trāsit in creditorē, dicitur hypotheca. vt. ff. de pig. act. l. si rē. §. propriè, sed quantum ad hypothecariam actionē nihil refert inter pign⁹ & hypothecam, sono enim tantum differūt. vt. ff. eo. tit. l. res hypothecę. §. inter pign⁹.
4 & Inst. de actioni. §. inter pignus. ¶ † Itē contrahitur pignus duobus modis, tacitè, vel expressè. Tacitè, vt in rebus ministri, quæ tacite intelligūtur obligatæ ecclesię pro administratione rerum. ar. 13. q. 2. c. illud. si dona mariti tacitè obligantuř, vt. C. in quibus causis pig. tac. cō. l. 1. & 2. Sic & bona tutoris tacitè obliganť pupillo, vt. C. in quibus cau. pig. taci. con. l. si mater. & ff. eo. tit. l. vlt. Sic bona conductoris inuecta & illata tacitè pro pensionibus obligantur, vt. ff. in quibus causis pign. tacite con. l. si nō inducta & l. vlt. & ff. eo. tit. l. ex differen-
5 tia. † Item contrahitur pignus generaliter, & specialiter. Generaliter, vt cùm quis omnia bona sua pignori obligauit quo casu obligata intelligūtur habita & habenda. vt. C. q̄ rex pign. obli. possunt. l. vl. Specialiter obliganť, vt ager,
6 liber, vel equus. † Item triplex est diuisio pignoris, quia pignus aliud conuentionale, aliud prætorium, aliud iudiciale. Conuentionale ex ipso facto nomen sumpsit. vt. ff. eo. tit. l. 1. Prætorium constituitur per missionem in possessionē. vt. ff. de pig. act. l. non est mirum. §. sciēdum. Est autem prætorium pignus, si fiat ex ea causa, quā prætor fieri iubet; puta vt caueatur pro legatis, vel de dāno infecto, vel de opere demoliendo in noui operis nunciatione. Iudiciale pignus est, vt cū iudex iubet mitti in possessionem, vel sententiam diffinitiuam executioni demandat, tūc primò capiūtur mobilia, post modū immobilia, demū peruenit ad nomina. vt. ff. de re iud. l. à diuo Pio. Aliquando iudiciale diciť præ-

prætorium, & econuerso prætorium iudiciale; quia vtrumque a iudice constituitur. vt C. de præto. pig. l. 2. ¶Pignori
7 obligari possunt † quæcunque vendi possunt; quæ autem vendi non possunt, nec pignori dari possunt vt ff. quæ res pign. obliga. non pos. l. 1. §. vlti. Quædam tamen vendi possunt, quę pignori dari nõ
8 possunt; †nam rem alienam quem vendere posse, nulla dubitatio est. vt ff. de contrahen. emp. & ven. l. rem alienam, sed obligare non possumus nisi ea quæ de bonis nostris obnoxia facimus. vt C. quæ res pigno. obliga. poss. l. qui filios. Rõ diuersitatis hæc est, quia in venditione hoc agitur vt tres tradat, & venditor de euictione obligetur. vt ff. de act. emp. & ven. l. exempto. in 1. responso. §. inde Neracius. Sed in pignore hoc agitur, vt ius in re cõstituatur; vnde pignoris conuentio in rem parit actionẽ creditori. vt ff. eo. ti. l. pignori. Et quod dixi rem alienam vendi posse, verũ est immobilem. Si enim mobilis res aliena vẽdatur, furtũ committitur; & ideo nec emptio nec venditio contrahitur. vt ff. de contrahen. emp. & vendi. l. si in emptione. & Insti. de vsuc. §. vnde in rebus. Itẽ obligari possunt res præsentes, & futuræ. vt fructus pendẽtes, partus ancillæ, fætus pecorum, & ea quæ nascuntur. ff. eodem. titu. l. & quæ nondum. Item res corporales, & incorporales, vt cautiones, & nomina. vt ff. eod. titu. l. cum venit. Item seruitutes personales, & vsus, & fructus. vt ff. eod. titu. l. si is. §. vsufructus. Item seruitutes prædiales, & rusticæ. vt ff. eod. titu. l. sed an viç. Iura verò prediorum vrbanorum pignori dari nõ possunt in l. is. §. vlti. Ratio diuersitatis est, ne ex varietate vsus & vtentium ędificia destruantur, & inutilia fiant.
9 ¶ †Sed opponitur contra id quod dixi, seruitutes rusticas posse pignori obligari; nam seruitutes nec in bonis nostris sunt, nec extra bona. vt ff. de vsufruc. lega. l. 1. & ideo obligari non possunt. vt C. quæ res pigno. obli. pos. l. qui filios. & ff. de pigno. l. & quę nõdum sunt §. quod dicitur. Ad quod respõdeo. seruitutes dicuntur nõ esse in bonis, qa nõ per se subsistũt, sed corporib⁹ accedũt; vnde dici possunt nõ per se in bonis esse, sed cũ his quibus accedunt. Vel dicũtur non esse in bonis, quia res sua nemini seruit. Vel dici posset, ꝙ obligatur cõmoditas seruitutũ urbanorum, sicut in rusticis hoc contingit, secundum liceat creditori ire & agere, ut ĩ. l. sed an viç.
10 ¶ Res sacræ† obligari nõ possunt, ut uasa sacra, & ornamenta, ut C. de sacros. eccl. l. sancimus nemini, nisi ecclesia superflua vasa habeat, & debitum vrgeat vt 10. q. 2. c. hoc ius porrectũ, vel nisi in alijs causis necessarijs in quib⁹ res ecclesiæ alienari possunt. vt 12. q. 2. c. aurum & nota. s. de rebus eccle. non alien. §. ex cipiunt. Sed nec ecclesiæ possunt pignori obligari. vt in Auth. de alie. emphyt. §. qm̃. Itẽ liberi hominis obligatio nulla est, quia contraria est libertati & naturæ, vt j. e. c. 2. C. de acti. & ob. l. ob æs. C. quæ res pigno. obli. pos. l. q filios in Auth. vt nulli iudi. §. quia vero. In casibus tñ tenet obligatio liberi hominis, vt in redempto ab hostibus, vt C. de capti. & postli. re. l. vlti. & ff. de leg. 1. l. senatus. §. vlti.
11 †Item ob necessitatem famis pater filium obligare potest; nã & vendere potest. vt C. de patribus q fili. distra. l. 2. Item libera persona consentiens poni potest in obstagio. vt s. de iureiur. c. ex rescripto. 23. q. vlti. c. vt pridem. ff. qui testa. fa. pos. l. obsides. ff. de iure fisci. l. diuus. Verè tñ non tenet obligatio pignoris in libero homine, vt ius constituatur in rẽ, præterquã in casibus præmissis; sed detinetur homo qualitercunq;, vt fiat qđ conuenit. Vel dic, ꝙ liber homo non potest obligari pro pecunia, sed pro pacto ineundæ pacis, vel cõsimili, sic. Prima tñ rñsio competit ad decre. illam, ex rescripto. ¶Tenetur
12 dator pignoris † nihilominus soluere debitũ, si pignus perijt absq; culpa creditoris. vt Inst. qb⁹ mo re cõ. ob. §. vl. nisi actũ sit, ꝙ amissio pignoris liberet debitorẽ. vt C. de pig. act. l. q fortuitis. Itẽ
13 † impensas

13 † impensas in pignore à creditore bo-
na fide factas reddere debet, nisi fue-
rint immoderatæ. vt ff. de pigno. act. l. si
14 seruos. † Sed & rē vni pignoratā alteri
pignorare nō debet, alioquin stelliona-
tus crimine poterit accusari, vt C. de cri
mine stellionatus l. 1. & vl. nisi res sit ta
lis, q utriq; sufficiat ut ff. de pign. ac. l. si
qs in pignore. §. ulti. Itē si debitor sciēs
rē alienam absq; dñi uoluntate obliga
uerit, vel obligatam surripuit, crimini
stellionatus subiectus erit. vt C. de cri-
15 mine stellio. l. 2. & ff. eo. tit. l. 3. † Credi
tor antē integrè soluto debito pignus
reddere tenetur. vt C. de luitio. pigno.
l. vl. Ideo aūt dixi integrè; quia debito
pro parte soluto pro reliqua parte to-
tum pignus remanet obligatum. vt C. de
16 distra. pign. l. q diu. † Itē tenetur redde
re pignus non alij obligatum, nec dete-
rioratum. vt ff. de pigno. actio. l. si cum.
17 §. venit. & l. creditor. ¶ Illud † in summa
notandum est, q aliqñ colore quæsito
in fraudem iuris canonici, quod vsuras
reprobat, & repetitioni fauet, transitur
de contractu pignoris ad contractum
emptionis, qd ex forma contractus, &
ex qualitate conuincitur creditoris. vt
j. eo. tit. c. illud. & s. de emp. & ven. c. ad
nostram. sicut præsumitur cōtractus vsu
rarius, in quo pœna adijcitur, quæ legi-
timum modum vsurarum excedit. vt ff.
de act. emp. & ven. l. Iulianus. §. ibidem
ff. de pig. act. l. vel vniuersorū. ff. de vsu-
ris. l. qui semisses. ff. ad Macedo. l. sed Iu
lianus. §. quod dicitur. ff. de leg. 3. l. nū-
mis, C. de episc. audiē. l. nemo deinceps.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor quid sit.*
2 *Fideiussor differt à constitutore & mandatore.*
3 *Fideiubere qui possint.*
4 *Fideiussor accedit omni obligationi ciuili [illegible] naturali.*
5 *Fi[illegible] ad quid teneatur.*
6 *Exceptiones quæcunq; rei cohærentes competentes principali competunt & fideiussori.*
7 *Fideiussor quibus modis agat contra principalem debitorem.*

¶ DE FIDEIVSSORIBVS. Rubrica.

TRactauimꝰ superiori titulo qualiter res p debito pignorentur. Nunc videamus de psonis, quæ pro alieno debito obligātur, vnde subijcitur hic. Rubrica de fideiusso. ¶ Videamus igitur q d sit fideiussor. Quis possit fideiubere. Pro quo. Ad quid teneatur fideiussor. Ad qd is pro quo fideiussit.

1 ¶ Fideiussor † est, qui alterius obligatio
nem in suam fidē suscepit. ¶ Est autem
fideiussoris nomen gñale, vt contineat
2 mādatorem & cōstitutorem. ¶ † Differt
aūt fideiussor a constitutore & mādato
re; quia mādator præcedit, cōstitutor
subsequitur obligationem, fideiussor &
præcedere & subsequi potest, vt Insti. de
fideiussore. & ff. de iudi. l. non quemad-
modū. Vnde hic tractatur de fideiusso-
re, qui per stipulationē pro alio obliga
tur nihilominus ipso obligato remanen
te. ¶ Si .n. pro titio debitore tuo apud
te Rñdeo, fideiussor ero. Si verò man-
dem tibi ut titio credas, mandator ero.
¶ Sed si obligationē a te in me transfe-
ram, & me p te liberādo constituto de-
bitorem, constitutor ero, & actione de
cōstituta potero cōueniri. vt C. de con-
3 sti. pecu. l. 1. Fideiubere † pñt oēs, qui
pñt obligari. Fallit in militibꝰ ut C. lo-
ca. & conduc. l. milites. In clericis vt in
Auth. de sanctis. epis. §. alium. Et in mu
lieribus. C. & ff. ad Vell. per totū. 33. q.
5. c. mulier est. Quod aūt de clericis di-
ctū est per Auth. idē obtinet & per ca-
nones. vt 11. q. 1. c. & quidē, & c. sicut. Si
tñ fideiusserint, obligantur, vt j. e. c. per
uenit. & c. constitutis. Monachus autē
fideiubere non potest, nisi de mandato
abbatis vel conuentus, vt j. eo. c. quod
quibusdam. & si fideiusserit, nulla est
obligatio. Clerici tñ vicario modo in-
ter se fideiubere debent de sistendo in
iudicio. vt C. de epis. & cle. l. omnes. §.
hoc

4 hoc nihilominus. ¶Omni autem † obligationi fideiussor accedit ciuili, & naturali, vt ff. eod. tit. l. fideiussor obligari. §. si fideiussor accipi potest. Vnde si qs pro pupillo sine tutoris autoritate obligato prodigo vel furioso fideiusserit, efficaciter tenetur, vt ff. eod. tit. l. marcellus, & l. vbicunq;. quamuis reus exigi non possit, qui naturaliter remanet obligatus. Nec obstat q alibi dicitur, fideiussorem non posse in plus obligari, q̃ principalis sit obligatus. Est enim accessoria obligatio, & plus non debet esse in accessione q̃ in principali, vt insti. eod. tit. §. fideiussores. Plus enim quatuor modis dicitur, vt s. de plus peti. c. vno. Insti. eo. tit. §. plus. quorum nullus aptari potest ad id qđ prẽmisi. Et quod dixi, fideiussorẽ obligatum pro pupillo sine tutoris auctoritate teneri, locũ habet, vbi pupilli obligatio ex re venit; puta impendi in rem communẽ mihi & pupillo, vel pupillus damnũ dedit in re cõmuni. vt ff. de actio. & obli. l. furiosus. Alias contra. vt ff. cod. tit. l. si à reo. §. si a furiosus. Si verò nulla sit obligatio principalis, nulla est accessoria. vt ff. eo. tit. l. qui contra. & l. cum lex. & l. si quis
5 postquam. ¶Fideiussor † tenetur ad id, quod tenetur principalis; nec enim fideiussor in duriorẽ causam obligari põt, q̃ principalis. vt ff. eo. l. obligari. §. qui certo loco. Et est sciendum q secundũ vetera iura in ptãte creditoris erat, à quo exigere mallet, a reo, vel a fideiussore. vt C. eod. tit. l. iure. Hodie autem non licet exigere a fideiussore præsente reo & existente soluendo in toto vel in parte. Sed & si absens fuerit, dabitur certum tempus. j. quod fideiussor deducat rerum primò conueniendum, ipso fideiussore in subsidium reseruato. vt C. eo. tit. in auth. præsente. Et si plures sint fideiussores, quilibet tenetur insolidũ. vt Insti. eod. tit. §. si plures, nisi actor diuidat actionem suã agens contra vnum pro parte. vt C. eo. tit. l. liberũ. Secus si eligat vnũ ex pluribus agendo contra eum & insolidũ, & non exigat; nã nihilominus alij insolidũ tenentur vt C. eo. ti. l. reos. Sed cum plures fideiussores insolidũ teneantur, habent beneficiũ nouæ cõstitutionis, per quã diuidenda est actio inter eos, vt C. de duobus reis. Auth. hoc ita. vel epistolæ diui Adriani, quæ est. C. de cõsti. pecunia. l. vl. qđ locũ habet, nisi beneficio diuidẽdæ actionis fuerit renunciatum, nam tunc pactũ seruabitur. vt C. de pac. l. pacta. & l. vlti. & s. de pac. c. 1. Et quod dixi plures fideiussores teneri insolidum, videtur locum habere, cùm a principio specialiter hoc actũ est, vt dicit pallc. auth. hoc ita. Vel forte auth. loquitur in duobus reis tantum. sicut & iure veteri cautum erat. vt ff. de duobus re. l. reos. §. vlti. non autẽ loquitur in fideiussoribus, quorum qui libet debet insolidũ teneri, sicut & principalis, p quo quilibet intercedit, et si expresse hoc non agitur vt quilibet insolidum teneatur. Et tenetur fideiussor in omnem causam, siue hoc agatur expresse siue simpliciter fideiubeatur, vt cùm vnus dicit fideiubeo pro illo; nã in omnem cãm fideiubere videtur. vt ff. e. tit. l. si quis procu. §. si nummos. & l. amissi. §. fideiussores & l. si vt proponis. & l. si ita stipulatus, & ff. vt leg. no. l. 1. §. bellissime. & ff. loca. & cõdu. l. quæro. Cæterum si expressè agatur de sorte, de vsuris aũt nihil dicatur, non videbitur fideiussor obligatus in vsuris; quia in maiori quantitate, q̃ actum sit, obligari nõ debet. vt ff. de fideiuss. l. si in pignore. sed & si fideiussor, qui in omnem cãm, vel qui simpliciter fideiussit, obligetur, vt dictũ est; habet tñ exceptionẽ quo ad vsuras, q indebitæ sunt de iure canonico, vt s.
6 de iureiuriã. c. debitores. † Et quæcunque exceptiones rei cohærentes competunt principali, & fideiussori cõpetunt. vt ff. de except. l. exceptiones. §. rei. ¶In
7 summa † notandum est, q fideiussor agit in quattuor casibus cõtra principalem debitorẽ. Primus est, si diu stetit in obligatione, vt ff. manda. l. Lucius. Secũdus, si reus dilapidat bona sua. Tertius, si fideiussor condemnatus est debitori. Et

hi tres casus ponuntur.ĵ. eod.cap.vlt. Quartus, si hoc conuenit à principio. vt C.mand.l.si pro ea. Sed contra fideiussorem fideiussor agere non potest, nisi ei a creditore actio cedatur. vt ff. eod.tit.vt l.vt fideiussor. Est aũt facienda cessio ante solutionem, postea enim cedi non poterit, nisi ante solutionem hoc actum fuerit, vt cedatur. vt ff.de solu.l.Modestinus.

SVMMARIVM.

1 *Solutio quod sit.*
2 *Solutionis quot species sint.*
3 *Solutio cui fieri debeat.*
4 *Creditor inuitũ debitorem liberare potest.*
5 *Solutionis quis sit effectus.*

DE SOLVTIONIBVS. Rubrica.

QVIA solutione eius, qđ debetur, tollitur obligatio, vt Institu.q mo.tol.obliga. Ideo post tractatũ de obligationibus, cõpetenter sequitur de solutionibus, & ideo ponitur hic rub.de sol. ¶Videam⁹ igitur quid sit solutio. Quot eius spẽs. Quis soluere possit, & cui. Et quis sit
1 solutionis effectus. † ¶Solutio est eius qđ debetur redditio. vt colligitur hæc descriptio Insti.qui mo.tol.ob.in prin. Vel large sumpto vocabulo solutionis. Solutio est ab obligatione liberatio. Liberatio inq̃ quocunq; mõ facta magis ad substantiam obligationis refertur, q̃ ad nummorum solutionem. vt ff. eo.ti.l.solutionis. ¶Due sunt species so
2 lutionis, † alia ciuilis, alia naturalis; siue alia vera, alia imaginaria. naturalis siue vera fit per redditionẽ eius quod debet. Ciuilis siue imaginaria fit multis modis. per nouationẽ, delegationẽ, acceptilationem, & compensationẽ. de quibus omnibus in suis specialibus rubricis tractat, & tãgitur. C.eo.ti.l.si obligatũ & l.eius quantitatis. Itẽ per confusionem seu successionẽ, vt si creditor debitori succedat vel ecõuerso. vt ff. ad leg. Fal.l.1.§.si debitor. ff.de fideiuss.l. Stichũ.§.a Ticio. & l.Vranius. & ff.de solu.l.Stichum.§.a Ticio. Itẽ per oblationem, depositionem, & cõsignationẽ vt C.eo.tit.l.obsignationem. & ff.depositi.l.1.§.si pecuniam.in fi. Item per fructuum perceptionem. vt s̃.de pig.c.cũ contra g. & C.de pig.ac.l.1.& 2.& ĵ.de vsu.c.1. Item per pactum de non petendo. ¶Soluere debet debitor principalis, qui si fuerit compos & maior tollitur omnis obligatio principalis & accessoria. nam si pupillus vel adultus tutorem vel curatorem habens sine tutoris vel curatoris actoritate soluat, liberatio non contingit, nisi pecunia sit consumpta. vt ff.eod tit.l.qđ si forte.§.vl. Ideo aũt dixi curatorẽ habens. Quia si curatorem non habeat secus. vt C.de in inte.resti.mi.l.si curatorẽ. Itẽ hæres debitoris soluere debet. Itẽ fideiussor & eius hæres. vt ff.de fideiuss.l.pôt.§.j. Sic & prælatus soluere debet debitum sui prædecessoris pro ecclesiæ vtilitate contracta vt ĵ.eo.c.1. alias enim cõtractus esset inualidus vt 10.q.2.c.hoc ius porrectum est. 12.q.2.c.sine exceptione. q rescindi possetp in inte. rest. vt s̃. de in inte.rest.c.requisijt. Quippe prælatus sui predecessoris quasi hæres videtur. vt 23.q.8.c.conuenior. 40. dist.c.1. Vt tñ caueant prælati pro alienis debitis ecclesias obligare vt ĵ.eo.c.si quorũdã. Sed quilibet extraneus pro debitore soluere pôt, & soluẽdo ignorantẽ liberat, & inuitũ. vt ff.e.ti.l.soluere. ff.de nego.ge.l.soluẽdo. Sunt aũt quidã, qui soluere tenentur, nec sunt tñ quo ad debitũ obligati, vt tutores, curatores, & alij administrationẽ habentes. vt ff.de admi.tu.l.quoties.§.sicut aũt. ¶Soluen
3 dũ est † ei cui debetur, vel adiecto in stipulatione. vt ff.eo.ti.l.qđ stipulatus. & l.sequenti. Itẽ seruo creditoris. vt ff.eo. tit.l.si quis seruo. & l.seruus pecuniã. & l.quod seruus. Procuratori aũt litis nõ soluit. vt ff.e.tit.l.hoc iure. Si verò inuito & ignorãte creditore alteri soluat,

non

non liberatur debitor,vt ṡ.de iureiu.c. eamte.C.de solu.l.inuito. & ff.eo.tit. l.si alieni. Nisi alter esset socius, vt ff. de pac.l.si vnus.Nisi sit procurator,cuius ignoratur reuocatum esse mandatum. vt ff.si cer.pe.l.eius.ff.de soluti.l. verò.Cuicunq; autem soluatur voluntate creditoris cōtingit liberatio.vt C. eo.tit.l.nihil.¶Illud in summa notabi-
4 tur.† ꝙ creditor inuitum debitorem liberare pôt.vt ff.eo.tit.l.si debitor. Sed instrumenti redditio vel cancellario nisi de voluntate creditoris fiat,non liberat debitorem. vt C.eod.tit.l.quod debitori.ff. de proba.l.si chirograph.Qui aūt solutionem allegat,probare debet, quo facto chirographū condicere pôt, vt C.eo.tit.l.vl.Item omnis satisfactio pro solutione habetur, vt ff.eo.tit.l.satisfactio. dummodo voluntas creditoris accedat.vt ff.de pig.ac.l.si quis rem alienam.§.omnis. Aliquando tamen cogitur creditor aliud pro alio recipere. vt C.eod.tit. auth. nisi debitor.ff. de le.1.l.si domus.§.qui cōfitetur.ff.de au.& arg.le.l.1.in fi.Itē in noxali actione.vt ff.de re iudi.l.miles.§.1.& 2.¶Ef-
5 fectus solutionis † est, vt omnis obligatio tollatur principalis,& fideiussoria. vt Insti.qui mo.tol.ob.in prin.Itē naturalis obligatio, vt ff.eo.ti.l.si pupillus.

SVMMARIVM.

1 *Donatio quid sit.*
2 *Actio de euictione locum non habet in donatione.*
3 *Donatio vnde dicatur.*
4 *Donationum quot species sint.*
5 *Donare qui prohibeantur.*
6 *Donari quæ res possint.*
7 *Donatio an scripturam requirat seu insinuationem.*
8 *Donatio qualiter perficiatur.*
9 *Donator ad quid teneatur.*
10 *Donatio quibus ex causis reuocetur, & quæ donationes reuocari possunt numero 11.& 12.*

¶DE DONATIONIBVS. Rubrica.

TRactauimus.ṡ.de his quæ alienantur non gratuito tit. Nunc videamus de his, quæ gratis in aliū trāsferūtur.vñ ponitur hic rubrica de donationibus. ¶Videam⁹ igitur qd sit donatio. Vnde dicatur. Quot eius spēs.Quis donare possit,& qd. Quę donatio requirat scripturā. Qualiter perficiatur.Ad quid teneaī donator.Et ex qbus causis donatio reuocetur.¶Dona-
1 tio†est mera liberalitas,quę nullo iure cogente cōceditur vt ff.e.ti.l.donari.sola aūt ciuilis obligatio ꝓcedens non impedit donationē, eo ꝙ illa non est efficax ad agendū,vel retinendū, seu ēt cōstituendū vt ff.de cōstitu.pecu.l.3.§.1. sed naturalis sic.q̃ sufficit ad cōstituendum. vt ff.de consti.pe.l.1.§.debitū.& probaī.ff.de dona.l.hoc iure.§.vl.Mera ideo dicitur, quia si ex necessitate, non est donatio. in necessitatibus.n.nemo liberalis existit. vt ff.de admi.le.l. rē legatā.Et propterea beneficiorū cōcessiones,quę a prælatis fiunt,non sunt donationes;qa potius ex necessitate q̃ ex volūtate procedūt.Nā tales donatores de euictione teneni, vt si cōtulerint qđ non possint,conferant qđ colatū teneat,vt ṡ.de præben.c.inter cætera 7.q.
2 1.c.presentiū.† In meris aūt donationibus actio de euictione locū non habet
3 vt ff.de ędi.edi.l.ad res donatas.¶ † Dicitꝰ autē donatio a dono, quasi doni datio. vt ff.de dona. causa mortis.l.sena-
4 tus.§.1. ¶Donationum † aūt duæ sunt species, alia simplex, alia ob causam. Simplex, quæ causam non habet. Ob cām, vtpote donatio causa mortis, donatio propter nuptias. Itē donationū alia inter viuos,alia cā mortis. Donatio inter viuos est, qñ rē q̃ dono,malo illum habere cui dono,q̃ me. Donatio causa mortis est,qñ rem, quā dono,malo me hr̃e,q̃ illū cui dono,sed magis illū q̃ hæredē meum. vt ff.de do.cā mor.
5 l.1. ¶Donare † non pôt monachus vel

conuersus, quia nihil habet, vt 54. dist. c. abbati. nec abbas seruũ ecclesiæ, qa in illa donationis spẽ necessaria est compensatio, scilicet vt dentur ecclesię duo serui eiusdẽ meriti & peculij, vt 12. q. 2. c. eps qui mancipiũ. Alias aũt res cum consensu capituli, vel solus donare potest, sed cum solus donat, donatæ rei q̃titas, & illius terræ consuetudo diligentius est attendenda, & fm hoc donum est ratum vel irritum iudicãdum, vt j. e. c. cæterũ. Itẽ donare nõ potest minor 25. annis, vt C. si maior fac. alie. ra. ha. l. vlt. furiosus, prodigus, & is cui bonis interdictum est, vt ff. e. t. l. Modestinus. ff. de cu. fu. l. Iulian⁹. ff. de ver. obl. l. is cui. Itẽ is cui interdicta est alienatio, vt qa cõmisit crimẽ læsæ maiestatis, vel ẽ hæreticus. C. ad le. Iul. ma. l. vlt. & C. de hę re. & mani. l. manicheus. 6. q. 1. c. qro er go. §. verum. j. de hære. c. ad abolendam & c. vergentis. In alijs criminibus donare nõ põt quis post sñiam. vt ff. e. titu. l. post cõtractũ & l. donatiões. §. vl. Itẽ donare nõ potest seruus, nec filiusfamilias. vt ff. e. tit. l. filius. Nec pupillus sine auctoritate tutoris. vt ff. de acq. re. do. l. pupillus.

6 ¶ Donari † non potest, qđ in alterius dñium transferri non ualet, ut ff. eo. ti. l. in ædibus. §. vlt. Donari nõ pt à prælato sine consensu capituli. vt j. e. c. fraternitatem. & c. pastoralis: nisi sit res modica, vt superius dictũ est, & præter quinquagesimam & centesimam. vt s. de his quę fiũt à pla. sine cõsensu cap. c. pastoralis. & de hoc plenius nota. eo. ti. §. in summa. Item non possunt donari aliqua in enormem ecclesiæ læsionẽ. vt j. eo. c. fraternitatem. Sed quid si per plures & modicas donationes grauiter lædatur ecclesia, tamen nulla illarũ per se allatura sit detrimentum? Dixerũt q. dam, omnes donationes reuocari debere ar. ff. de iure pa. l. si libertus. Sed circa hãc q̃stionẽ dicas, qđ not. s. de his quæ fiunt à præla. sine con. ca. in fi.

7 ¶ Requirit † scripturam illa donatio, quæ excedit summam quingentorum aureorum vt C. de dona. l. pe. & vl. Vocatur autẽ hæc scriptura insinuatio, quæ si fiat in actis, nõ est necessariũ adhibere testes. Nã superfluũ est adhibere testes, cùm publica munimenta suffciãt. vt C. e. ti. l. in donationibus. Aliæ verò donationes, quæ j. prædictã quantitatem subsistũt, sine scriptura fieri possunt. vt C. e. tit. l. 1. in extraneos. Sed donationes, q̃ fiunt a principe in priuatũ cuiuscũque sint quantitatis, valent sine scriptura. vt C. eo. ti. l. sancim⁹. Resp. 1. Et ẽ conuerso, quæ fiunt à priuato in principem. vt C. e. ti. auth. ibi signata quæ incipit. itẽ & à priuatis. Itẽ cũ donatur pijs locis, in quibus optima mensura est rerũ donatarum immensitas, vt in Auth. de nõ alien. aut permu. re. eccl. §. si nimis col. 2. Item sponsalitia largitas insinuationem non desiderat. vt C. de dona. ante nup. auth. eo decursum. Item & cũ creditor futuri temporis remittit vsuras. vt C. eo. tit. l. Modestinus.

8 ¶ Perficitur donatio † nudis verbis, vt Instit. cod. titu. §. perficiuntur. consensu tamen donatoris & donatorij interueniente, aliàs secus, vt ff. de actio. & obligatio. l. obligationum substantia. quia nuda ratio scilicet non concurrente consensu alterius non facit aliquem debitorem. vt ff. eo. titu. l. nuda.

9 ¶ † Tenẽtur donator ad rẽ tradẽdã. vt insti. e. tit. §. perficiuntur. C. e. ti. l. si quis argentũ. §. vl. Et si res euincantur, non tenetur donator de euictione. vt ff. eo. tit. l. Aristo. nisi ex pacto cõuenerit. vt C. eo. ti. l. 2. vel nisi donatio à promissione incepit. vt ff. de ver. ob. l. vbi aũt non apparet. §. vlti. Item tenẽ donator inquantum facere possit, i. habita rõne sui, ne egeat, vt ff. de re iu. l. sunt q. & l. inter eos & l. Nensenius. & l. ne liberalitate. & ff. de re. iur. l. in cõdẽnatione.

10 ¶ Reuocanẽ † donationes multis ex causis, propter conditionẽ in donatione adiectam. vt j. de conditio. ap. po. c. verũ. Propter pacti turpitudinem vt j. de simo. c. de hoc aũt. & c. audiuimus & c. veniens. Propter dati enormitatem, vt 12. q. 2. c. si quis irascitur. Propter suscipientiũ fraudem. vt 16. q. vlt. c. con-

c.constituit. Propter superuenientem filiorũ natiuitatem. vt 17.q.vlt.c. quicunque. Propter dãtis impotentiam. vt 17. q.vlt.c.quæsti. Propter causæ defectũ, vt ī.de cle. coniuga.c.ꝗ te cum inimicis. Item reuocatur aliquando donatio quatenus excessit. vt 12.q.2.ca.si quos de seruis. vt C.eo.tit.l.sancimus. Item propter ingratitudinem. vt ī.eod.c.ul. Item si quis impugnet eum, à quo beneficium habet, perdit beneficium. vt ī. de postu.c.vlt.C.de reuo.dona.l.generaliter. Sic perditur feudum. vt 96. dis. c.si imperator.& legatum.ut ff.de inoff.testamen.l.Papinianus.§.meminisse. Sic reuocatur in seruitutem, qui patronum impugnat. vt C. de obse. patro.ꝑs. l.si manumissori.12.q.2.c. liberti.& ca.
11 octauo. ¶Sunt & † quædam causæ ciuiles, propter quas donatio reuocatur. ut donatio facta liberto, quæ sola ratiõe non præstiti obsequij reuocatur. Et qđ magis est mirabile, etiam res empta ex pecunia donata. ut C. de reuo. do.l.1. ex hac tamen causæ non reuocatur libertas, vt C. de libe.causa.l.solo. Item reuocatur donatio facta libertis tota propter liberos postea à patrono susceptos. vt C. de reuo. do.l.si vnquam, alias non reuocatur tota. ut C. de inoff.
12 do.l.si totas. ¶Donationes † verò in filium emancipatum factæ reuocãtur ex quinq; causis ingratitudinis. Quatuor continentur ī.eod.c.vlti. adde & quintam per l.C.reuocan.do.l.vlti. scilicet si non compleantur conuentiones adiectæ. Sed mater, quæ filio donauit, & postmodum ad secundas nuptias transiuit, ex his quinque causis donationem reuocare non potest. ut C. de reuo.do. l.his quæ. Sed ex trib⁹.s.si filius uitæ matris insidietur, manum in eam inferat, totius substantiæ molliatur iacturam. ut auth.super.l.illa signata. quæ incipit sed postquam. Cæterum si in extraneum donatio conferatur, poterit ex quinque causis superioribus reuocari. vt C.de reuoc.dona.l.vlt.inst.eod.titu. §.aliæ.

SVMMARIVM.

1 *Peculium quid sit, & unde dicatur.*
2 *Peculij duæ sunt species.*
3 *Clerci an possit habere peculium.*
4 *Clerici an de peculio testari possunt.*
5 *Clerico relictum an præsumatur intuitu ecclesiæ, uel personæ.*
6 *Clericus qui in terra ecclesiæ uineam fecit uel agellum, illud pretium in suo peculio usque ad suam obitum retinet.*

¶DE PECVLIO CLERICORUM. Rubrica.

DIximus in superiori titulo đ donationibus: Sed quoniam clerici ex suo peculio donationes facere possunt; ideo subsequenter subijcitur hic rub. de peculio clericorum. ¶Videamus igitur qđ sit peculium. Vnde dicatur. Quæ sit eius species. Quibus clericis liceat habere peculium.& quid de
1 ipso facere possunt. ¶Peculium † clericorum est patrimonium clericorũ. Nã peculium patrimonium appellatur. ff. ad Trebel.l.cogi.in prin. Stricto tñ modo & vsualiter peculium dici solet filiorum, & seruorum, quod pater filio & dominus seruo cõcedit. vt ff.de pecu.ꝑ totũ. ¶Dicitur aũt peculium à pecunia, totũ.n.qđ hoĩes hñt, pecunia appellãtur; pecunia verò à pecorib. quia quicquid antiqui habebãt, in pecorib⁹ consistebat. vt 1.q.3.per totũ. ¶Peculij duæ
2 sunt species. † aliud.n. ꝓfecticiũ, aliud aduentitium. Profecticiũ quod proficiscitur ex bonis patris. Aduentitium qđ quæritur aliunde. Sic & in clericis dici potest, vt peculium profecticium sit, qđ de bonis ecclesiæ procedit. vel quod ecclesiæ cõtemplatione acquiritur. Aduẽtitum qđ acquiritur ex opera, vel alias prouenit intuitu personæ, nec distinguitur vt in tit.proxi.c.requisisti. ¶Possunt
3 habere † clerici propria paternæ uel maternæ successiõis vel iure cognatiõis vsque ad quartum gradum. vt C.de epis. & cle.auth.licentiam.& in Auth.de ecclesiasti.

eclesiast.tit.§.interdicimus, colla.9.Vel ex artificio suo.vt ĩ. tit.prox.c. qa uos. & c.relatũ,in fi.91.d.c. clericus. nam & apostolus arte & manibus uictũ quære bat.ut.10.q.3.c.cauendũ in fi. Vnde idẽ dixit.ad ea quæ mihi opus erant,& his qui mecũ sunt, ministrauerunt manus istæ.ut.21.q.1.c.1.in fi.Et hoc uerũ est, nisi aliqui renũciauerũt proprijs,ut mo nachi,canonici regulares,& cõuersi pro fessi.ut infra de statu mo.c.monachi. & c.cũ ad monasteriũ subiacẽ.12.q.1.c.no lo.& c.nõ dicatis.infra de priuil.c. cũ & plantare. §.de cõfratribus.& c. cũ priui legia.& 27.q.1.c.ut lex.& idẽ dico ĩ om nibus religiosis, qui se ad abdicationẽ proprietatis astringũt. possunt tamẽ re ligiosi habere peculiũ,quibus fuerit ab abbatibus seu prioribus permissum, ut in decre.cum ad monasterium.§.qui ue

4 rò.† ¶ Clerici de peculio aduenticio te stari possunt,ut infra ti.proxi.cap.quia uos.& si in parentũ potestate fuerint, pñt testari de peculio castrensi, vel qua si.vt.C.de episc.& cle.l.sacros.C.de as ser.l.velut.Sed etsi ab ĩtestato decedãt, succedunt cognati in his bonis.vt.12.q. 1.c.sicut manifestè.& c.eps qui filios & q.3.c.vl.sed & viuẽtes pñt de eis facere qdquid velint.vt ĩ.de succes.ab intes.c. 1.12.q.3.c.fixum.De peculio autẽ pro fectitio testari non pñt.Quod in immo bilibus verum est, nã de mobilibus bo nis ecclesiæ põt clericus cognatis, ami cis,& familiarib⁹,& pauperibus eroga re.vt.86.d.c.nõ satis. etsi sit san⁹ vt ibi. Item infirmus & compos mentis.vt ĩ.e. c.ad hoc. Item in morte. vt ĩ.eod.c.re

5 latum.§. licet. ¶ Illud in summa † no tandum est,ꝙ si clerico prælaturam vel administrationem aliquam non habẽti aliquid datum fuerit vel relictum à co gnato vel extraneo,eius peculiũ est;in telligitur enim relictum non intuitu ec clesiæ,sed personæ.vt ĩ.titu. prox.c.re

6 quisisti.§.illud.† Item si clericus in ter ra ecclesię vineam fecerit vel agellũ,il lud pretium in suo peculio vsq; ad suũ obitum retinebit. vt infra eo.c.si quis, nam huiusmodi precaria possessio,quæ ad preces clerico vt stipendium datur, cum vita finitur.vt 12.q.2.c.sæpe.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum quid sit.*
2 *Testamentum vnde dicatur.*
3 *Testatoris voluntas est ambulatoria vsque ad mortem.*
4 *Testamentorum quot species sint.*
5 *Testamentum quas solennitates requirat. & nume.6.*
7 *Testamentum minus solẽne quãdo valeat.*
8 *Testamentum quis facere possit.& nu.9.*
10 *Testamentum qualiter infirmentur. & nu mero 11.*
11 *Testamentum non legitimè factum an sit ipso iure irritum.*
12 *Vltimæ voluntatis quis sit effectus.*
13 *Testamẽtorũ defensio ad ecclesiã pertinet.*
14 *Intestatus quando quis decedat.*

¶DE TESTAMENTIS. Rubrica.

TRactauimus supra de donationi bus inter uiuos & causa mortis. Sed quia donationes causa mor tis in testamẽtis fieri solent. Ideo dica mus de testamẽtis. Vel alias. Supra di ctũ est in proxi.titu.de peculio tam pro fectitio,quàm aduẽtitio; sed quia cleri ci de aduẽtitio testari possunt, ideò de testamẽtis subijciamus. ¶Videamus igi tur qd sit testamẽtũ. Vnde dicatur. Qua liter cõficiatur. Quot sint eius species. Quot testes requirũtur in eo. Quis pos sit facere testamẽtum.Qualiter cõfirme tur uel infirmetur. Et qs ultimæ uolũta

1 tis effectus. ¶Testamentum † est uolun tatis nostræ iusta sententia de eo, quod post mortem suã quis fieri uoluit.ut.ff. eo.tit.l.1.Et intellige cum quis in testa mẽto de toto suo patrimonio disponit ut excludatur codicillus,& speciale reli ctũ.Vt tñ hoc scias,ꝙ si qs hæredẽ insti tuat in re certa uel in pte, & de reliquo nõ disponit,de toto disposuisse,uĩ;unde scriptus

ſcriptus hæres totum capiet; quia & in
parte totus as continetur. vt. ff. de hær.
inſt. l. ſi quis ita ſcripſerit. & C. eo. tit. l.
2 quoties. ¶ Dicitur autē teſtamētū † qua
ſi teſtatio mentis, non tamen quælibet,
3 ſed illa quę de hęreditate diſponit. † Et
eſt volūtas teſtatoris ambulatoria vſq;
ad ſummum vitæ exitū. vt. ff. de adimē.
le. l. 4. ff. de dona. inter vir. & uxor. l. cū
hic ſtatus. §. præſentiā. C. de codicillis.
l. 3. ꝭ. de cele. miſ. c. cū Marthæ. Vñ apo
ſtolus. teſtamentū in morte cōfirmatur.
& in tantum vt ante mortem quandocū
que mutari poſſit, etiā ſi pacto conuene
rit ne mutetur. vt. C. de pac. l. pactū do-
tale. & etiam ſi teſtamētum ſit per prin
cipem cōfirmatum. ar. C. de teſta. l. om-
nium. ¶ Teſtamentorū duę ſunt ſpecies,
4 † aliud nuncupatiuum, aliud in ſcriptis.
Nuncupatiuū in ſola nuncupatione cō-
ſiſtit teſtatoris, nō ſolēnitate ſcripturæ.
5 † ſeptem tamen teſtes neceſſarij ſunt,
& hæredis nominatio. vt Inſt. e. ti. §. vl.
C. e. tit. l. hac conſultiſſima. §. per nuncu
pationem. Item eſt neceſſariū, quòd fiat
uno cōtextu, id eſt nullo alio actu inter
poſitio, niſi forte actu naturę; vt cùm ne
ceſſitate ſeceditur ad depoſitionem ſu
perflui ponderis, vel cùm forte interpo
nitur datio medicinę, vel breuis lāguor
interuenit. vt. C. e. ti. l. cū antiquitas. ff.
eo. ti. l. hæredes. §. vl. ¶ Quod autem fit
6 in ſcriptis, † exigit numerū, ſubſcriptio
nes, & ſignacula. 7. teſtiū. Et ſi teſtator
velit occulta eſſe teſtib⁹, q̄ teſtatur char
tam ſui teſtamenti clauſam & inuolutā
teſtib⁹ repræſentet. Et dicat eis, hoc eſt
teſtamentū meū, rogo vt ſubſcribatis &
eis ſubſcribentibus ſubſcribat & ipſe te
ſtator, vel alius loco octaui teſtis. vt. C.
e. ti. l. hac conſultiſſima. Subſcriptio aūt
teſtatoris continebit nomen eius & no
men hęredis. vt. C. e. t. l. iubemus. Sed ſi
teſtator propria manu ſcripſerit teſta-
mētū, & hoc ſpecialiter in ſcriptura po
ſuerit ꝙ manu fecerit non req̄ritur alia
ſubſcriptio vt. C. e. ti. l. cū antiquitas. §.
7 vlt. † Ab his ſolennitatibus excluditur
teſtamentū militis. vt. C. de mili. teſt. l.
quanquā. Teſtamētū ruſtici in quo ſuffi
ciunt quinq; teſtes. vt. C. e. ti. l. vl. Teſta
mentum corā principe confectū, cuius
præſentia ſufficit pro ſolennitatibus oī-
bus. vt. C. eo. ti. l. omnium. Excipitur te
ſtamētum, quod fit inter liberos. vt. C.
eo. ti. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfe-
cto. & auth. ibi ſignificata. hoc inter libe
ros & C. fa. erciſc. l. vlt. Item in his, quę
relinquuntur eccleſijs, ſufficit minus ſo
lennis volūtas. vt ꝭ. eo. c. cum eſſes & c.
relatū. Quidā tñ dixerūt per decr. illas
derogatū legibus loquentibus de ſolen
nitatibus teſtamentorū. Tertij dicūt, ve
rū eſſe qđ derogať, dū agitur in foro ec
cleſiæ, ſecus ſi agatur ī foro ſeculari. Itē
valet teſtamentū min⁹ ſolenne, ſi ſpecia
li priuilegio principis ſolennitas ſit re-
miſſa. vt. C. e. ti. l. fine ſpeciali. ¶ Nūc di-
8 camus, qs teſtamētū facere poſſit. † Qđ
ſatis apparebit, ſi dixerimus qs facere
nō poſſit, vt ar. ff. de his qui ſunt ſui vel
alie. iuris. l. 1. in pri. & ff. de peu. l. Pōpo
nius. §. ſtipuletur. ¶ Nō pōt facere teſta
mentū ſeruus. Itē filiusfa. niſi ſit miles,
qui de peculio caſtrē. vel quaſi, pōt te-
ſtari. vt Inſti. quibus nō eſt permiſ. fa. te
ſta. & C. de aduo. diuerſo iudi. l. fori. &
Inſt. de mil. teſt. §. vlt. Item impubes, fu
rioſus non habens dilucidū interuallū.
Prodigus, cui bonorū adminiſtratio eſt
interdicta. Mutus, q nihil loquitur. Sur
dus, qui omnino non exaudit. vt Inſtit.
quibus non permiſ. fa. teſtamentū. Cęc⁹
autē poteſt cum ſolennitate, quę habe-
tur. C. quibus nō eſt permiſ. facere teſt.
l. hac conſultiſſima. Itē illi, qui proprijs
renunciauerunt, qui nihil habēt. totum
.n. dedit q ſe Deo obtulit. Vnde ingreſ-
ſi monaſteria ſe & ſua dedicāt Deo. nō
ergo teſtari poſſunt vtpote nec domini
rerū. in Auth. de monachis. §. illud. C.
de ſacroſan. eccl. l. ingreſſi 19. q. 3. §. q a
ingredientibus. Sed ſi filios habens mo
naſterium ingreditur nullo condito te-
ſtamēto, permittitur eis diuidere, vt in
Auth. de ſanct. epiſcop. §. ſi qua mulier.
C. de ſacroſan. eccle. authen. ſi qua mu-
9 lier. ¶ Sed nunquid eremitæ, † & alij
ſolitaria

solitatiam vitã agentes, qui nulli se ecclesiæ tradiderũt, testaméta cõdere possunt. Respondeo sic.vt 19.q.3.§.co.contra paulus.¶De quibus auté rebus clerici testari possunt,& de quibus nõ possunt, dixi.§.ti.proxi.§.clerici.¶Confirmatur autem testamẽtũ morte testato
10 ris, vt superius dictum est. ¶† Infirmatur volũtas primi testamẽti per fin, vt inst. quib.mo.testa.infir.§.Sed si quis. Infirmantur auté testamenta per agnationẽ posthumi.vt.C.de posth.l.1. Per secũdi testamenti cõfectionem, quod iure perfectum est quantum ad solénitatem iuris;& quia in eo instituti sunt illi, qui pteriti dicerent testamentũ ipso iure nullum. Nam in secundo testaméto preteriti sunt filij in ptãte testatoris constituti, cum ipso iure non teneat secundum, non rumpitur primum.vt Instit.quibus mo.test.infir.§.1.& 2.ff.de vulg.subst.l. si quis.§.vl.Ité per capitis diminutionẽ ipsius testatoris, vt Instit.eod.tit.§.alio quoq;.Item si testator mortem sibi cõsciuerit.vt.C.de bo.eo.qui mor.sibi cõ sci.l.1.Ité rumpitur per bono.poss. contra tabulas,& p querelã Iofficiosi.¶Est
11 † aũt irritũ testamentũ ipso iure, si non legitimè factũ est.vt.C.eo.tit.l.ex imperfecto.Ité si filius in patria ptãte constitutus ptereatur.ff.de iniusto rup.test.l. 1.Vñ tũc dicit testamentũ ipso iure nullũ, vel impugnat per querelã inofficiosi.vt.ff.de inof.test.l.3. Sed emãcipatus expugnat de iure ptorio.s.per bonorũ possessionẽ cõtra tabulas. Nec mireris si dicã aliud in suo,& aliud in emãcipato: nam licèt dicatur alias sublatã esse differentiã emãcipationis,& patriæ potestatis, vt Inst.de hær. ab intesta.§.nullam verò.& Instit. de exhære.lib.§.nostra autem.uerum est, quo ad hoc vt tã iste quàm ille admittatur contra patris
12 testamentũ, sed quilibet suo iure.† Effectus vltimę voluntatis est vt ei omnino stetur.vt.13.q.3.c.vltimæ, j.eo.c.nos q dem. Vnde volũtas testatoris est lex. vt
13 in Auth.de nnpt.§ disponat. † In sũma notandum est, quòd testamentorum defensio ad ecclesiam pertinet.vt j.eo.c.si hæredes c.tua nos c.quidé & c. executores.ff.d' pe.hęr.l.si hæreditas.§.si defuncto.nõ autem eorum publicatio. vt.C.
14 de test.l. consulta diualia.† Item nõ videtur decedere intestatus, qui extremã voluntatem alterius dispositioni committit.vt j.eod.c.cum tibi, secus si committatur voluntati. vt si dicat. instituo Ticium hæredem, si seius voluerit; hæc enim institutio captatoria est. vt.C.de testa.mili.l.captatorias. Et est, quia in in hoc casu testamentum exprefsè committit arbitrio alieno. sed in primo tacitè,& ideo ius diuersum. vt.ff.de hær. inst.l.illa institutio &.l. si quis Sempronium,&.ff.de cond.& demon.l. nonnunquam.ff.de le.2.l.1.&.ff.de le.1.l.captatoriæ. An autem prælato & ecclesiæ cõiunctim, vel prælato tãtum, vel ecclesiæ tantum, relictum aliquid in testaméto videatur, attẽdes distinctionem, quam facit j.eo.c.requisisti. De quartis auté hoc non dico, quia materia legalis est tota, sed recurras ad ea quę nota.s.eo. c.Raynucius & c.Raynaldus.

SVMMARIVM.

1 *Intestatus decedere quot modis qs dicatur.*
2 *Laico decedenti ab intestato quis succedat.*
3 *Clerico intestato morienti qui succedãt. & nu.4.5.& 6.*
7 *Intestatus non videtur decedere qui monasterium reliquit hæredem.*

¶DE SVCCESSIONIBVS ab intest. Rub.

EGimus de successionibus ex testamento, nunc agendũ est de successionibus ab intestato. & ideo subijcitur hic rubric.de success.ab intesta. ¶Videamus igitur quot modis dicatur quis intestatus decedere. Quis intestato morieñti succedat,& in quibus rebus.
1 ¶Quatuor modis † dicitur quis intestatus.s.si omnino nõ fecit testamentũ; vel si fecit,& non iure; vel fecit iure, sed postea

fea ruptũ est aliqua de causis, quas no tavi supra tit. proxi. §. infirmantur. vel si ex illo testamento nemo sit hæres. vt
2 in Auth. de hær. ab intest. in prin. ¶ † Laico decedenti ab intestato succedunt cognati primò descendentes, postmodum ascendẽtes, deinde collaterales. vt in p̃dicta Auth. de hære. ab intesta. His autem omnibus deficientibus succedit vir vxori, & vxor viro. vt. C. vnde vir vxor. l. 1. vltimò succedit fisc⁹. vt. C. de bo. va
3 can. l. 1. li. 10. ¶ † Clerico intestato moriente succedunt cognati secundum ordinem prænotatum. Et hoc verũ est in his bonis, q̃ sibi p̃sonæ intuitu obueniũt vt. 12. q. vlt. c. vlt. & vt no. s̃. tit. proxi. §. clerici. omnibus deficientibus succedit ecclesia quasi fiscus. vt j̃. eod. c. 1. 12. q. 2. ca. vlt. Et hoc intelligo vbi res clerici decedẽtis sunt manifestę à reb⁹ ecclesię 12. q. 1. c. sint manifestæ. Nam si fuerint res confusæ, vt dubitetur an habuerit aliquid propriũ, vel certũ, sed nescitur quid vel quantum. In primo casu præsumitur pro ecclesia, & totũ sibi vẽdicat. ar. 12. q. 3. c. quicunque. ff. de reb. dubijs l. ciuilibus. Si verò certum sit, q̃ habuerit, sed nescitur quid vel quantum, locum habet distinctio decre. j̃. co. c. 2. vt sumatur tantum de bonis ecclesiæ, quãtum creditur habuisse defunctũ, & illud in partes quatuor diuidat̃, nec indignę; nullus. n. nobis proximior hæres q̃ qui nos Deo proximos facit, vt infra d̃ pœ. ca. presbyter. Vel loquitur decre. illa in illis presbyteris, qui ex seruis facti sunt presbyteri. Et hunc intellectum innuit illud verbum presbyteros suos. s. seruos olim. & illud, sicut liberti facti sunt. & il
4 lud peculiũ. s. respectu prioris stat⁹. † Sed quid si clericus ab intestato decedẽs in pluribus ecclesijs intitulatus fuerat? Dico bona illius si cognatos non habeat, debere distribui inter illas pro rata bñficiorum, quæ obtinuit in eisdem. vt s̃.
5 ti. prox. c. relatum. §. vlt. † Item quid si clericus habẽs cognatos decedat ab intestato relictis bonis, de quib⁹ dubitat̃, an q̃sita sint intuitu ecclesiæ vel p̃sonæ? Respondeo si fuerit prælatus præsumo quòd intuitu ecclesiæ quæsita. si priuat⁹ præsumo quæsita gratia p̃sonæ. arg. s̃. ti. prox. c. requisisti. §. vlt. &. C. de episc. & cler. auth. licentiam. Vel dico, q̃ si ecclesia possideat bona, de quibus agitur, cognati agentes probare debent quæsita fuisse contemplatione personæ. Vel econtra si possideat cognati, & ecclesia vendicet, ipsa p̃babit bona quæsita fuisse intuitu ecclesiæ; non enim sine causæ cognitione talia auferẽda sunt possessori. vt 12. q. 5. c. nulli. ¶ In summa notan
6 dum est. † quòd si clericus vxoratus nõ habens cognatos ab intestato decedat, vxor ei succedit in proprijs bonis & ecclesiæ præfertur. C. de episco. & cler. l. si
7 quis presbyter. ¶ † Item nota, q̃ non videtur decedere intestatus, qui monasteriũ reliquid hæredẽ. vt supra de probatio. c. in præsentia.

SVMMARIVM.

1 *Sepultura quid sit.*
2 *Ius funerandi quotuplex.*
3 *Sepeliri apud quam ecclesiã quis debeat.*
4 *Portio legitima quæ sit.*
5 *Ecclesiastica sepultura q̃bus interdicatur.*
6 *Portio canonica in quibus nõ habeat locũ.*
7 *Canonica portio cui ecclesiæ spectat.*
8 *Peregrinus viator decedens in qua ecclesia habeat sepulturam.*
9 *Defunctus si reliquit in testamento parum ecclesiæ parochiali, et multum ecclesiæ in qua sepulturam elegit, an parochialis ecclesia illo modico contenta esse debeat.*
10 *Cui communicamus viuo, communicamus & mortuo.*

¶ DE SEPVLTVRIS.
Rubrica.

DIctũ est supra de successionibus in bonis defunctorũ siue ex testamẽto siue ab itestato; sed q̃a morientes sepelliuntur. Ideo subsequẽter ponitur hic rub. de sep. ¶ Videamus igitur q̃d sit sepultura. Quid ius funerã

di, quæ ecclesia habeat ius sepulturæ, & apud quã ecclesiam debeat quis sepeliri, & quibus interdicitur ecclesiastica sepultura. ¶Sepultura quidẽ multas ha-
1 bet acceptiones.† Quandoq; dicitur officium quod impenditur sepeliendis, & secundum hoc intelligitur, ꝙ aliàs dicitur sepulturam uendi non posse. vt j. de simo. c. non satis. 13. q. 2. c. præcipiendũ. & 1. q. 1. c. dictũ. Quãdoq; dicit̃ ipsa terra. Et tunc si est de cœmiterio siue fuit aliquis ibi sepultus, siue nõ vendi nõ potest. vt. ff. de rei ven. l. ꝗ religiosis. Quandoq; tumba marmorea, vel lapidea, dr̃ sepultura, & hæc vẽdi potest, si sit pura, idest si nullus in ea sit sepultus. Si autẽ aliquis sit in ea sepultus, quia ꝑ hoc locus factus est religiosus vt. ff de relig. & sumpt. fu. l. 2. 13. q. 2. c. q. & c. postquam uendi non potest. Quandoq; dicitur terra deputãda ad vsum sepulturæ, & hæc vendi non põt. vt. 12. q. 2. c. aurum. ¶Ius
2 funerãdi est duplex. † Vnum quod competit ecclesiis. Secũdum qđ dicitur potestas sepeliẽdi in cœmiterio ꝑuenĩẽs ecclesiis ex concessione põtificis. Tenetur. n. episcopus assignare maioribus ecclesiis cœmiterium. 40. pedum. minoribus. 30. vt. 17. q. 4. c. sicut antiq̃tus. & debet cœmiteriũ tale assignari, quando locus ecclesiæ consecratur. vt de conse. di. 1. c. nemo. Quædam autẽ sunt ecclesiæ, quæ non habent ius funerandi, vt capellæ quæ sunt in castris, vel in ciuitatibus in locis strictis. vt. 17. q. 4. c. quisquis. in fi. & quibus ep̃i cœmiteria nõ concesserunt. ¶Est & ius funerandi, quod his cõpetit, q̃bus ius est mortuos inferẽdi. vt. ff. de mor. inferẽ. per totũ. ¶Apud quã
3 ecclesiam quis debeat sepeliri, † diuersi diuersa scripserũt. Hug. n. dixit ibi aliquẽ sepeliendum, vbi audiuit diuina & recepit sacramenta. vt j. cod. c. 1. nisi in tribus casibus. cum quis vult sepeliri in ecclesia episcopali. vt. 13. q. 2. c. vbicunque. Vel nisi eligat sepulturam in loco magis religioso. vt j. eod. c. fraternitatem. Vel nisi velit sepeliri in sepulchro patrum suorum. vt j. cap. 1. & 13. q. 2. c. placuit. Mihi autẽ videtur, vt quis possit sibi eligere sepulturam vbicunq; velit. dũ tamen ecclesiæ parochiali legitima portio relinquatur. vt j. eod. c. 1. & c. de his. & c. cum super. Et hoc verũ est, etiam si sepultura eligatur in loco minus religioso. vt infra eod. ca. in nostra. Iura verò contrarium innuentia intelligo, quãdo sepultura eligitur ex electione alterius, aut ex odio vel contemptu proprij sacerdotis, vel quando moriẽs non relinquit ecclesię parochiali legitimam portionẽ. Si verò aliqua ecclesia receperit corpus alicuius in casu nõ cõcesso, reddet corpus cum omnibus quæ obuenerunt ei ratione corpus. vt j. eo. c. fraternitatem, in fi. & c. ex parte. & c. in nostra. ¶† Legitima portio dicitur 4
tertia iudici. vt j. cod. c. 1. Vel dimidia, vt j. eo. c. relatum. Vel quarta, vt j. eo. c. cũm super. Sed hæc varietas determinatur secundũ locorum consuetudinẽ. vt j. eo. c. certificari. ¶Sed quid si nulla appareat consuetudo? Quarta debetur, vt j. e. c. in nostra. In hoc enim prædicta iura conuenire videñ. vt arg. ff. de arb. l. diem. § si plures. ¶ Quid si sit consuetudo, ꝙ aliquid detur? Puto quod non valeat, cũm non sit rationabilis, vt s. de consue. c. vlt. & sit contra ius, vt j. cod. c. 1. Portionem istam intelligunt quidã de toto iudicio vel testamento. & hoc innuunt duæ decre. j. cod. c. 1. & c. cum super. Alij dicũt, quòd illa portio debetur de his quæ defunctus iudicauit vel reliquid gratia sepulturę illi ecclesię in qua eligitur sepultura. ¶Interdicit̃ ec-
5 clesiastica † sepultura hæreticis, & paganis. Et eodẽ modo iudæis. vt de cons. dist. 1. c. ecclesiã. & c. seq. Item eodẽ modo excommunicato. j. de hęr. c. sicut. ẽt excommunicatione minori. vt. 24. q. 2. c. sane quod super. ¶Quid si excõmunicatus sepult⁹ in cœmiterio fuerit? Extumulari poterit, nisi ossa ipsius cũ ossib⁹ non excõicatori ita permixta fuerit & confusa, vt nequeant separari. vt j. e. c. sacris. Itẽ decedẽti in pc̃õ mortali manifesto sine pœnitẽtia vt. 13. q. vl. c. q̃situm. &

tum.& c.quibus.& c.pro obedientibus.23.q.5.c.placuit.& q.7.quicunq; clericus. Itē vsurarius manifestus.vt j.de vsuris.q.1 Sed si cōfiteatur,sicut corpus Christi ei cōceditur ita & sepultura.vt in c quisquis.8 & 95.di.c.illud. & idē ē si i morte signa confessionis & pœnitentiæ appareāt.vt j.de sent.excomm.c.à nobis.in fi.Fallit hoc in quibusdam casibus,in quibus ad terrorē inducitur, vt cōcedatur corpus christi,& sepultura negetur.vt j.de tormentis.c.1.de raptor.c.sup eo.Vel hoc 9 inductum est in confusionem hæredū, vt facilius satisfacere compellantur.Iure tamen nouo statuitur,vt si qs pro crimine fuerit excōmunicatus, & in extremis agens fuerit secūdum formā ecclesiæ absolutus,nec cœmiteriū ei, nec ecclesiæ suffragia denegētur. Sed hęredes & ꝓpinqui,ad quos bona peruenerint, satisfacere compellūtur.vt j. eodem c. parochiano.¶In summa notandum est, †q; canonica portio,de qua superius dictum est, locū non habet in his qui sani ꝑ ingressum religionis se dedicāt Deo. vt j.eo.c.de his. Itē in armis & equis tēplarijs & hospitalarijs gratia sepulturę relictis, ipsi.n.deputati sunt in subsidiū terræ sanctæ, & hæc tanquam ad vsum subsidij necessaria ꝑ priuilegiū sunt exceptá,vt non subiaceant canonicæ portioni.vt j.eo.c.in nostra.Sunt & quędā alia, quæ in hanc non veniunt portionem,vt s.de testa.c.vlt.¶Sed quæritur,
7 †quid si quis in vna ecclesia habeat sepulturam,in alia præcipiat sacramēta ; in tertia eligat sepeliri?cui ecclesiæ cōpetit canonica portio?Respondeo:diuidetur inter duas primas. Vel obseruabitur loci cōsuetudo.arg.j.de deci.c.apostolicæ. Itē quid si quis assumatur in cō fratrē alicuius loci religiosi, bonis suis retētis nec oblatis,& ibi sepeliatur? Respondeo,non liberat à canonica portione sicut nec eximitur ab episcopali iurisditione.vt infra de pri.c.cum & plantare.§.de confractibus.& c. vt priuilegia. ¶ Item quid si quis intrat religionē?Puto non debere ecclesiæ parochiali canonicam portionem quamuis exire potuerit,tñ non exiuit sed religiosus & in religione decessit,& si non monachus, q[a] non professus. & hoc sufficit ad quartæ retentionem.vt j.eod. c. de his.& c.nostra. ¶ † Item quid si peregrinus viator decedat in loco,in quo parochiā nō habeat,nec sepulturā?Dico ipsum sepeliēdum apud maiorem ecclesiā, vel apud ecclesiā in cuius parochia mortuus est. ve.13.q.1.c.ecclesias. ¶Itē pone qd de-
9 functus † reliquit in testamento parum ecclesiæ parochiali, multū aūt ecclesiæ in qua sepulturam elegit, nūquid ecclesia parochialis erit contenta illo modico? quāuis nō attingat ad canonicam portionem,vel petet nihilominus integrām portionem,vel aget ad supplemētum computato eo quod relictū est in legitima portione. Respondeo,si nō recipit illud modicum quod sibi relictum extitit, salua manet petitio ad integrā portionem. Si aūt accipit legatum agere potest ad supplementum,computato in canonica portione qd legatum est & acceptum, ad similitudinem filij cui minus legitima portione relictū est.vt.C. de inoffic.testamen.l.omnimodo.&.l.si qn.§.illud. Quod verum est, nisi testator tali modo illud modicū reliquisset, vt eo contenta esset,tunc enim recipiendo illud modicum & sciēter,debitę portioni renunciare videtur, vt s.de test.c. officij.Vel dici potest, quod vbi absolutè & sine conditione modicum est legatum,ecclesia parrochialis & illud habebit, & nihilominus integram portionē canonicam.argu.illius c.officij. & c.requisisti.quasi testator velle videatur vt vtrunq; habeat argum.C. de rei ux.ac. l.una.§.sciendum. ¶In summa notandū
10 est,† quod cui communicamus viuo,& mortuo communicare debemus.vt j.c. ti c.ex parte. & 24.q.2.c.sane quod super,nisi post mortē appareat, quare nō fuerat communicādus in vita,vt si probetur defunctū fuisse hæreticum.vt 24.q.2.c.sane profertur. Est & alia regula cōtraria, cui non communicamus viuo

nec mortuo communicare debemus.j. eo.c.sacris.& 24.q.2.c.1.Et in hac regula excipiendū est, nisi post mortē appareat, quare communicandū erat viuo. vt j.de sentent. excōmunica.c.à nobis.

SVMMARIVM.

1 *Parochia quid sit.*
2 *Ius parochiale in quibus consistat. Oblationes an necessariò sint soluendæ parochiali sacerdoti.*
3 *Parochianus transferens domicilium ad aliam parochiam, cui subijci debeat.*
4 *Domicilium ibi est, vbi quis habitat.*
5 *Fines parochiarum an possint præscribi.*

¶DE PAROCHIIS ET alienis parochianis. Rubr.

IN superiori rubrica tractatū est aliquid de iure porochiali, quod in iure funerandi habetur, nunc subijcit rubrica, de parochijs & alienis parochianis, in qua gn̄aliter agitur de iure parochiali. ¶Videamus igitur quid sit parochia. In quibus ius parochię consistat. Et an fines parochiæ pręscribātur.
1 Parochia † est locus, in quo degit populus alicui ecclesię deputat⁹. Diuisio aūt parochiarū à Dionysio incepit. vt 13.
2 q.1.c.1. ¶Ius† parochiæ cōsistit in hoc, vt omnes parochiani in diebus dominicis & festiuis missas audiāt in ecclesia, in quarum parochijs habitant. vt j.eo. c.2.de consec.dist.1.c.si quis Et extra. Consistit in decimis personalibus, quæ ecclesiæ parochiali debētur. vt 16.q.1. c.si quis laicus ecclesię.c.quicunq;.&.de decimis. & c.statuimus.j.tit. proxi.c. ad apostolicę. Cōsistit in oblationibus, quæ dandæ sunt sacerdoti parochiali, qui & pro populo orare debet, vt 10.q. 1.c.quia sacerdotes sanctorum. Hanc consuetudinē de his oblationibus, quæ in manu sacerdotis vel altari ponūtur, dixit Hug. q̄ necessariò sunt soluendæ, & nisi soluantur potest sacerdos parochialis excommunicare non soluentes. vt de consecra.dist.1.c.omnis christianus. 16.q.1.c.statuimus 34.dist.c.præter hæc 12.q.2.c.duo. Alij autē intelligunt illud.c.omnis, de oblatione interiori, vel bonorum operum; vel consiliū est quod ibi dicitur. Alia verò duo. cc. superius allegata intelliguntur de oblationibus & donationibus factis ecclesiæ inter viuos, vel cā mortis, quæ postquā factæ sunt, necessariò sunt soluendæ. In hoc tamen concordant omnes, q̄ si sacerdos pauper est, potest cogere parochianos ad offerendum per subtractionem diuini officij. Nā vt ait apostolus. Nemo cogitur suis stipēdijs militare. j.de simo.c.cum sit. Ar.th cōtra 91.distinct.c.clericum victum. Si th parochiani alicuius ecclesiæ consueuerint in certis festiuitatibus certa ferre, agere potest sacerdos per superiorem eos compelli ad obseruandam laudabilem consuetudinem. vt j.de simo.c. ad apostolicam. Ecclesia tamen aliquorum oblationes respuit in detestationē criminum, vt puta notoriè dissidentium. Item eorum, qui opprimunt pauperes. vt 90.distin.c.oblationes. Itē raptorum. vt j.de rap.c.super eo. Itē vsurariorum. vt j.de vsu.c.quia in omnibus. Item meretricis, vt in deuteron. nō accipias mercedem prostibuli. Et Isa. Non accipias mercedē meretricis. Itē immunitatem ecclesiæ violantis. vt 17. q.4.c.miror. Itē cōsistit ius parochiale in eo, vt parochiani pœnitentiā à suo presbytero parochiali percipiant, nisi ab eo licentiam habeāt vt ab alio recipere possint. de pœ.dist.6.c.placuit. j. de pœ.& remi.c.omnis vtriusq; sexus. Item consistit in cœmiterio, & in his sacramentis cōferendis, & officijs celebrādis suis parochianis, quæ simplici cōpetunt sacerdoti. ¶Et est sciendum, q̄ si parochianus transferat domiciliū suū ad aliā parochiam, illi sacerdoti subiectus erit quo ad ius parochiale, in cui⁹ parochia habitat in omnibus, præterquam in decimis prædialibus, quæ illi ecclesiæ sunt soluēdæ, in cui⁹ parochia sita

sita sunt prædia. vt j. cod. c. significauit. 16 q. 1. c. si quis laicus. In personalibus verò per translationem domicilij subtrahitur à iurisdictione illius, in cuius parochia erat ante translationẽ. vt 13. q. 2. c. vbicunque. §. quia ergo. Ibi † aũt videtur quis domiciliũ habere, vbi manet. vt ff. ad municip. l. municeps. §. miles. Quædam tñ lex cõtrariũ dicere videtur; dicit enim, ꝙ licet senatores domicilium habeant in vrbe, retinent in prouincijs vnde sunt oriũdi. ut ff. de senatoribus. l. senatores. Sed illud verũ est quo ad honores, nõ quo ad onera. vt in prædicta. l. municeps. in prin. & de hac materia plenius dic. vt not. s. de foro cõp. §. item sortitur. ¶ † Fines parochiarum non præscribuntur; quod. n. de finibus prouincialibus statutum est nõ prescribendis. vt 16. q. 3. c. quæcunque. & de epalibus intelligendum est. vt 16. q. 3. c. inter memoratos. locum habet & in finibus parochiarum. vt j. e. tit. c. super eo. & ea quæ finibus eorũ cohærẽt, eiusdem sunt naturæ cum finibus. vt ar. ff. de rei ven. l. quæ religiosis & ff. de cõtrah. empt. & ven. l. in modicum. Cætera de hac materia dicas vt notaui supra de præscrip. §. item exigitur.

S V M M A R I V M.

¶ DE DECIMIS PRIMItijs, & oblationibus. Rubrica.

DIctum est. s. proximo tit. de parochijs & parochianis. Sed qa parochiani tenenẽ ad decimas primitias, & oblationes. Ideo subseqũter ponitur hic rubr. de decimis, primitijs, & oblationibus. ¶ Videamus igitur de prima parte rubricæ, videlicet de decimis, & primò quid sit decima. Quibus, & a quibus, & qualiter dãda sit, & qualiter

1 qualiter diuidenda. ¶† Decima est om-
nium iustè quæsitorum pars Deo debi-
ta. vt j. eo. c. tua il secondo. Deus enim
qui dignatus est totum dare, decimam
dignatur recipere, non sibi sed clericis
pro futuram. vt 16. q. 1. c. decimæ. ¶De
2 cimarum duæ sunt species.† Quædã. n.
sunt personales, quædã prædiales. Per
sonales sunt quæ debentur ex his quæ
proueniunt ex opera personali. Prędia
les verò quæ debentur ex his quæ pro-
ueniunt ex fructibus prædiorũ. Nec in
hoc distinguo an prædicta sunt rustica,
vel vrbana. vt j. eod. c. ad apostolicæ. &
s. tit. proxi. c. vltimo. ¶Sed dubitatur
3 de decimis animalium,† an inter præ-
diales vel personales debeãt numerari.
Et videt q inter prædiales. Nã ibi de-
cimæ soluuntur animalium, vbi ipsa pa
scunt. vt 13. q. 1. §. f. in verbo, q pascit
gregem & de lacte eius non edit. Itẽ ser
uitus pascendi pecora prædialis est. vt
ff. de serui. ru. præ. l. pecoris. & boues
de eo fundo intelliguntur, in quo labo
rant, non in quo morantur, vt ff. de fun
do instruc. instru. que lega. l. cũ quidã.
Sic & arbor illius soli censetur in quo
viuit, & in quo radices habet, non ex il
lo in quo videtur existere, & in quo trũ
cus sustinetur ipsius. vt ff. de arb. cæ.
l. si plures. §. si radicibus. & facit ad hoc
j. eo. c. cõmissũ. Licet sit ar. cõtra alias.
Nam is qui natus est ex mancipijs vrba
nis, & missus in villã nutriendus, inter
vrbana non inter rustica mancipia nu-
ratur. vt ff. de ver. signi. l. is qui natus.
4 ¶Dandæ † sunt decimæ personale cleri
cis a quibus laici audiunt diuina & re-
cipiunt sacraméta. vt j. eo. c. ad aposto
licæ. 16. q. 1. c. quæ. 13. q. 1. §. 1. pdiales
verò debentur illis clericis, in quorũ pã
rochijs prædia sunt constituta, vt s. tit.
proxi. c. vl. j. e. c. qm 16. q. 1. c. si laicus.
13. q. 1. §. 1. N. c ob. his. j. eo. c. ad apo-
stolicæ, vbi circa hoc dubiẽ responde-
tur; illa enim dubitationem non iuris
perplexitas, sed diuersarum cõsuetudi
num inducit varietas. ¶Dandæ sunt
5 † decimæ a laicis. vt 16. q. 7. c. decimas
quas. Sed nũquid a clericis vel religio-
sis? Videtur q nõ, vt j. e. c. nouũ genus.
quamuis in veteri testaméto leuitę da
rent sacerdotibus decimas, vt j. eo. c. 1.
in prin. Sed videtur, q & hodie clerici
teneãtur, vt 16. q. 1. c. si quis laicus. Ad
quod respondeo, decre. illã loquitur in
clericis coniugatis, qui ab alijs non cõ
iugatis accipiũt ministeriorũ labores.
vt in illa nouũ genus, in fi. Vel locũ ha-
bet in decimis patrimonialiũ pdiorũ.
Itẽ adhuc videtur, q clerici teneantur,
sumpto ar. a contrario sensu ex illa de
cre decimas. 16. q. Ibi. n. dicitur, q cle-
rici communiter viuentes non tenen-
tur. ergo à sensu contrario cõmuniter
non viuentes tenentur; tale aũt ar. for-
tissimũ est vt ff. de offi. eius cui man. est
iurisd. l. 1. 15. q. 3. c. ex eo. ff. de testi. l. ex
eo. 25. dist. c. qualis 32. di. c. hospitiolũ.
s. de his quæ fi. à præla. sine consensu c.
in apostolica. in fi. Ad quod ego cõi-
ter viuentes. subaudio maximè. nam &
6 in alijs idem obtinet. ¶ † Quid de reli-
giosis? Respondeo. Monachi albi téplã
rij, & hospitalarij Hierosolimitani nõ
tenentur dare decimas de possessioni-
bus suis, quas pprijs manibus vel sum-
ptibus excolũt. Secus si eas tradũt alijs
excolendas. vt j. eo. c. ex parte, in 1. Mo
nachi verò nigri, canonici regulares, &
seculares, tenẽtur dare decimas de om
nibus possessionibus suis exceptis noua
libus, ortis, & nutrimentis animaliũ, vt
probantur hæc. j. eo. c. ex parte. il pri-
mo. & c. licet. & c. ad audientiã. Et hoc
verum est, nisi aliqui ex his amplius es-
sent priuilegiati a papa. ¶Itẽ quod di-
ctũ est à monachis albis, templarijs, &
hospitalarijs, intelligendũ est de posses
sionibus quas habebant ante conciliũ
gñale. de illis aũt possessionibus, quæ
gratis postea sunt collatæ, vel quas
emerũt p monasterijs de nouo fundan
dis; nam aliter emere non liceret, & de
quibus ante decimæ soluebantur, solue
re tenentur illis ecclesijs, quibus solui
solebant, priusquã possessiones perueni
rẽt ad ipsos quamuis possessiones eas-
dem

dē proprijs manibus vel sumptibus excolant.vt j.cod.c.nuper abbates.Scripsit aūt Ray.in summa sua,q. tunc demū monachi nigri decimas soluere debēt, cùm populū non habent,nā si habeant, tunc recipient tā personales q̄ prædiales,vt j.eo.c.dilecti.& c.suggestū. Sed non bene excipit. quia & si populū habeant,& ab eo decimas de iure percipere debeant personales & prædiales de prædijs j. limites eorum parrochiæ cōstitutis, & nihilominus soluent decimas ecclesijs secularibus, in quorū parochijs habent prędia,sicut superius dictū est,nisi possint priuilegio vel legitima præscriptione defendi.vt s.de præscri.c.veniens.j.eod.c.a nobis. Cessat aūt priuilegium tam nigrorum q̄ alborum,si enormen lęsionem inducat,vt j. cod.c.suggestum.j.de ver.signi.c.quid per nouale.Cessat per pactionē seu per transactionem,vt j.eod.c.ex multiplici. Cessat cum per solutionem renunciant priuilegio.vt j.de priuilegijs.c.si de terra.s de consti.c.cum accessissent. Cessat alborum,templariorum, & hospitaliorum immunitas in prædijs alienis conductis.vt j.co.c.dilecti. Cessat in suis alijs locatis,vt j.eo.c.licet.¶Itē

7 leprosi tenentur † dare decimas,præterquam de ortis & nutrimentis animaliū, vt j.de eccle.ædi.c.cùm dicat apo-

8 stolus.Dandæ sunt decimæ † de omnibus fructibus terrarum.pomis arborū, herbis ortorum, de apibus, nutrimentis animalium,lana,lacte,fœno, lignis, piscationibus,venationibus,fictis,pensionibus,molēdinis,furnis,balneis, fullonicis,argentarijs,metallarijs, lapicidinis,de negocijs,artificijs, & de omnibus bonis,vt j.co.c.nuncios c. ex parte c.non est in potestate. & c pastoralis 16.q.1.c.decimæ sunt tributa. & q.7.c. quicunq; omnes decimę.& etiam de tēpore.vt de conse.distin.5.c.quadragesi-

9 ma.† Dandę sunt decimę prædiales nō deductis expensis, censu, tributo, seu partiarij portione.vt j.eo.c.cùm homines.& c.tua nobis.Nā dādæ sunt statim antequam separatio fiat.Cæterū si prima separatio facta fuerit,tūc sicut rusticus decimare tenetur qđ apud ipsum remanet,sic & dominus quidē qđ ad ipsum peruenit. vt j.co.c.tua nobis,& c. cum non sint in homine. In personalibus aūt,quæ ex negociatione, vel artificio proueniāt,distinguitur. an surgant ex pecunia decimata,vel nō. In primo casu deducuntur expensæ in secundo non vt j.cod.c.pastoralis. Personales dandæ sunt in fine anni, interest.n.ecclesiæ simul recipere totum in fine anni potius, q̄ primitias singulariter de quolibet quæstu.ar.ad hoc.ff.fa.ercis cun.l.plane.s.de pigno.c.ex literis.C. quom. & quan. quarta pars debe.l.2. in prin.li.10.De animalibus verò nec meliora,nec deteriora, sed mediocria ꝓ decima solui debēt. vt 10.q.2.c.hoc ius porrectum est.& ff.c.st ædil.edi.l.si quis venditor.§.vlti.Deteriora aūt dari non debent,nā indignū est dare Deo quod dedignatur homo. vt 49.di.c.vlt. 16.q.7.c.omnes decimæ. Et est notandū,q. quicūq; tenetur ad decimas, per censuram ecclesiasticam cōpelli pōt ad solutionem.vt j.eo.c.tua nobis.& c.cū

10 non sit in homine. ¶ † Diuidendæ sunt decimæ diuisione canonica,quæ habetur.12.q.2. Sed quia illa in paucis ecclesijs obseruatur, standum est in hoc consuetudini loci,vt s.de sepul.c.certi-

11 ficari. Quæritur † an decimæ dari debeant de iniustè quæsitis, puta ex malicia iniusta, venatione ꝓhibita, furto, rapina,simonia,vsura,meretricio, histrionatu,item de his quæ per concussionem extorquentur, & de his quæ dantur iudici, vel testi corruptionis causa. ¶Et videtur q. non vt infra eod. cap.ex transmissa 1.q.1.c. nō est putanda.Sed contra dandæ sunt decimæ de omnibus fructibus. Solutio decimæ aliæ prędiales,aliæ personales.¶In prędialibus planum est, quia quocunque possidente prędia clandestino vel violento, iudæo, hæretico seu pagano decima dari debet. ¶Et est ratio, quia non

nõ intuitu personæ, sed gr̃a prædij, prædialis decima datur. Et idem in tributo contingit. vt ff. de pa&#x1F;. l. inter debitorẽ C. fine cen. vel reli. l. 1. delictum autem in talibus priuilegiũ nõ indulget. vt 16. q. 1. c. legi. nec pœna habet immunitatẽ vt ff. de minorib⁹. l. Papinianus exuli re

12 uerso. † In personalibus verò destinguo aut trãsfertur dñium, vt in his quæ acquiruntur ex meretricio vel histrionatũ. Et tũc decima dari debet; Meretrix .n. turpiter facit, quia meretrix; nõ turpiter accipit, cùm sit meretrix. vt ff. d' cõ di. ob tur. ca. l. itẽ si. §. quoties. Sed ecclesia recipere nõ debet, ne per hoc videaẽ crimina approbare; sicut plerumque in detestationẽ criminum ecclesia respuit aliquorũ oblationes. vt no. s̃. ti. prox. §. 2. Aut non transfertur vt in furto, & rapina, & præda. Et tunc nec dari potest decima, nec recipi debet. Prædam voco ex iniusto bello. vt 13. q. 1. c. militare. s̃. de iureiu. c. sicut. Secus si ex iusto. vt 13. q. 5. c. dicat. Et idẽ est in his, quæ turpiter q̃runtur, & dñium trãsfertur, sed cõpetit repetitio, vt in his q̃ ex vsura, simonia, ex concussione vel correptione quæruntur. quamuis magister Raym. scripsit in summa sua in e. tit. ꝙ nõ trãsferatur dñium in vsuris. Quod non admitto, cùm vsura à volente & ex conuẽtione soluatur.

12 ¶ † Sed q̃ritur, an semẽ sit deducendũ? Videtur ꝙ sic. Nam primũ semẽ dñs ministrauit, & illius vsum fructũ agricolæ constituit. vnde saluum de fructu debet esse semen ad instar pecuniæ in vsumfructũ datæ, vt ff. de vsufru. ea. re. quæ vsu. consu. l. 2. s̃. de pign. c. vlti. & ad instar gregis in vsumfructũ cõcessi. vt ff. de vsufru. l. vetus fuit. & sicut in negotiatione deducit̃ capitale decimatũ, vt ĩ. e. c. pastoralis. sic vr̃, ꝙ deducendum sit semen decimatũ. Sed contra ĩ. eod. c. tua nobis. in prin. & ca. non est in potestate. Solutio, puto semen nõ debere deduci. Et ad superiora respondeo. Primum semen non fuit à dño in vsumfructũ datum, sed gratis donatũ. Item non obstat ꝙ opponitur de negotiatione, in qua solum lucrũ decimatũ decimatur; at in satis decimatur quicquid nascitur. Dñs enim qui totum largitur, decimam recipere dignaẽ. vt 16. q. 1. c. decimæ. Est & alia ratio, quia semen mortificatur, & iõ non deducitur, sed pecunia in merce data salua manet. Itẽ decima ꝑdialis est tributũ, vt in d. c. tua nobis. & 16. q. 1. c. decimæ sunt tributa egentium animarũ. Sicut ergo tributũ soluitur nulla facta deductiõe, sic & decima. vt in eadem decre. tua nobis.

13 ¶ Itẽ quæritur, † an laici sine peccato decimas percipere possint. Et vr̃ ꝙ non, Domin⁹ enim præcipit in Leuitico eas dari leuitis, vt sit cibus in domo domini. vt 16. q. 1. c. reuertimini. Et iura prohibẽt laicis ꝑcipere decimas vel detinere ĩ. e. c. ꝓhibemus. Ad hoc & c. q̃m. s̃. de præscrip. e. cũm. s̃. de his quę fi. a ꝑla. sine con. cap. c. cum in apostolica in fin. 16. q. 1. c. quoniam. & q. 7. c. decimas. 10 q. 1. c. quia sacerdos & c. hanc consuetudinem. & facit ad hoc s̃. de arbi. c. peruenit. Contra hæc iura consuetudo generalis obstare vr̃. Solutio ad tempus vt stipẽdiũ, nõ vt titulus, nec in perpetuũ, nec transitoria ad hæredes decima laico dari potest; sicut & aliud beneficiũ in stipendiũ, nõ in titulũ datur eidẽ vt 32. distinct. c. si quis vero. & 12. q. 2. c. quia tua sanctitas. dño ac possessione penes ecclesiam remanente, q a laic⁹ decimam possidere non potest, vt s̃. de præscr. c. causam. Iura verò superius deducta sic intelligo, laicus decimam retinere non põt, seu possidere, verum est pro suo, quasi habeat ius in re. Item in perpetuũ & transitoriã ad hæredes, sed ad tempus in eleemosynam, vel aliqua iusta cã nomine & iure ecclesię ꝑcipere potest. ¶ Sed his omnibus obstare videtur ĩ. e. c. tua, il primo. quod dicit ꝙ decimatione antiqua laico in feudũ concessa, decima noualium vsurpari nõ debet. Sed illud intelligo, sicut & aliud. supra de his q̃ fi. à ꝑla. sine cõsensu cap. c. cũ in apostolica, scilicet in decima malè in feudũ cõcessa. & quia illicita & inualida

valida erat cōditio; iō tanquā reproba & odiosa restringitur, vt eā decima noualium non sequatur. aliàs aūt cui conceditur decima de laboribus, & de noualibus concessa videtur, vt infra eo.c.ex
14 parte. ¶Item quæritur, an per † priuilegium Romanæ sedis possit laicus percipere decimas, vel eximi a solutiōe ipsarum. Et puto qđ sic, siue in perpetuū siue ad tempus priuilegium sit indultū, nam alias papa ius spirituale laico concedit. vt ȷ. de iurepat.c.nobis. 63.dist.c. Adrian⁹, & c. in synodo. Sed in hoc casu cōcessionem veteris decimæ decima noualiū nō sequetur, quia in talibus odiosis restringenda est licentia potius, q̄ laxanda, vt ȷ.eod.ca.tua.il primo. ¶Item
15 quid † de clericis habentibus sufficiens patrimonium, qui decimas percipiunt? Respondeo, si ecclesijs nō seruiūt, quarum comtemplatione percipiunt, & ad hoc recipiunt vt in malos vsus conuertant & sua seruēt, sacrilegium profecto committūt, vt 1.q.2.c. clericos 16.q.1. c.quoniam, in fi. tunc enim sine peccato vsi pauperes victuri sunt, non accipiūt. vt 1 q.1.c.pastor. Tūc locum habet, qđ Aug. dicit. Panis egentium vita pauperis est, qui defraudat illū homo sanguinis est. vt 14.q.5.c.immolās. Et qđ dicit Ambrosi. Esurientium panis est, quē tu detines; nudorum indumentū est, quod recludis, vt 47.d.c. sicut hi. Cæterum si deseruiunt ecclesiæ, debētur eis decimę & stipendia ecclesiastica quāuis habeāt sufficientia bona paterna, vel materna, vel aliūde iustè quæsita. vt 12.q.1.c.illi aūt 12.q.2.c.charitatē.ff.de re.iur.l.fm naturam. Quod verum est, nisi ad suorum patrimoniorū titulos sint promoti. quod fieri potest, vt supra de præbē.
16 c.episcopus, & c.tuis. † Item quęritur, si laicus detinet decimas, nec ecclesia potest ab eo recuperare, nunquid redimere pōt sine periculo simoniæ? Videtur q̄ non. Sicut.n. spiritualia non possunt emi, sic nec redimi. vt ȷ. de simon. c. querelā. & expressius ad hoc 16.q.7. c.decimas quas populus 1.q.3.c.altare. Item decimæ cum rebus temporalibus permutari non possunt, ut supra de rer. perm.c. exhibita. quia spiritualia cū tēporalibus non permutantur. vt ȷ. de re. permu.c.ad quæstiones. Puto tamē posse redimi si hoc fiat auctoritate episcopi. nam in talibus auctoritas superioris vitiū abolet, supra de præbend.c.nisi, ȷ. de re.permu.c.quęsitū.ff.de his qui no. infa.l.furti.§.qui iussu. Posset etiam ecclesia suas decimas à laico malè detentas recipere i pignore, nec cōputare fructus in sortē, vt supra de feu.c.1. & ȷ.de vsuris.c.1.& c.conquestus. Suas ideo dixi, quia alienas in pignore recipere nō posset. vt ȷ.eod.ca.vlti. ¶Item nunquid
17 longa † consuetudo excusat non soluētes? Respondeo non, cum.n. ex mādato domini decimæ sunt soluendę. vt.16.q. 1.c.reuertimini, non dare pctm est; imò minus dare, vel tardius dare. vt 16.q.1. c.decimæ, & propterea consuetudo nō excusat, etsi in tota prouincia obseruaret, vt 32.q.7.c.flagicia. in talib⁹ diuturnitas non minuit pctm, sed auget. vt ȷ. de simo.c.non satis. nec crimen leuigat q̄ diu resistit. vt.24.q.1.c.schisma. ¶Sed his obstare videtur ȷ.e.tit. in aliquibus quod dicit, illę quippe decimæ necessariò sunt soluendæ, q̄ debētur ex lege diuina, vel loci consuetudine approbata. Ad quod rn̄deo. illud intelligo de consuetudine approbata per papam, aliàs non excusaretur quantacunq; longa cōsuetudine, quæ sine mortali pctō seruari non posset, vt supra de consuetu.c.vl. Vel illa consuetudo attēditur circa minutas decimas, quamuis & illæ sint soluendæ iuris rigore. vt ȷ. eod.c.ex multiplici.& c.cum in tua. Vel illa consuetudo locū habet in decimis prędialibus, cum prędia sita sunt in una parochia, & domini prediorū sunt in alia cōstituti, vt infra eodem c.cum sint homines. &
18 c.de apostolicę. ¶† Itē quid si is, qui longo tpe non soluit decimas vel min⁹ soluit, veniat ad pœnitentiam? Respondeo, imponatur ei quod min⁹ plenè dedit, modò emēdet vt.16.q.6.c.quicūq;.

prouiso.n.ei remaneant vt vnde viuere possit; qm̃ quidquid habent clerici, pauperũ est, vt 16.q.1.c.qm̃ qdquid. Et res clericorum pauperũ sunt. vt 23.q.7.c. quod autem.nam & ſm leges à quibusdam debitoribus exigitur, prouiso tñ ne egeant. vt ff.de re iudi.l.sunt quæ in id.& ll.sequentibus.& ff.de reg.iur.l.in condemnatione. imponetur etiam ei, vt in totum satisfaciat, si ad fortunã deuenerit pinguiorẽ. vt s̃.de solu.c.Odoardus. & ff.de cessio.bono.l.4. ¶ Item
19 † quæritur nunquid omnes decimæ debeañ de mandato domini. Dicũt theologi, ꝙ prędiales tm̃, nõ personales, vt pater per textum Leuitici, personales aũt ex constitutione ęcclesiæ. Et si hoc verum est, satis dici posset, saluo tñ iudicio meliori, vt in cessatione solutionis personalium decimarum excusare possit consuetudo contraria talis, quæ ius obrogat positiuum. vt no.s̃.de consuetudi. ¶ Itẽ excusare posset fortè pactio, transactio, seu remissio. Itẽ in talibus fortè decimis locũ habet decre.illa.j.eod.c.in aliquibus.§.illę. Quippe decimæ necessariò sunt soluendæ, q̃ debentur ex lege diuina, vt ꝑdiales. vel loci consuetudine approbatæ, vt personales. licet & alijs modis intellexerim decre.illã.s̃.eod.§.2. Hoc ideo dixi, quia in paucis locis soluuntur decimæ perso-
20 nales. ¶ † Itẽ quid si in eadẽ terra eod. anno diuersa semina spargantur, nunquid de omnibus fructibus decimæ dari debent? Sic, vt j.eo.c.ex parte.nõ.n. ecclesia diuerso iure censeri debet, vt in quibusdam fructibus sit decimalis, & in quibusdam non, vt j.eod.c.cum in tua, & simile.12.q.2.c.cognouimus.j.de priui.l.quia.& ff.de vsucap.eum qui quamuis contrarium ar.c.sit.ff.de peculio, l.huic.§.1.vbi dicitur, ꝙ peculium
21 duplici iure censetur. ¶ † Itẽ quid si is, qui tenetur ad decimã, aceruũ frumenti indecimatum alienet, nunquid ecclesia potest vendicare partem sibi debitã ab emptore? Respondeo sic, qm̃ transiuit ad eum aceruus cum onere decimarum. vt j.eod.c.cum non sit. & si ab eo exegerit, non petat à venditore; hoc.n. non patitur bona fides, vt bis idem exigatur. vt ff.de regu.iur.l.bona fides.& absit, vt ecclesia petat aliquid cum augmento. vt 12.q.2.c.fraternitas. Sed si egerit & non exegerit, quia emptor inuentus est non soluendo, nũquid redire põt ecclesia contra venditorem? Sic, vt
22 C.si tu.vel eu.l.vltima. ¶ † Sed nunquid ecclesia tenetur cedere actionem suam venditori soluenti contra emptorẽ? Respondeo non; qua.n.fronte hoc petet, qui ex sua nequitia cõdemnatur. vt ff. de adminiſt.tuto.l.si plures.ff.de iu.& ra.di.l.1.§.nunc tractemus. Et idem dico emptore malæfidei, secus aũt si emerit bona fi.
23 ¶ Item in summa † notandũ est, ꝙ ex subtractione decimarum, hæc mala proueniunt quatuor. Primum.s. præuaricatio diuini mandati. Secundum, quia cùm olim homines soluẽtes decimas bonis omnibus abundarẽt, vt 16.q.7.c.maiores.nũc quia decimã nõ soluunt, ad decimã cõuertuntur.16.q.1.c.decimæ. Tertiũ, quia dominꝰ nobis increpat locustas nec plagas amouit. vt 16.q.1.c.reuertimini. Quartũ, quia qđ nõ accipit Christꝰ, hoc tollit fiscus,
24 vt in prædicto.c.maiore. † Decimas verò dantes quadupliciter remunerãtur. Prima remuneratio est abundãtia fructuũ. Secunda, corporũ sanitas. Tertia, indulgẽtia peccatorũ. Quarta, præmiũ æternum. vt probantur hæc.16.q.1.c. decimæ. ¶ Nunc videamus de secunda
25 parte rub.s.de primitijs. Et sciendũ ꝙ primitię sunt ex ꝓcepto domini, dicẽtis in exodo. Decimas & primitias nõ tardabis domino offerre. Et alibi. Primitias frugũ terrę tuæ deferes in domum domini Dei tui. Itẽ ex constitutione canonica. vt 16.q.1.c.reuertimini.32.d.c. ꝑter hoc. Quantitas aũt primitiarũ libris Moysi nõ inuenit̃ expressa. Dicit.n. Hiero. maiorũ traditione inductũ esse, ꝙ plurimũ dabãt, quadragesimã partẽ dabant; q aũt minimũ, sexagesimã, & sic 40.& 60.licebat offerri ꝓ volũtate soluentis.

uentis.ut j.eo.ca.9.Et hoc uerum est in aridis & liquidis,in pecudibus vero primogenitum datur.Sed Hug. putãs hoc esse durum, dixit q. de ducẽtis dandum est vnũ. Et si quis tot capita nõ habeat, proportionabiliter dabitur æstimatio. Lau.& Io.dixerunt centesimũ esse dandum. Melius aũt vr, vt stetur circa hoc cõsuetudini,vt ar.ʒ.t.2.c.certificari vel recurratur ad consuetudinẽ vicinarũ ecclesiarum.vt ʒ.de consue.c.cũ olim.Ita vt ex multis mediocritas obseruet.arr. 10.q.2.c.hoc ius,vel quod minimũ est, detur,vt j. de cẽsib.ex parte.&.ff.de le.
26 3.l.minimis.¶Oblationes † verò dicũtur quęcunq; de proprijs & licitis rebus ecclesiæ à fidelibus offeruntur,j.de ver. sig.c.cũ. Et sunt diuidẽdæ oblationes & primitiæ,sicut & decimæ.vt 12.q.2.quatuor.10.q.1.c.antiqs.12.q.2.c.cõcessio.

SVMMARIVM.

1 *Regulares qui dicantur.*
2 *Religiosi qui sint.*
3 *Regulares tria debent.*
4 *Professio quid sit.*
5 *Tempora probationum.*
6 *Causæ propter quas egressi pueri excusantur.*
7 *Filius oblatus a parentibus religioni, an exire possit.*
8 *Anni discretionis qui dicantur.*
9 *Filium infra annum discretionis per se ingredientem religionem reuocat pater, re uocat tutor.*
10 *Annus probationis à quo tempore currat.*
11 *Monachalem habitum per annum gestans compellitur monasterio profiteri.*
12 *Egressus a religione, a qua egredi de iure cõpetit, sed aliam laxiorem cõpellitur ingredi, an possit post egressum assumptæ & ante ingressum assumendæ contrahere matrimonium.*
13 *Habitus probationis qualis esse debeat. Habitus non facit monachum.*
14 *Professionis præsumptio quando oriatur.*
15 *Votum quot modis solenninizetur.*
16 *Episcopus si vult ad religionẽ transire, non sufficit licentia petita, sed requisita & obtenta.*

DE REGVLARIBVS.
Rubrica.

TRactauimus supra de clericis & rebus eorũ,nũc dicamus de regularibus & his q̃ pertinẽt ad regulares. ¶Videamus igitur qui dicũtur regulares.Qui religiosi. Qui profiteri debeant regulares,& quib⁹ verbis,& in cuius manibus.Quãto tẽpore nouicij sunt probandi.In quã ætate religionẽ ingrediẽs obligef.Et ex quibus causis nõ pro fessus pro professo habeaf. ¶Regulares
1 † sunt q ad viuẽdũ regulariter se astringunt;siue sint monachi,siue canonici,regulares, qui etsi a sanctorũ monachorũ consortio non computentur seiuncti regulæ tamen inseruiunt laxiori . vt j.de statu regula.ca. quod Dei timorem.In multis autem eorũ condito concordat. vt j.ne clerici vel monachi.c.ex parte. 20.q.3.c.pręsens, j.ne clc. vel mona.c. super specul.Et conuersi professi.vt 27. q.1.c.vt lex.Secus est in cõuersis nõ pro fessis qui se & sua non dedicarunt Deo. vt j.de priui.c.cum & plantare.§.de cõ fratribus.& c.vt priuilegia. ¶Religiosi
2 † autem largo modo dicũtur,qui in ꝓprijs domibus religiosè viuunt, quãuis non professi.vt 33.q.5.c.qđ Deo patri.
3 ¶† Tria profiteri dẽt regularis,obediẽtiam,castitatis custodiam,abdicationẽ proprietatis;hæc enim sunt substantialia vitæ regularis,nam qui regularis ꝓ fessionis hominẽ Dei vice supra caput suum cõstituit 19.q.3.c.statuimus.renũciat propriæ voluntati,vt 12.q 1.c.non dicatis. similiter cũ quis religionem ingreditur,se & sua dedicat Deo vt C.de episc.& cleri.auth.ingressi.19.q.3.c.qa ingredientibus.ca.si qua mulier.& cap. tunc autem.& ideo post ingressum potestatem in corpore & in rebus amittit. In his autem substantialibus dispensari non potest,vt infra de statu regu.c.cũm ad monasteriũ. in fi. † Professio autem
4

nihil aliud est, q̃ solemnis religionis
promissio, in qua promissione hæc tria
conueniunt, quæ p̃dixi. Fit promissio in
manu prælati, vt j̃.eod.c.porrectum. &
c.ad apostolicam. Fit & in manu priua
ti.15.q.1.c.vidua.j̃.q cleri. vel vo.c.ve
niens.& c.insinuante. ¶Probationis tẽ-
5 pora sunt diuersa.†nam clericus notus
probat & probatur per annũ. vt 17.q.
2.c.Cõsaldus.clericus ignotus & laicus
notus per biennium.vt 19.q.3.c.mona
sterium. laicus ignotus per triennium.
vt 17.q.2.c. si quis incognitus.53.di.c.
legem.Hodie autem hæc diuersitas tẽ-
porum reducitur ad annum. vt j̃.eo.ti.
c.ad apostolicam.c.postulasti. & c.ex
parte. ¶De ætate ingredientium reli-
gionẽ hoc seruandum est, vt si post 14.
annum quis intrauerit religionẽ, exire
non possit. Nec obstat.j̃.eod.c.ad no-
6 stram.†Quinq; enim causæ consideran
tur in illa, propter quas egressi pueri
excusantur. Prima, quia impetuosè &
sine deliberatione intrauit, ideo ingres
sus non fuerit obligatorius apud Deũ,
qui animũ considerat, & non opus. cor
interrogat, & non manum. vt 14.q.5.c.
si quid inuenisti.15.q.6.c.1. Licet sit ar
gu.contra 17.q.4.c.sunt qui opes. Secũ
da, quia intellectus. Tertia, quia sine
probatione habitum suscepit. Quarta,
quia prope pueritiã intrauit. Quinta,
quia.j̃.triduum exiuit. Si verò minor
quatuordecim annis intrauerit, poterit
egredi cũ venerit ad 15.annũ. vt 20.q.
1.c.illud Hug.autem dicebat, discretũ
ingredientem religionem obligari, et
ante.14.annũ; quia sicut ante annos il-
los potest quis obligari diabolo, ita &
7 Deo. vt j̃.de delic.pue.c.pueris. ¶†Sed
quid si filius à parentibus sit obligatus?
Respondeo, si fuerit in annis discretio
nis, & non contradicat, exire non põt.
vt j̃.eo.c.cum virũ. Si ante annos illos,
adhuc exire non potest, vt j̃.eod.tit.c.
significatum. Sed veniens ad 16.annũ
inquiretur, & tunc si ratũ habet quod
factum est, non exibit. vt in prædictis
decretis. Si autẽ dissentiat, potest exire.
vt 20.q.2.c.illud. & j̃.eo.c.cum simus.
Nec obst.his 20.q.2 c.monachum, vbi
dicitur, monachũ autem paterna obla
tio aut propria facit deuotio. Nã illud
intelligo. Monachum facit paterna ob
latio occasionaliter, vt cum filius pater
næ oblationis ex debito honestatis nõ
necessitatis obtemperans, cùm põt con
tradicere, non reclamat. Vel paterna
oblatio facit monachum, vt cùm filius
habẽs discretionis annos oblatus à pa
rentibus non contradicit, tunc verè fa-
cit monachũ, secus si cõtradicat. vt 20.
q.3.c. p̃sens. Vel tertio modo paterna
oblatio facit monachũ, vt si filius.j̃.di-
scretionis annos oblatus fuerit, ante di
scretam ætatem exire non possit, vt su-
perius dictum est. & secundum hoc in-
telligenda sunt omnia capitula 20.q.
8 1.vsque ad.c.cum ergo. ¶† Anni verò
discretionis sunt anni ad votum emit-
tendum, & matrimonium contrahen-
dum, qui sunt.12.in muliere. & 14.in
masculo, vt 20.q.1.c.1.& 2.q.2.c.1.&
2. Illa enim ætas soluit ius patriæ pote
9 statis per ingressum religionis.†Filium
autem.j̃.annos discretionis per se in-
gredientem reuocat pater, reuocat tu-
tor. vt 20.q.2.c.si puella vsque ad an-
num. vt j̃.eod.tit.c.si quis ante, vt in
prædicto cap.si puella. Quod intelligo
verum esse, nisi monasterium sit valde
remotum, vt per tantum temporis ad
illud peruenire nõ possit, quia tunc ma
ius indulgetur tempus arg.12.q.2.c.si
10 quis incognitus. ¶†Sed quæritur à quo
tempore currat annus iste? Videtur q̃
à tempore scientiæ, vt ar.2.q.7.c.biduũ
vel a tempore amonitionis. vt ar.j̃.de
concess.præb.c.qm̃ diuersitatem. Vel di
cemus illud tempus esse cõtinuum, ita
vt cedat ignoranti. vt ff.de his qui no.
infa.l.genero. Credo q̃ annus iste inci
piat cedere à tempore scientiæ.ar.17.
11 q.2.c.si quis incognitus. ¶†Non profes
sus compellitur profiteri, qui monaste
riũ ingrediens per annum gestauit ha-
bitum monachalem. vt j̃.eo.c.ex parte.
Item ingressus religionem non profes-

fus ad priorem statū redire non potest, si tēpore ingressus euidēter in eo signa appareant, qđ absolutè voluerit vitā mutare. vt ĩ. eod. c. statuimus. Intelligo autem hæc signa apparere, si is qui ingreditur, testamentū facit, & transfert omnia bona sua in hæredes & legatarios, vel distribuit omnia bona sua ecclesijs, & pauperibus erogauit omnia bona sua. Item si in monasterio distinctus sit habitus nouiciorū ab habitu pfessorū, & ingrediens hoc sciens assumpsit habitū pfessorū, similiter ad priorem statū redire non potest, vt in prædicta decre. statuimus. Additur & quartus casus. s. cum is qui ingreditur, proponit absolute vitā mutare & si de hoc non appareant euidētia signa. vt ĩ. eo. c. consulti sumus. Vel posset suppleri in eo qđ de signis additur in decre. statui-
12 mus. ¶† Sed quæritur, quid si ingressus, cui egredi de iure cōpetit religionē assumptā, sed reingredi cōpellitur laxiorē, nūquid si post egressum assumptæ, & ante regressum assumendæ, contrahat matrimoniū, tenet? Et videtur q sic. nā habitus solus, quē assumpsit, nō solennizauit votū. vt ĩ. eo. c. porrectum. & simplex votū nō dirimit matrimoniū. vt ĩ. qui cle. vel vo. c. consuluit. & c. rursus. 27. di. c. 1. & 2. §. hinc distinguēdū est. Puto tñ contrarium, q si habitus solus non solennizat quantū ad religionē assumptā, solennizat tñ in genere quantum ad religionē quam generaliter cōsentit intendens absolutè vitā mutare, cum habitum assumpsit. Et si obijcias, est monachus, cuius ergo monasterij? Respondeo, hæc obiectio nō procedit. Nam pōt quis esse professus in propria domo. pōt quis esse ēt monachus, nullius tñ monasterij. vt 33. q. 5. c. quod Deo. 27. q. 1. c. de viduis & C. de epis. &
13 cle. l. raptores. ¶ Quæritur in quo† habitu debeat quis probari, & probare. Et videtur, q in seculari. vt ĩ. eo. tit. super eo. 53. di. c. legē. 54. di. c. multos. & arg. 17. q. 2. c. si quis incognitus. Lau. dixit, q in monachali habitu est probandus. ar. in pdicta decre. super eo. & 19. q. 3. c. in monasterijs. aliàs nō posset pbare austeritatem regulæ monachalis, cùm magna pars austeritatis in habitu consistat. Solutio in hmōi puto standū consuetudini & statutis monasteriorū, magis, q̃ iuri scripto. Sed ſm iura moderna habitus probationis religiosus esse debet. Vnde in quibusdam locis distinguitur habitus nouiciorū ab habitu professorū, vterq; tñ est religiosus; sed si non distinguatur, nihilominus ad aliquam differētiam denotandū benedicendæ sunt vestes professorum, vt ĩ. eo. tit. c. statuimus. in fi. Sed obijcitur, habitus non facit monachū. vt ĩ. eo. c. porrectum. ſ. de transac. c. ex transmissa. ĩ. qui cle. vel vo. c. consuluit. ĩ. e. tit. c. vt clerici. Quædam tñ iura velle euidētur, q habitus faciat monachū. vt ĩ. eo. tit. c. vidua. 27. dist. c. quod interrogasti. Ad hoc dico, q alia est professio vera & expressa, alia præsumpta & occulta. Vera est & expræssa q̃ fit verbis. vt 20. q. 1. c. vidua. infra tit. proximo. c. dudum. Præsumpta & occulta, vt ĩ. eo. c. statuimus. Priora igitur iura sic determinanda sunt, habitus nō facit monachū professione vera & expressa. Posteriora verò quæ dicunt, q habitus facit monachū, sic intelligenda sunt, verū
14 est professione præsumpta. † Oritur aũt professionis præsumptio ex nimia mora in monasterio, vel ex mora per annū, vel per euidentia signa, vel per assumptionē habitus professorū. vt 27. q. 1. c. vidua. ĩ. eo. tit. c. vidua. 27. dist. c. quod interrogasti. ĩ. eo. c. ex parte. & c.
15 statuimus. ¶† Sed quæritur, quot modis solennizatur votū? Et certe tribus. Per professionē verā & expressam, præsumptā & occultā, vt superius dictū est. Itē per ordinis susceptionē solennizatur votū cōtinentię. vt 28. di. c. diaconi. & 84. dis. c. cū in ptorio. Itē & per habitus susceptionē. vt ĩ. tit. prox. c. ex parte. ĩ. qui cle. vel vouē. c. insinuāte. 27. q. 1. c. 1. Sed in hoc vl. mēbro iura illa obuiare videtur, quæ superius allegaui, &

quæ dicunt

quæ dicunt, ꝙ habitus non facit monachum. Ad quæ respõderi potest. iura illa locũ habent, cũ habitũ non præcedit votum, secus si votum præcedat & habi
16 tus subsequatur. vt dictũ est. ¶ † In summa notandum est, ꝙ licitum est religiosis ad arctiorem uitam per religionem se transferre, petita à prælatis licentia, quamuis non obtenta. vt ĩ. e. c. licet qui busdã. Et si nec etiam petita transeat qs ad maiorem religionem, videtur ꝙ valeat transitus vt ĩ. e. c. sanc. Quidam tñ dicunt illam de permissione loqui, ex eo ꝙ dicit permittas. Vbi autem episcopus vult ad religionem transire, non sufficit licentia petita, sed requisita & obtenta. vt in decre. licet. & hoc siue sit cõsecratus, siue non, vt ſ. de transla. præla. c. inter corporalia. Et est ratio, nimia vtilitas quæ prouenire potest ex officio pastorali. vt ſ. de renũc. c. nisi cùm pridem. §. vlti. ¶ Si eo modo militetur, quo noster iubet imperator. vt 40. dist. c. ante omnia. Item cum quis leuitatis causa transit etiam ad maiorem, nõ sufficit licentia petita, vt 19. q. 3. c. statuimus. ¶ De fugitiuis autẽ requirẽdis, ex cõicãdis, vel retrudẽdis seruatur quod legitur ĩ. eod. tit. c. ne religiosi.

SVMMARIVM.

1 *Coniugum alter, an ante consumatum matrimonium altero inuito, possit ad religionem transire.*
2 *Monasterium intrare an possit alter coniugum post copulã carnalem altero inuito.*
3 *Matrimonium cõtractũ per reuocatũ à religione, post mortẽ reuocantis an ualeat.*
4 *Alter cõiugum qui altero absente & ignorante religionem intrauit, & in ea professus fuit reuocatus, an mortuo reuocante teneatur resumere religionem dimissam.*
5 *Coniugatus qui cõsentiẽte uxore ingressus est monasterium, et postea ad uxorem reductus, an mortua uxore reĩtrare teneatur.*
6 *Vxor illius, qui ea inuita & ignorante religionem intrauit, an similiter eo inuito monasterium intrare possit.*
7 *Vxor adulteri an eo inuito possit intrare religionem.*
8 *Adulter an possit intrare religionem innocente inuito.*
9 *Coniugem unum simpliciter consentire an sufficiat, ut alter ad religionem transeat, uel necesse sit remanere in seculo & uitam mutare.*

¶ DE CONVERSIONE CONiugatorum. Rubrica.

SVperius dictũ est in genere de trãseuntibus ad religionẽ, hic aũt tractatur in specie de transitu coniugatorum. ¶ Videndũ est igitur, quando alter coniugũ altero inuito possit religionẽ intrare. vt ĩ. eo. titu. c. 2. vel ad sacros ordines ꝓmoueri. Itẽ an sufficiat alterũ ex coniugibus simpliciter cõsentire, vt alter ad religionẽ transeat, vel oporteat illũ qˡ remanet vitã mutare. Et qd iuris sit, si alter trãseat altero in-
uito. ¶ Est igit̃ sciẽdũ. † ꝙ añ cõsummatum matrimoniũ põt alter cõiugũ altero inuito ad religionẽ trãsire ĩ. e. c. 2. & c. ex publico. ita vt ĩ. duorũ mẽsiũ spaciũ alterũ faciat. vel religionẽ assumat, vel ad coniugẽ reuertatur. Sane qđ dñs in euangelio dicit. non licere viro nisi ob cãm fornicationis vxorẽ suã dimittere, intelligendũ est ẜm interpretationẽ sacri eloquij, de his quorũ est matrimoniũ carnali copula consumatũ. vt in d. c. ex publico, in fine. Sed si alter istorũ vellet inuito altero ĩ domo propria remanere, quasi propositũ castitatis in seculo seruatur⁹, nihilomin⁹ cõsumãdũ est matrimoniũ iã cõtractũ; nisi voto se astrixerit ad obseruãtiã regularẽ, ĩ quo casu cõpelli ꝑt vt relicto seculo religionis ꝓpositũ exequat̃. vt ĩ. cod. c. ex parte, in fine. † Post cõsumatũ aũt matrimo 2
niũ non licet alteri coniugum altero in seculo remanente religionẽ assumere; & si is, qui remanet hoc permittat, nisi esset senex & de incõtinẽtia non suspectus, vt ĩ. eo. c. cum ꝑditus. & c. vxoratus tũc. n. sufficit si is qui remanet, cõtinentiã promittat. vt ibidẽ, quã ꝑpetuò ob-
seruabit

seruabit etiã altero in religione defuncto; & intãtũ, vt si post mortẽ ingressi is, qui remãsit & cõtinẽtiã promisit, contrahat matrimoniũ, non teneat; & hoc ad similitudinẽ cõiugis illi⁹, q pmittente vxore & cõtinẽtiã pmittẽte ordinatur. vt 33.di.c. seriatim & 28.dist.ca.qa sunt culpæ. nã votũ vxoris, quod intelligo simpliciter fieri in promissione cõtinentiæ, solẽnizatur in ordinatione vel professione mariti. vir.n. & vxor sibi cõmunicant actiones. vt 30.q.4.c. si qs vi- uis. ¶ Si verò alter coniugũ ingrediatur religionẽ altero inuito, nõ valet ingressus; & is, qui remanserit, poterit reuocare ingressum, reuocatus autẽ viuo reuocãte ñ exigit debitũ, sed reddet exact⁹; potuit.n. pmittere id qđ in ipsius erat ptãte, scilicet nõ exigere. Non reddere aũt nõ potuit promittere; qm̃ hoc non erat in eius, sed in mulieris ptãte. Vnde apostolus. Vir non habet ptãtem sui corporis, sed mulier. vt j.e.c. qdã intra-

3 uit. 27.q.2.c. sunt qui. ¶ † Sed quæritur, an si post mortẽ reuocantis, contrahat reuocatus matrimoniũ, valeat, vel non? Et puto matrimoniũ tenere, qa is quis intrauit potuit simpliciter vouere, & se in eo qđ in ipso est obligare, vt superi⁹ dictũ est. Sed votũ illud solennizare nequit inuita vxore. nã solẽnitas voti tollit vtrunq; .s. ptãtem exigendi & reddẽdi debitũ coniugale; solennizatio enim voti si rite fiat, cõtinẽtiã ppetuam inducit, q̃ est essentiale pfessiõis. vt j. de statu mo. ca. cũ ad monasteriũ in 6. ¶ Item

4 quid † si alter coniugum altero absente & ignorãte religionẽ assumat, & psitea tur in ea, demũ ab altero reuocet, nunquid reuocatus mortuo reuocãte tenet resumere religionẽ dimissam? Rñdeo, consultius est ei, & congruentius ad salutem, vt ad monasteriũ redeat, vbi bona ductus intentione professionẽ fecit, & habitũ religionis accepit. Si verò ad hoc induci non poterit, ipsum inuitum credimus nõ cogẽdũ. vt j. eod.c. placet.

5 ¶ † Sed si alter coniugũ altero sciente & consentiente, cuius cõsensus non sufficit etiã si cõtinẽtiã promittat, sed requirit vt & ipse similiter conuertat. vt 23.q.5. c. qui vxorẽ, monasteriũ ingrediatur, & demũ ad vxorẽ de monasterio reducat, nũquid mortua vxore reintrare tenet? Respondeo sic, etiã si post mortẽ primẽ aliã duxit. nã & tũc per excõmunicationẽ compellit, vt muliere dimissa ad suũ monasteriũ reuertatur, sub regulari habitu de cętero dño seruiturus, vt j. eo. c. ex parte. Et est rõ diuersitatis inter illã decr. placet. & aliã ex parte abbatis. quia in illa. placet. is qui intrauit, non habuit cõsensum coniugis; & iõ simplex votũ nõ potuit solẽnizare altero ignorãte vel inuito, vt superi⁹ dictũ est. Sed in illa. ex parte. is, qui intrauit, habuit cõsensum vxoris; vñ ingressui mariti nõ infuit alius defectus, nisi suspicio de incontinẽtia vxoris, q̃ p mortẽ ipsius abolet. vñ mortua vxore religio viri inuenitur ex omni parte suffulta; & quia pfessio interuenit, nec defuit consensus vxoris, & suspicio in cõtinẽtiæ cessat, & ppea cõpellit reintrare, vt dictum est.

6 ¶ † Sed nũquid vxor illius, qui intrauit ea inuita uel ignorante, poterit intrare eo similiter inuito? In hoc distinguo. Refert an maritus sit de monasterio eductus & recõciliatus uxori. Et tũc eo uiuẽte & inuito nõ pt intrare. An non sit educt⁹, & tũc pt uxor intrare inuito ma

7 rito, ut 27.q.2.c. Agathosa. ¶ † Itẽ qđ si maritus adulteriũ commisit, nunquid liceat uxori eo inuito intrare religionẽ? Rñdeo sic, si fuerit p sñiam separata 35 q.6.c. multorũ & 33.q.2.c. seculares. qa post sñiam nõ posset de mõnasterio reuocari, argu. ad hoc optimũ, j.eo.c. ult. ubi alter cõiugũ religionẽ ingressus nõ reuocat ab altero q spũaliter fuerit fornicat⁹, cũ iã sñia diuortij lata est inter eos. Sed ante sñiam non posset irreuocabiliter intrare, quia si fornicator peteret restitutionẽ ingressi, indulgeretur eidẽ, nec obstaret fornicationis obiectus. ut s. de restitu. spol. c. item cum quia. arg. C. de dona. inter uirũ & uxorem. l. si maritus. ¶ Non obstat his.

27.q.2.

27.q.2.c. Agathosa.vbi non reuocet in gressus a fornicatione. nam illud intelligo,cùm sentētia diuortij lata est. Vel loquitur canon ille cū adulter agit contra ingressum petitorio, secus si agat restitutorio,sicut dictū est. Addncunt quidā & alium casum,in quo licet alteri cōiugū altero inuito religionē intrare,s. cum alter notoriè fornicatur,vt ӯ.de diuor.c.significasti.Sed decre.illā intelligo,cum spoliatus post spoliationē adulterium cōmittit,& sic petitioni restitutionis,quæ sibi iam cōpetit, præiudiciū parat. præcedens autem adulteriū non ei obstaret,vt dictum est;& sic intelligo
8 ӯ.eo.c.constitutus. ¶Sed qro, † an adulter intrare posset religionē innocēte inuito?Rñdeo non.Pœna.n.quā ex adulterio meretur, hanc immunitatem non inducit,vt à nexu cōiugis liberetur. vt.ff.de interdic.& rele.l.relegatorū.§.vl. nec ex delicto debet consequi actionē. vt.ff.de fur.l.itaq; fullo. & supra de suc tud.c. ex parte. ¶Item quid si sententia diuortij lata esset,nunqd adulter intrarē posset innocente inuito?Rñdeo non, quia innocēs posset adulterium inuitū sibi reconciliare si velet. vt 32.q.1.c.nō erit & c.qđ autē in Auth.vt nulli ind.§. manifesta.colla.9.& signatnr illa auth. C.de adulterijs,& incipit.sed hodie.Et q̃ dicta sunt supra de religione assumenda ab vno cōiugū altero inuito, ijsdem in casibus idē puto in sacris ordinib⁹ re
9 cipientis.¶Nūc videamus,an † sufficiat alterū ex cōiugib⁹ simpliciter cōsentir, vt alter ad religionē trāseat,vel necesse sit ipsum qui remanet in seculo,vitā mutare. Et in hoc dicit Hugo.ꝙ uno intrāte monasteriū & profitente de consensu alterius,is qui remanet intelligitur profiteri,& ammodo contrahere nō pōt,vt e 8.di.c.qa sunt culpæ.32.di.c.seriatim & 33.q.5.c.q vxorē 27.q.2.c.agathosa. Sed obstat ei ӯ. de eo qui duxit in mat. quā pol.per adult.c.ex literarū. Posset tñ ad illam Hug.respondere. ꝙ ibi non habetur, ꝙ interuenerit consensus eius qui remansit.Alij dicunt, ꝙ si alter coniugū permittat alterū intrare & simpliciter permittat,nec tenetur intrare,nec continetur in seculo remanere nisi esset iuuenis & suspectus. Puto aūt viam mediam eligēdam,vt cōiunx qui permiserit alterū intrare, si suspectus est is qui permiserit,cōpellatur intrare & ꝓfiteri. Si verò non est suspectus, continētia promissa poterit in seculo remanere.vt ӯ.eod.c cum sis prædìtus,& c.vxoratus. Et secundum hoc intelligo primam decretalem huius ti.Nec ob.his,ӯ.eod.ti. c.veniēs.vbi vir intrauit vxore permittente iuuene & suspecta,nec cogitur ipsa intrare.¶Sed hoc ideo, quia licentia illa fuit per fraudē elicita, & ꝑ captionē extorta.vt ex illa litera colligit manifestè.Et si hoc est verū, quare nō fuit maritus de monasterio reuocatus?Rñdeo ꝑpter fornicationē vxoris post ingressum mariti,cōmissam. vt ibi patet, aliàs licuisset ei reuocare maritū.vt 33. q.5.c.notificari.In eo autē quod dixi s. ꝙ si maritus intret religionē ꝑmittēte vxore & profitetur, ꝙ vxor intelligitur vouere & votū suū solēnizare solēnizāte marito; quia vir & vxor sibi cōicant actiōes. Adijciebat Io.& cauta est adiectio,s.si mulier hoc sciret,&intelligeret hunc esse effectū suæ ꝓmissionis. Tūc.n. pòst mortē viri cōtrahere nō posset,nec contractum teneret.Cæterum si mulier simplex & iuris ignara hoc nō intelligeret,neq; sciret nec intenderet sic se ad ꝑpetuam continentiam obligare,quāuis votū simplex quod intelligitur emisisse permittendo maritū intrare, ꝑpetuò debeat obseruare, & sic ēt post viri obitū continere, si tñ contraxit matrimoniū, tenet arg.ad præmissa ӯ.eo.c.veniens.

SVMMARIVM.

1 *Coniugum alter infidelium si conuertitur ad fidem, vel vnus ex coniugatis fideliū, in hæresim labitur, an eorum matrimonium dissoluatur.*

2 *Sacramentū fidei & baptismi primū est, et fundamētū ac ianua oium sacramentorū.*

Disse-

3 *Differētia inter fornicationem carnalem & spiritualem.*
4 *Vnus ex duobus fidelibus coniugibus si labatur in hæresim, & demum ad fidem reuertitur, is qui ad fidem remansit, compellitur ei volenti cohabitare.*
5 *Diuortio facto apud quem filij remanere debeant.*

¶DE CONVERSIONE Infidelium. Rubrica.

IN superiori rubrica tractatū est de conuersione cōiugatorū ad religionem, hic aūt tractatur de conuersione infidelium ad fidē. ¶Est ergo videndum quid iuris sit, si alter coniugatorū infideliū conuertatur ad fidem, & è conuerso, si vnus ex coniugatis fideliū labatur in gentilitatis errorem. ¶† Sic itaq; in hac materia distinguendum. Quia si matrimoniū contrahatur inter duos fideles, matrimonium ratum est, idest indissolubile nisi morte quo ad substātiā matrimonij. Nam etsi diuortium intercedat, nō aboletur cōfœderatio nuptialis. vt 32.q.7.c.licitè & c.interueniēte. Si ergo alter illorū labatur in hæresim, potest alter qui remansit in fide, agere ad diuortium propter fornicationē spiritualē, & tunc sententia necessaria est; quæ separet quo ad tori cohabitationem & mutuā seruitutē vinculo matri-
2 monij perdurante. † Et est ratio, quia sacramentū fidei, qđ semel admissum, nunq̄ amittitur & ratū efficit coniugij sacramentum, vt ipsum in coniugibus illo durante perduret. vt ĵ.de diuor.c. quanto, sacramentum.n.fidei & baptismi primū est & quasi fundamentū & ianua omniū sacramentorū. vt 32.dist.c. ad hoc.§.porro. in fi.& ĵ.de presby.nō bap. mi.c.veniens. vnde posito fundamento, quod semel positum nō amittitur, vt dictū est, & probatur in eadē decre. quāto. & de cons.di.4.c.ostēditur superædificatio aliorū sacramentorum firma est. Sed si illud fundamentū nō sit positū, aliorū sacramentorū superædificatio valida nō consistit. Et in casu præmisso est diuertitur, non habet locū illa consideratio, an velit lapsus cohabitare vel non. Vnde mirabiliter & enormiter errauit Vincen. in hoc quia ipse in glo. suis, quas scripsit sup illa decre.s. tit.prox.c.mulier hæc. cōsideraſſe videtur, q̄ in hoc casu, quē præmisi, locū nō habet in alio, vt iam dicā. Vbi verò matrimonium contrahitur inter duos infideles, & vnus ad fidem conuertitur, monet apostolus fidelē vt cohabitet infideli. Ideo autē monet, quia hoc pōt esse multorum occasio lucrandorū, vt fideles cōiuges in relinquendis infidelibus ꝑmissa licentia non vtantur, vt 28.q.1. c.iā nunc. sed si infidelis nolit cohabitare fideli, vel velit sed cū blasphemia saluatoris, vel vt trahat fidelē ad mortale pactū, in his casibus sine iudicio & præter sentētiā soluitur vinculū matrimonij. Contumelia.n.creatoris soluit ius matrimonij, vt in illa decre.quāto. Ideo aūt soluitur, quia cū cōtractū fuit hoc matrimoniū, non inuenit fidei firmitatē, super qua stabiliri possit coniugij sacrm̄. Et hæc eadē ratio est, quare in diuortijs superioris matrimonij requiratur sententia, nō aūt in hoc matrimonio dissoluendo. Itēm nota quòd in casu primo post diuortiū separatus altero viuente nō cōtrahit, in secundo cōtrahit; & ideo fidelis vt hic licēter & libere faciat, testes adhibeat, cùm in fidelis renuit cohabitare, vel cū cohabitās blasphemat, vel trahit ad mortale peccatū, ut de his uel eorū aliquo fides fiat.
3 † Itē nota. dr̄iam inter fornicationē carnalē, & spiritualē, quia ꝑ vnicā fornicationē carnalem pōt maritus diuertere ab vxore. vt 32.q.1 c.dicit. & c.incōiugio. & ĵ.de diuor.c.gaudemus.in fin. Sed propter vnicā spiritualē non, nisi ꝑseueretur in ea. vt 28.q.1.c.nō solū. In alio aūt conuenientia est inter vtranq; fornicationem. Sicunt.n.maritus vxorē fornicantem carnaliter exclùdere à sua cohabitatione tenet, vt 32.q.1.c.si quis vxorē. sic & fornicantem spiritua-

Oo liter

liter si in hoc pseueret. vt 28.q.1.c.non solum. Sed cum inter duos iudæos contrahitur matrimoniũ, & alter ad fidem conuertitur, q̃uis is qui remansit in iudaisino habitare cõsentiat, & sine blasphemia vel contumelia creatoris, fidelis tñ ei cohabitare nõ põt, vt 28.q.1.c. iudæi. Et est ratio, quia iudęi habent leges & pphetas & domestici sunt fidei nostrę. Et ideo timetur, ne iudęus Christianum subuertat. ¶In summa notandum est. † q̃ si vnus ex duobus fidelibus coniugibus labatur in hęresim, & demũ reuertatur ad fidem, is qui in fide remãsit, cõpellitur ei volẽti cohabitare, nisi ante conuersionẽ fuissent per sententiã separati, vt ĩ. de diuor. c. de illa. hodie tñ videtur correcta illa distinctio. ĩ. de diuor. c. q̃to. in fi. vbi videtur q̃ indistincte cohabitare cogatur. ¶Diuortio † autem facto si quæratur apud quẽ filij debeant remanere. Dicendum est, q̃ secundum vetera iura infantes vsq; ad triennium apud matrẽ sunt alendi; nam vsq; ad tempus illud magis indigẽt lacte, q̃ esca. Post triennium verò apud patrem vt C. de patria po. l. nec filium. eo saluo q̃ si iudex decerneret etiam tales apud matrem nutriendos, ipse æstimabit an apud patrem vel apud matrem filij nutriantur. vt C. de diuor. l. vna. Sed iure authenticorum aliud consideratur, an pater dederit causam diuortio, vel mater; vt si pater, tunc filij alantur apud matrem expẽsis patris; si mater, filij nutriantur apud patrem expensis matris, vt in Auth. vt lice. ma. & auiæ. §. illud quoq;. & signatur. C. de diuor. fac. & incipit. si præstiterit. & hoc idem consideratur ĩ. eo. c. ex literis. Et alia duo, patria potestas, & fauor fidei Christianæ, vt ibi colligitur. & 28.q.1.c. iudæi. Patre vero defuncto præses determinet, vbi pupilli debeant educari, vt C. vbi pu. debe. edu. l. 1. & 2.

4 (margin, beside "dum est. † q̃ si vnus ex duobus fidelibus")

5 (margin, beside "cte cohabitare cogatur. ¶Diuortio † au-")

SVMMARIVM.

1 *Votum quid sit.*
2 *Votorum species quot sunt.*
3 *Votum voluntarium subdistinguitur.*
4 *Votum simplex impedit matrimonium cõtrahendum, & dirimit iam contractum.*
Votum frangens an peccet, et supra nu. 3.
5 *Vouere quis possit.*
6 *Votum quod quis ante monachatum emisit, an possit per abbatem reuocari.*
7 *Vota omnia an possint redimi & commutari. & nu. 9.*
8 *Anima pretiosior est cunctis rebus.*
10 *Dispensare quis possit super voto.*
11 *A voto quot modis discedi possit.*
12 *Vouens an possit differre votum exequi.*

¶DE VOTO ET VOTI redemptione. Rub.

DIctum est supra de trãsitu ad religionem. Sed quia postquam trãsitur ad religionem, votum emittitur, vel prius emissum solẽnizat. Ideò subsequẽter tractatur hic de voto & voti redẽptione. ¶Videamus igitur quid sit votũ. Quot sint species votorũ. Qui vouere possunt. In quibus casibus, & qualiter possit redimi. Et qualiter possit a voto discedi. Et an in votis valeat dispensari. Et per quem. ¶Votum
1 † est alicui⁹ boni cũ deliberatione Deo facta pollicitatio. Alicuius boni, ideo dixi; quia si de malo quis voueat, non obligatur; quia in malis pmissis rescinde finem, in turpi voto muta decretum, vt 22.q.4.c. in malis. Cum deliberatione ideo adiecei, quia votũ quod & facilitate animi magis, q̃ ex arbitrio discretionis emittitur, non est vsquequaque obligatoriũ, vt ĩ. c. c. veniẽtis. ĩ. de reg. c. ad nostrã.
2 ¶† Votorum duæ sunt spẽs, necessitatis, & volũtatis. Vota necessitatis sunt illa, quæ quis necessariò in baptismo promittit. vt abrenũciare dyabolo, & pompis eius, tenere fidem, seruare decalogũ. de conse. di. 4. c. prima. Vnde cùm homo peccat post baptismũ, dupliciter reus est; & quia peccat in eo quod cõmittit, & quia votũ præuaricatur; non tñ tanquã pro duobus mortalib⁹ peccatis pœnitẽtia indicetur, sed tãquam pro vna circunstantia trãsgressionis

nis grauato. Vota voluntatis sunt illa, quæ quis voluntariè emittit super his, ad quæ ante votum non tenetur, sed post votum sic, vt sunt vota continētiæ, abstinentiæ, peregrinationis, & similiū. Et de his dicitur. vouete & reddite domino Deo vestro. vt primum ad consilium, secūdum ad imperium referatur, vt ĩ. eo. c. magnæ. Et de vtraque specie votorum dicit Aug. Sunt quædam, quæ etiam non vouentes debemus, quædam etiā quæ nisi vouerimus, non debemus; sed postquam ea Deo promittimus, necessariò Deo reddere astringimur. vt 17. q. 1. c. 1. Ea autē sunt in nostris officijs grauiora, quæ cùm liceret nobis nō impendere, tamen causa dilectionis im
3 pendimus. vt 28. q. 1. c. Idolatria. ¶ † Votum voluntarium subdistinguitur; qa aliud simplex, aliud solenne. Simplex est omne illud, cui nulla solēnitas adhibetur. Solum autem cōtinentiæ votum solennizatur. Sed quot modis solennizatur votum, notaui supra de regul. §. sed quare. Tu tamen scias, quòd quantum ad Deum non minus obligat simplex votum, quàm solenne. Nam ex sui natura eandem obseruantiam habet, vtrūq; in perpetuum est seruandūm, vtriusque fractio inducit mortale, vtrunq; prohibet contrarium actum. Sed quia ecclesia considerat circunstantias. vt 40. dist. c. homo Christianus. & de pœ. di. 5. c. 1. & solennitates verborum attēdit, vt ĩ. qui cleri. vel vo. c. rursus. 22. q. 5. c. iuramētum huius. Idcirco diuersum statum
4 in vtroque, † vt simplex impediat matrimonium contrahendum, solenne dirimat iam cōtractum. vt in prædicta decreta. rursus 27. dist. per totum. 27. q. 1. per totum. Item maiorem pœnam statuitur in fractione solennis, quàm simplicis. vt 27. dist. c. si vir. & 27. q. 1. c. virginibus. & cap. deuotum. Et ex hoc satis apparet grauius delinqui in fractione solennis, quàm simplicis voti. Quis enim dubitet, sceleratius esse commissum, quod grauius vindicatur, vt 24. q. 1. c. non asseramus. Et hæc omnia quæ dico in voto simplici & solenni, locum habent in promisso simplici & iuramento vt 22. q. 5. c. iuramenti. Et est ratio quare magis peccatur in fractione solennis, quàm simplicis; quia qui frāgit solenne, peccat in Deum, offendit constitutionē ecclesiæ, & homines conscios scandalizat, quod in simplici nō cōtin-
5 git. ¶ † Potest vouere quilibet, quia illud consilium. vouere &c. cōe est omnibus. qui enim vouet opera pietatis, spiritu dei ducitur, & ideo nō est sub lege; vbi enim spiritus Dei, ibi libertas, vt 19 q. 1. c. duæ. ſ. de reg. c. licet. Excipiuntur quædam personæ, quæ sine cōsensu aliorum religionem vouere nō possunt, vt epus sine licentia papæ. vt in d. c. licet. & ĩ. eo. tit. c. magnæ. Impubes sine patris vel tutoris auctoritate, vt 20. q. 1. c. 1. & 2. Et seruus absq; domini voluntate, vt 17. q. 2. c. si quis incognitus. Vxor sine licentia viri. vt ſ. de cōuersione cōiugatorum per totum. Sed nec monacho licet vouere sine licētia abbatis. vt 20. q 4. c. monachis. Quod intelligo in voto abstinentiæ, ꝑ quod alij fratres scan
6 dalizarentur. ¶ Sed nunquid † votum, quod quis ante monachatum emiserit, potest abbas reuocare? Videtur quòd sic.
7 ar. 33. q. 5. c. noluit. ¶ † Omnia vota voluntatis redimi possunt, & commutari auctoritate superioris. ex cuius arbitrio dependebit considerare qualitatē personæ, & causam commutationis, vt ex hoc colligat, an recompensatio melior sit, & Deo magis accepta, vt ĩ. cod. cap. 1. Præter votum continentiæ, in quo dispensari non potest, vt ĩ. de statu reg. c. ad monasterium. in fi. Quod ideo contingit, quia vix posset aliquid inueniri, in quo deberet castitas commutari. ar. 32. q. 1. c. nuptiæ. 33. q. 5. cap. tunc saluabitur. ¶ Et castitas sola est, quæ potest cum fiducia Deo animas præsentare. vt in Auth. de leno. §. sanctissim⁹. colla. 2. Nullam autem comutationem
8 potest homo dare pro anima sua. † cum anima sit preciosior omnibus rebus. vt 24. q. 3. c. si habes. Ideo autē dixi. vota

voluntatis commutari nõ possunt, quæ in baptismo promittũtur. Hoc enim esset dispensare contra Deũ, vel contra fidẽ, quod non licet. vt 25.q.1.c. sunt qui dã. 15. dist. c. sicut. 11.q.3.c. qui resistit.
9 ‡ Sed vota voluntatis, vt dictũ est, commutari p̃nt; quia in veteri lege, in qua non minus obligat præceptũ domini, q̃ hodie votum obliget in ecclesia, primogenita q̃ domino mandabãtur offerri, quædã domino redebãtur vt primogenita leuitarũ, quædã redimebantur vt aliarũ tribuũ, quædã cõmutabantur in aliud, sicut primogenitũ asini, quod cõmutabatur pro oue, vt j. eo. c. 1. & c. ma
10 gnæ. ¶ †Sed nunquid quilibet prælatus potest præstare auctoritatem cõmutationi voti? Dicunt quidam, q nullus, nisi is cui permittitur hoc à papa specialiter. vt j. eo. ti. c. ex multa. Credo tamẽ; q cuilibet episcopo permissa sit commutatio voti. vt j. eod. c. 1. Et quod dicit illa decre. ex multa. speciale est in voto vltramarino, quod statutum est ob fauorem subsidij terræ sanctæ. Sed is, cui voti illius fuerit dispensatio specialiter delegata, in cõmutatione voti illius habet attendere ea, quæ continẽtur j. cod. c. quod super his. & c. ex mul
11 ta. ¶ †Põt a voto discedi quatuor modis. Primò si auctoritate superioris fuerit commutatũ vel dilatũ. vt j. eo. c. 1. & c. nõ est. Secundò, cùm voues votũ suũ, quod in temporali obsequio cõsistit, in perpetuam religionis obseruantiã propria auctoritate commutat, vt j. eo. tit. c. scripturæ. Et sic potest intelligi quod. s. de iureiur. c. peruenit. Si tamen quis votum temporale perficeret, & demũ ad religionẽ migraret, tutius videret̃. argu. j. de spon. c. commissum. Tertiò, propter defectum conditionis, vt s. de iureiur. c. peruenit. il. 2. Secus si absolutè quis voueat, nulla. n. conditione rũpenda sunt quæ sine vlla cõditione vouent̃. vt 32. q. vlt. c. vlt. Quartò propter defectũ causæ, propter q̃ vouetur. vt j. eo. tit. c. magnæ, in fine. Secus tñ est in voto religionis, quod ex falsa causa nõ vitiatur. s. de cõuersi. coniuga. c. ex parte. Et quod dixi à voto cõditionali posse recedi, intelligo siue conditio sit specialis & exp̃ssa, vt j. de condi. appo. c. verũ. c. de illis. & c. super eo. & s. de restitutio. spolia. c. olim causam. siue sit tacita, sed talis quæ ex sui natura insit voto, vt si potero, si vixero, si deus voluerit, nisi deus aliter reuelauerit, vt probantur hæc. 16. q. 1. c. in parochia 22. q. 2. c. Beatus. 27. q. 1. c. Beata Maria.
12 ¶ In summa † notãdum est, q si vouens impediatur exequi votũ in potentia facti, expectandus est donec cesset impedimentum, vt j. eo. ti. c. quod super his. ff. de vaca. mune. l. vltima. j. de senten. excommu. c. de cætero. Nec interim habendus est voti transgressor. arg. ff. qui satis. co. l. vlti. voti obligatione in sui robore p̃durante, quia difficultatis cã ad incõmodũ promissionis, nõ ad impedimentum stipulationis, pertinet. vt ff. de ver. obl. l. continuus. §. est autem.

SVMMARIVM.

1 *Monachi & canonici regulares qualiter debeant viuere.*
2 *Monachi an possint præfici ecclesijs parochialibus.*
3 *Monachi transeuntes ad prælaturas seculares à quibus absoluantur, & nu. 4.*
4 *Monachus, cui commissa est cura ecclesiæ, secularis, an absoluatur ab obedientiæ abbatis.*
5 *Monachi in quo conueniant cum canonicis regularibus, & in quo differant.*
6 *Monachorũ visitatio qualiter fieri debeat.*
7 *Priores per electionem canonicam instituti, an possint remoueri.*
8 *Episcopus de eo, quod monachis offertur, nihil potest vendicare.*

¶ DE STATV MONACHORUM & canonicorum regularium. Rubrica.

Dictũ est supra de cõuersione ad religionem. Sed q a qui conuertũtur, frequẽtius monachi fiũt, vel

uel canonici regulares. Ideo subijciuntur tractatus de statu monachorũ & canonicorũ regulariũ. ¶ Videndũ† est igitur, Qualẽ vitã debeant ducere monachi & canonici regulares. Item in quo conueniant, & in quo differãt monachi & canonici regulares. Qualem habitũ gerere debeant. Et q̃ sint necessaria ad vitam regularem obseruandã. ¶ De vita quorundã monachorũ & habitu tractatur. j. eo. c. ad monasteriũ. Sed quia circa hoc diuersæ inueniuntur obseruãtiæ, & statuta, magis hoc per institutiones eorum instruitur, q̃ per iura. Vt tñ sciamus q̃ monachi peculium habere nõ possunt, nisi ab abbate fuerit pro iniũcta administratione permissum. vt j. eo. c. 2. in prin. & §. quia verò. Nam & in regula Beati Benedicti pcipitur prouideri, per quorũ manus negocia monasterij procurẽtur. vt j. ne cleric. vel mona. c. 1. Singuli per villas & oppida nõ ponantur. vt j. eo. c. 2. j. de cap. mona. c. vlti. & pe.† An autem in ecclesijs parochialibus possint pfici, & eis animarũ cura committi, dubitari solet. Dicunt enim q̃ olim ex dispensatione poterat 55. dist. c. priscis. Hodie de iure communi põt. vt 16. q. 1. c. in parochia. c. cùm p vtilitate. c. doctos & c. si monachus. Tertij dicunt, q̃ nec hodie possunt præfici secularibus & parochialibus ecclesijs sine dispensatione, vt j. de. c. mo. c. 1. Sed in hoc dici potest, q̃ olim nõ poterant præfici nisi ex necessitate, vt in prædicto. c. priscis; hodie vero possunt ẽt vtilitatis causa. vt in præalle. c. cum pro vtilitate. Et hoc locum habet in ecclesijs, in quibus plures monachi esse possunt. Secus si ecclesia talis sit, in qua monachũ oporteat solũ esse. vt j. eod. c. 2. in princ. & j. eo. c. quod Dei timorem. Puto autẽ q̃ episcopi monachos possunt præficere secularibus ecclesijs cum abbatum consensu. vt 63. dist. c. 1. Et hoc verũ est in ecclesijs; quæ non spectant ad monachos pleno iure. vt s. de sup. negli. præla. c. sicut. s. de præben. c. de monachis. & j. de priuile. c. cum & plantare. §. in ecclesijs 16. q. 1. c. sanc. & c. statuendũ. In his aũt quæ ad eos pertinent pleno iure, sufficit abbatis cõsensus. vt 16. q. 1. c. visis. & si sic fuerint instituti, psit pdicare, baptizare; missam ad populum celebrare, & cætera officia sacerdotalia ministrare. vt 16. q. 1. c. adijcimus illud. §. ecce. in hoc cap. cum omnibus sequentibus. cc. vsq; ad. §. his omnibus. Aliter non hñt huius officia. vt 16. q. 1. per totum vsq; ad prædictũ. §. ecce in hoc cap. ¶† Et sciendũ, q̃ cùm monachi ad prælaturas transeunt seculares, absoluuntur à quibusdam obseruantijs. vt à ieiunio, silẽtio, & vigilijs. Et est ratio, quia vt dicit canon, nemo põt ecclesiasticis obsequijs deseruire, & in monastica regula ordinatè persistere, vt districtionẽ monasterij teneat, qui quotidie in monasterio ecclesiastico cogit̃ permanere. vt 16. q. 1. c. nemo. In alijs aũt nõ absoluitur, vt habitu obseruando continentiam, & de proprio nõ habendo.† Sed nunquid absoluitur ab obediẽtia abbatis. In hoc distingue: Quia, aut trãsfertur ad ecclesiã epalẽ, aut ad aliã minorem; si ad epalem, omnino absoluitur à iurisditione & obedientia abbatis. vt 18. q. 1. c. 1. si ad aliã minorẽ, subdistingue; aut illa ecclesia est subiecta abbati suo, aut non. si est subiecta abbati suo quo ad tẽporalia, tunc eximitur ab obedientia illius quo ad spiritualia. vt 16. q. 2. c. sanc. j. de. c. mona. c. 1. si verò ecclesia sit subiecta abbati suo in spiritualibus & tẽporalibus, tũc trãslatus remanet subiectus abbati in omnibus, & seruabit oĩa sicuti prius pter tria, ieiunia, silentiũ, & vigilias, q̃ in ecclesia seculari seruari nõ possunt, vt superius dictũ est. si aũt ecclesia in nullo sit abbati subiecta, tunc monachus trãslatus in nullo tenet̃ abbati. vt 16. q. 1. c. in parochia. nec ecclesiã suã reget fm officiũ monachale; qa ad quãcunq; ecclesiam veneris, illius cõsuetudinẽ seruabis. vt 12. di. c. illa. 41. dist. c. quisquis. sed nunquid ab esu carnium eximitur à regula monachali? Videtur, quòd

(Marginal numbers: 1 at "nonicorũ regulariũ"; 2 at "c. vlti. & pe."; 3 at "§. ecce in hoc cap."; 4 at "nõ habendo.")

ꝙ non;quia canon causam infirmitatis tantum excipit in monacho.de conse. dist.5.c.carnem. satis tñ dici posset, ꝙ sic.ne alijs,cũ quibus viuit, hoc scandalũ inducatur.vt 41.distinct.c.quisquis. sed vbi alijs non est scandalum, vel vbi monachus cõmonachũ habet, cũ quo viuit,vt ĩ.e.tit.c.quod Dei timorẽ,seruabit regulã quo ad esum.
5 ¶† Monachi & canonici regulares conueniunt inter se in his quæ sunt substantialia religionis,vt in abdicatione proprietatis, obedientia, & continentia, vt ĩ.eod.tit.c. cum ad monasterium, in fin.12.q.1.c. non dicatis, vt ĩ.eo. c. super quodam. Et secundũ hoc dicit Nicolaus Papa. Non enim putamus,quod absit,religiosos canonicos à sanctorum monachorũ cõsortio seiunctos.vt 20.q.3.c.præsens in fi.& ĩ.eod tit.c.quod Dei timorem. Item sicut isti, sic nec illi claustrum exire debent. vt ĩ.ne cle. vel mona.c.non magnopere.& c.super specula. Item vt communiter dormiant & vescantur,vt s̃.de vita & hone.cleri.c.qm̃ 32.distin. c.præter hæc.de conse. distinct.5.c. in omnibus.12.q.2.c.necessariò. Item & in alio,vt ĩ.eo.c.in singula. ¶Differunt autem in quibusdam;quia quod statutum est de monachis vt singuli per villas oppida non ponãtur, vt ĩ.c.2.de canonicis regularibus specialiter non cauetur.Item quo ad habitum,& quo ad esum regulę seruiunt laxiori,vt ĩ.eo.c.
6 quod Dei timorem. ¶†Ad obseruantiam regularem necessarium est, vt in singulis regnis siue prouincijs fiat de triennio in triennium commune capitulum.Abbatũ atq; priorũ, abbates proprios non habentiũ,qui non consueuerunt capitulũ tale exercere, in quo diligẽs habeatur tractatus de reformatione ordinis,& obseruãtia regulari;& hi, q capitulo ꝓsunt, corrigãt & reformẽt quæ correctionis & reformationis officio nouerint indigere. vt ĩ.eo.tit.c.in singulis.Item vt in correctionibus & reformationibus & disciplinis regularibus nõ appellãtur. vt s̃.de appella.c.ad nostram.& c.reprehensibilis.ĩ.ne cleri. vel mona.c.relatum.s̃.de appel.c.cum speciali. Quod intelligo, cùm modus correctionis qualitatẽ peccati nõ excedat.vt 23.q.3.c.qui peccant.in fi.Nã nimiæ asperitatis increpatio nec correctionẽ recipit, nec salutẽ,vt 45. dist.c. cùm beatus.Itẽ vt mittãtur visitatores per ꝓuincias,qui de statu monasteriorũ & obseruantijs regularibus diligenter inquirant, & tam in spiritualibus q̃ in tẽporalibus corrigant & reforment quæ viderint corrigẽda,monachos corrigi faciãt per abbates, nihilominus & ipsi corrigẽt quos cõtumaces inueniũt & rebelles. Quod si abbates in hoc fuerint negligẽtes, ꝓclamẽtur & puniantur ĩ capitulo gñali.Si verò visitatores aliquem abbatẽ dignũ inuenerint amotione,denuncient episcopo loci. Quòd si episcopus implere neglexerit, visitatores vel præsidentes.capitulo gñali,hoc referãt apostolicæ Sedi. Si verò abbas amouendus fuerit exẽptus,põt suspendi ab administratione ꝑ visitatores vel præsidentes in cap.generali, amotione illius summo pontifici reseruata. vt ĩ. eod.c.ea quæ.Et hoc locũ habet in monasterijs monialium, quo ad articulos corrigendi,reformandi, suspendẽdi,& amouẽdi,vt ĩ.eo.d.c.ea quæ in fi.
7 ¶†In summa notandũ est,ꝙ si priores aliqui per electionẽ canonicã fuerint instituti, sine causa,& sine iuris ordine remoueri nõ pñt.vt ĩ.eo.c.2.§.priores.& accedunt ad hoc.56.di.c.satis peruersum 6. q.vlt.c.inuentũ.15.q.5.c.2.s̃.de iud.c. 1.Alij aũt priores,qui non sic eligunt, sed eos abbates instituũt,& sicut volũt, de facili remouẽtur,vt ĩ.de simo.c.per tuas,in fi. In primis cõfirmari pñt prioratus.vt s̃.de ꝓbẽ.In posteriorib⁹ nõ,vt ĩ.e.tit.c. cũ ad monasteriũ.§.in refectorio,in fi.s̃.de cõfir.vti.vel inuti.c.ad nostrã & c.porrectũ.
8 †Itẽ notandum,ꝙ de oblationibus quotidianis, de his quæ cõferũtur in vita cõferentiũ,ecclesia cathedralis non habebit aliquam portionẽ. vt ĩ.e.c.1.& 16.q.1.c.cũ pro vtilitate.Cæ-

te.Cæterũ si mortis vel sepulturæ causa aliquid monasterio cõferatur maior ecclesia habebit portioné canonicã. vt ſ.de sepul.c.de his.c.relatũ,& ſ.de test. c.requisiti.Itẽ nec cathedrati cũ soluunt monachi.vt 10.q.3.ca.inter cætera.nisi hoc a fundatione ecclesiæ cõuenisset vt 18.q.2.c. Eleutherius. Et quo ad hæc monasteria dñr nõ subesse legi diœcesanç & 18.q.2.c.q̃ sit ſ.de offic.ord.c.dilectus.Capellæ tñ monachorũ subsunt,ſ. de offi.ord.c.conquerente.ſ.de præb.c. de monachis. Nec obst.canõ ille.10.q. 3.c.inter cętera,vbi dicit monasteriorũ basilicis ab hac solutionis expressione seiunctis.Illud.n.sic exponitur,basilicis monasteriorum, idest basilicæ quæ sunt monasteria. Et hęc vera sunt,nisi monasteria cum capellis libertati donentur; tũc.n.ea lege qua monasteria,& capellæ censentur. vt j.de priui.c.qm̃ & c.cũ capella. & arg.16.q.2.c. visis,& de hac materia no.ſ.de offi. or.§.quæ autem.

SVMMARIVM.

1 *Religiosæ domus quæ dicantur.*
Oratorium quid sit, & an oratoria dicãtur loca religione.
2 *Domus religiosæ qua auctoritate construi debeant, & cui subsint.*
3 *Domus religiosæ ad vsus seculares reduci non possunt.*
4 *Abbas an possit præiudicare monasterio.*
5 *Monasterium si alteri monasterio vniatur episcopo ignorante,cui valeat vnio.*
6 *Religiosis licitum est ad arctiorem se transferre religionem petita licentia quãuis non obtenta.*
7 *Ecclesia vna tribus modis vnitur alteri.*
8 *Ecclesiarũ vnio ex qbus causis fieri possit.*

¶DE RELIGIOSIS DOMIBUS. Rubrica.

TRactatũ est supra de conuersione & statu religiosorũ, hic subijcit tractatus de domibus eorundem.Et ideo ponitur hic rub.de religiosis domibus, vt episcopis sint subiectæ. ¶Videndum est igitur,Quę dicãtur religiosę domus. Cui⁹ auctoritate sint cõstruẽdæ.Cui subiectę sunt,& in quibus. An ad seculares vsus conuerti valeant. Quæ religio sit assumenda, postquã do-
1 mus fuerit constituta.¶† Religiosæ dom⁹ dñtur monasteria,tẽpla hospitalia, & alia loca similia,ad pios & religiosos vsus deputata, quocunq; nomine cẽseãtur, vt j.eod.c.de xenodochijs.&.C.de episco. & cleri.c. orphanotrophos.&.l. omnia.Oratoria etiã,quæ aliqui ex deuotione in proprijs domibus actoritate episcopi constituerint,loca religiosa sunt.vt 42.di.oratoriũ.19.q.2.c.quidã, de conse.di.1.c. vnicuiq; & ca.clericos. & c.si quis.Oratorium autem idem est, quod ecclesia seu capella.vt j.de eccle.
2 ædifi. c.vlt. ¶† Construendæ sunt dom⁹ religiosæ auctoritate episcopali.vt. 16.q.1.c.quicunq;.cum solennitate illa quæ hẽtur de cõcec.di.1.c.nemo, in Auth.de eccl.titu.§.si quis autem voluerit colla.9.Subsunt aũt tam ecclesiæ,q̃ domus religiosę illi episcopo in cuius diœcesi consurgunt.vt 16.q.7.c.basilicæ. & 18.q.2.c.monasteria.&.j.eod. ca.de xenodochijs. nisi priuilegio sint munitæ. vt j.eod.c.constitutus. vel præscriptione.vt ſ.de præscript.c. auditis. Subsunt autem inquã duabus legibus,lege diœcesana & iurisdictionis,vt dixi supra de offi.or.§.quę autem.sed vtranq; legem diœcesanam & iurisdictionis episcopus remittere potest.vt j.eo.c. constitutus. & j.de censi.c.cùm venerabilis, in fin.& 16.q.2.c. visis. Licet videatur q iurisdictionem remittere nõ possit; quia sicut subiectus seipsum eximere à iurisdictione prælati non põt, vt supra de foro cõpe.c.si diligẽti.11.q. 3.c.si clericũ cuiuslibet, & c.clericũ nullũ.sic nec prælatus põt à se excutere iuridictionem ordinariã,quã hẽt in subiectis. ar.ff.de of.prę. l.legatus.Verius est tñ quod prius dixi. Nam episcopus põt dare decimas extra ecclesiam baptismalem.vt.16.q.1.c.statuimus.potest uni ecclesię detrahere,& dare al-

dare alteri, vt ĩ. de exce. præ. c. ficut vnũ re 12. q. 2. c. bonæ. dummodò cum consensu sui capituli. vt s. de dona. c. pastoralis.
3 ¶ † Domus religiosæ ad vsus seculares reduci non possunt, vt ĩ. eo. ti. c. inter quatuor. Et est hoc generale in omnibus cõsecratis, vel Deo dedicatis. vt 19. q. 2. c. q̃ semel, s. de re. permu. c. mancipia. de cõse. d. 1. c. ligna. & c. vasa. & ff. de rel. & sumpti. fune. l. si quis sepultura. Vñ si monasteriũ aliquod fuerit deformatũ per monachos eiusdẽ ordinis, si põt fieri reformetur, alioquin p monachos alterius ordinis. vt ĩ. ne cle. vel mona. c. relatum. non autẽ per clericos seculares, vt infra eod. titu. c. per quatuor. & accedit ad hoc 18. q. 2. c. peruenit dudum, & supra ti. proximo c. vlt. §. vl. postquã autem domus aliqua fuerit constructa, assumẽda est religio vna de approbatis, vt ĩ. eo. ti. c. ne nimia. noua n. sine licentia dñi Papæ assumi nõ possit, sicut nec nouum institui collegium
4 sine principe, vt. ff. de coll. l. 3. ¶ † In summa notandum est, q̃ si abbas vel prior alicuius monasterij præter assensũ fratrum obedientiam promittat episcopo loci, si monasterium sit exẽptum vel legitima pscriptione munitum, nõ præiudicatur eidem. vt ĩ. eo. c. cum dilectus filius.
5 † Item quid si monasteriũ aliquod alteri monasterio vniat episcopo ignorante, nũquid vnio valet? Videtur q̃ sic, maximè si vniatur monasterio regulæ
6 arctioris. † Nã licitum est cuiuslibet ad arctiorẽ trãsire religionẽ petita licẽtia & si non est obtenta. vt s. de reg. c. licet. & c. sane. Item per unionem huiusmodi non eximitur monasteriũ a iurisdictione diœcesani episcopi. vt infra eod. tit. c. quia monasterium. unde episcopus ratũ debebit habere quod alteri prodest, & sibi nociturum nõ est. vt. ff. de aqua pluuia arceda. l. in summa. §. itẽ varijs. Sed cõtra hæc sic allegat, ad ipsum spectat vnire ecclesias infra de excessi. prælato. c. sicut vnire. prudentiæ. n. ipsius cõmittitur qualiter ecclesiæ suæ diœcesis consistere debeant. vt 70. dist. c. sanctorum. Item per vnionem præiudiciũ fit episcopo; quia monasterium qđ unitur gaudebit priuilegijs & immunitatibus illius cui unitur. quod. n. alteri aggregatur, eius debet imitari naturam. vt ĩ. de statu. regul. c. recolentes. C. de rei vxo. actio. l. vna. C. comm. de leg. l. 1. Puto si ne consensu episcopi hoc fieri non debere, & intelligo q̃ in ca. cũ dilecti. s. de his quæ vi met. ve causa fiunt, habitus
7 fuit cõsensu episcopi. ¶ † Tribus autem modis vnũ monasterium vel vna ecclesia vnitur alteri, vno mõ fit, vt cum vna alteri subijcitur. Et tunc subiecta vniet secundum obseruantias eius, cui subijtur, & priuilegijs eius vtetur, vt in præallegata decre. recolentes, circa fi. & iõ necessarius est episcopi cõsensus, vt præ dixi. & secundũ hoc dicitur vna ecclesia dependere ab altera, vt s. de ęta. & qua. in or. præfi. c. cam te. Secundo mõ fit, vt cũ duæ ecclesiæ vniũtur ita vt neutra subijciatur alteri, nec est scire quæ sit illa quæ vnitur, quæ sit illa cui vniaĩ altera. sed ambæ ecclesiæ sic conueniunt, vt canonici vnius vel monachi sint canonici vel monachi alterius, & sint omnia communia; & tũc erũt quasi vna ecclesia, & quasi vnum collegium, & viuẽt secundũ meliores obseruantias & consuetudines, q̃ hactenus in vtraq; vigebant, & respondebũt episcopis diuersarũ diœcesũ, vel eiusdẽ, sicut prius. vt illi qui viuũt in illo loco rñdeant in suo diœcesano ĩ his, in quibus debẽt; & isti qui viuũt in isto, rñdeant suo, si diuersos habeant diœcesanos, vt vnio non noceant diœcesanis, vt infra eod. tit. c. quia monasteriũ. Tertio modo fit vnio duarum ecclesiarũ, vt duæ remaneant, & possessiones diuisæ sint, sicut prius & collegia duo; sed ĩ hoc tantummodo unũ habeat prælatũ, qui præsit vtriq;. Sic & Imperator duas dignitates cõiungit in vnũ, vt in Auth. vt iudices sine quoquo suffr. §. illud. col. 2. De iure autem episcopi, erit quod dixi
8 in modo secundo ¶ † Quattuor autem sunt causæ, ppter quas unio ecclesiarũ fieri põt. Propter temporis qualitatem seu

seu turbationem.vt 21.q.1.& temporis qualitas. Item duarum ecclesiarum vicinitas.vt ibidem.Item ecclesię paupertas.vt 10.q.3.c.vnio.circa fi. Item a clericis vel monachis desolatio vel destitutio.vt j.eod.c.quia monasterium.

SVMMARIVM.

1 *Monachi et alij religiosi quid iuris habeāt in capellis monachorum.*

2 *Intellectus ad c.tributum.23.q.8.*

3 *Religiosi si acquirunt capellas ex donatione episcopi, quod ius in illis habeant, & num.4.*

4 *Actio de subiectione capellæ,an contra ipsam vel possidentem competat.*

¶DE CAPELLIS MONACHORUM. Rubrica.

IN superioribus rubricis tractatũ est de monachis & alijs religiosis, hic tractatur de eorũ locis & capellis. & ideo subijcit̃ hic rub. de locis vel capellis monachorũ seu aliorũ religiosorum.
1 ¶†Est igitur videndum quid iuris habeāt monachi, & alij religiosi in suis capellis.Et in hoc distinguendũ est; q̄a aut monachi ius hn̄t in capella ex fundatione,aut ex donatione laici.Si monachi capellam in proprio solo expēsis proprijs fundauerint. hn̄t in ea omnia tpalia & episcopus omnia spiritualia. Et hoc est quod alibi dicitur, sacerdotes de populi quidā cura episcopis reddant rationē. abbati verò ꝑ rebus tpalibus ad monasteriũ pertinentibus debitam subiectionem exhibeant, & sic sua cuiq; iura seruētur. vt 16.q.2.c.sane. & c.statuendum.j.de priuile.c.cum & plātare.§. in ecclesijs.j.co.c.1.s̄.de præbē. c.in lateran. &c.de monachis. Habent & nihilominus ius pn̄tandi. vt s̄.de sup
2 plen.neg.c.fient.†Et per hoc notare potes,ꝙ cũ collegiũ regularium, & idem in secularibus puto, fundat aliquam ecclesiā, pinguius ius habet ex fundatione q̄ laicus,qui & si ius habeat pn̄tādi, vt j.tit.pxi.in possessionibus tñ ecclesiæ,quas etiam ipse confert,nullam retinet ptātem.vt 10.q.1.c.nouerint. pn̄t tñ laico patrono statui aliqui prouentus in ecclesia percipiendi.vt j.tit.pxi. c.præterea.Et sic intelligo.23.q.8.c.tributum, quod intelligo ante cōsecrationē ecclesiæ.ar.C.de dona.quæ sub modo l.perfecta.& 16.q.vlt.c.filijs.pn̄t autem ante consecrationem vel post possessiones aliquę beneficij vice concedi, & maximè patrono. vt 16.q.6.c. illud. & 16.q.1.c.possessiones. Si verò ex donatione episcopi monachi ius habeāt,
3 vt in capella,tunc si certo † modo donauit eis episcopus ius illud habebunt,qđ expressum est.ar.ff.de pac.l. in traditionibus. Si verò episcopus contulit pleno iure,tunc monachi habebunt tpalia, & spiritualia,& institutiones vt 16.q.2.c. visis.Quod si episcopus simpliciter donet,tunc illam portionem contulisse videtur,quam episcopus tpaliter in eandem percipere consueuit,forte aliquid tempore dedicationis impositum. Sed si episcopus nihil tale percipiebat in ipsa, tunc donasse videtur omne id quod spirituali iure percipiebat in ea.vt tertiam, vel quartā dè obligationibus viuorum,& mortuorum,pręter cathedraticum. Vt autem hæc donatio sit legitima,consensus est capituli requirendus. vt j.de dona.c.pastoralis. Vbi verò ex donatione laici ius sibi vendicant, religiosi in ecclesia,tunc tm̄ modo ius obtinent patronatus vt j.co.c.cum seculũ. & si quid aliud percipiebat laicus temporaliter in eadem,vt superius dictum est.non enim potuit laicus plus iuris in ecclesia conferre laico,q̄ sibi competeret. vt j.de dote post diuor.res.c.nup. 1.q.1.& 1.q.7.c.Daibertũ.ff.de re.iur. l.nemo plus.& ff.de contrahen.emp.& ven.l.alienatio. Quanuis casualiter & specialiter hoc generale fallat,vt s̄.de ele c.suffraganeis.ff.de vsufru.l.qđ nostrũ.ff.de acqui.re.do.in l.nō est nouũ,
4 & ff.de acqui.pos.l.interdũ.† Sed quid si in ecclesia malè à laico detēta ex donatione

natione ipsius in vsus transierit mona-chorum, epo loci præbente consensum. Constabit hæc donatio perpetua firmite subnixa vt.16.q.1.ca.vlti.vt si laicus erat patronus ius patronatus trāseat in eosdem, & nihilominus quod temporaliter eps abtinebat. si verò laicus patronus non erat, saltē ius episcopi transit. s.de don.pasto.j.de iure patro.c.illud. Et hæc omnia locū hnt in monasterijs quæ non sunt exēpta cum suis capellis. alioquin diœcesanus nihil iuris hēti capellis, sicut nec in monasterijs ex qbus capellæ dependent. vt notaui s.de stat.
5 mona. in fi. ¶ † In summa notādum est; q si agatur de subiectione capellę, non est agendum cōtra ipsam. sed contra superiorem qui est in possessione vel quasi subiectionis ipsius, vt s.ti.prox.c.cùm venerabilis s.de elec.c.querelam 16.q.3.c.inter memoratos.s. de rescrip.c.ex parte.ff.de lib.exhi.l.vl.ff.de serui.l.vl. &.ff.si ser.ven.l.is cuius, & nihilominus agi potest cōtra rectorem capellæ, vt s. de appe.c.ad audientiam, supra vt lite non contesta c.quoniam 12.q.2.c.quicunque. & in prædicta decre.ex parte.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus quid sit, et ex quibus proueniat.*
2 *Patrono quæ competant.*
3 *Institui non debent sine præsentatione in ecclesia quæ patronum habet.*
4 *Patronus qui præsentauit vnum, an possit variare & alterum præsentare.*
5 *Clericus plus peccare dicitur, quàm laicus in eodem genere delicti.*
6 *Intellectus ad c.cum Bertoldus.de re iudi. & c.decreuimus.16.q.7.*
7 *Ius patronat⁹ qualiter in aliū trāsferat̄.*
8 *Ius patronatus an transferatur in alium sine auctoritate.*
9 *Plures quando sunt patroni, & in præsentione episcopi discordant, quid sit agendū.*
10 *Episcopus quid agere debeat, quando inter præsentatores est contentio quis eorum sit patronus.*
11 *Ius patronatus an sit apud quemlibet hæredem insolidum quo ad omnes effectus, & quomodo intelligatur. et nu.12.*
12 *Ius patronatus ex gratia cadit in laico.*
13 *Episcopus in aliena diœcesi ecclesiam ædificans potest quemcunque clericum præsentare.*
14 *Differentia vtrum ius patronatus spectat ad clericum iure ecclesiæ, vel patrimonij ratione.*
15 *Vnus si construit ecclesiam, & ei plures succedunt hæredes, omnes sunt patroni.*
16 *Plures si ecclesiam construant vel dotent, an omnes habeant vnum ius, an pro beneficij portione.*
17 *Clericus habens ius patronatus, nunquid possit seipsum præsentare.*
18 *Excluditur ab officio procurationis qui se ingerit.*
19 *Patronus potest eligere filium.*
20 *Patronus donando, tradendo, & concedendo ecclesiam, vel instituendo in ea, quo ad ecclesiam nihil agit.*

¶DE IVRE PATRONATVS. Rubrica.

EGimus supra de iure patronatus in specie, s.qd cōpetit monachis in alijs religiosis. Nunc cōmuniter & generaliter de iure patronat⁹ agamus, vnde subijcitur hic rub.de iure patronatus. ¶Videamus igitur quid sit ius patronatus. Ex qbus puenìat. Quæ cōpetunt patrono. An sine præsentatione valeat institutio. Qualiter ius patronatus in aliū transferatur. Itē qd si plures sint patroni, & discordant in psentādo. Item infra quod eps patronus debeat
1 præsentare. ¶ † Ius patronatus ē auctoritas seu potestas proueniens ex beneficijs ante cōsecrationem ecclesię collatis. ¶Patronatus aūt ius puenit ex fundatione, dotatione, soli collatione. 16.q.7.c.filius. & c.quicūq;.18.q.2.c.abbatē. Et hoc vno ver.continētur. Patronū
2 faciunt dos, ædificatio, fundus ¶† Competit patrono aliquid honoris, aliquid oneris, aliquid vtilitatis. Aliqd honoris vt.

tis,vt si ecclesia nō fuerit collegiata, psentet.vt j.fere per totum, si fuerit collegiata,tunc non electioni faciēdæ, sed iam factæ honestius patroni postulaturus assensus,nisi ex speciali concessione obtineat, vt partes suas interponere debeat electioni tractandæ vt j. eod.c.nobis. Itē habet aliquid honoris,quia primus in processione incedit. vt 16.q.7.c. piæ mentis & c.Frigentius.Habet aliqd oneris, quia tenetur defendere ecclesiā ab oīb⁹ oppressionib⁹.vt 16.q.7.c.filijs. Hēt aliqd vtilitatis,qa si vcigat ad inopiā,alendus est de bonis ecclesiæ. vt 16. q.7.c.filius & c. quicūq;. Et notanē duobus versib⁹.Patrono debeē honor, on⁹, vtilitasq;. Præsentet,psit, defendat,alatur egenus.Potest etiā patronus præter egestatē aliquos reditus habere moderatos ab ecclesia, cuius patron⁹ existit, vt hic notaui supra tit. prox.circa prin.

3 † Sine psentatione institui non debent in ea ecclesia quæ patronum habet;& si spretis patronis hoc factum fuerit, sm rigorem iuris est institutio irritāda, vt infra eo.c.illud in fi.vel irrita nuncianda. & ad instituentis verecundiā institutus amouendus est,& alius quem patronus condignum elegerit,ordinādus. vt 16.q.7.c.decreuimus.† Sed si laicus repsentet vnum,& postea variet alium præsentādo, videtur à primo discedere posteriorem præsentando.vt ff.de procur. l.si cum.§.vlt.& s.de procura.c.non iniustè. & tunc videtur arbitrio episcopi relinquendum,quis eorum alteri præferatur,vt j.eo.c. cum autem aduocatus. vt in casu isto sit locus gratificationi,sicut alias.ff.de reli. & sump.fu.l.vl.ff.de donat.l.stichum.§.si decem.ff. de peculio.l.summa.ff. deposit.l.ei apud quem §.1.ff.loca.& cōdu l.in naue Saupheli, in fi. Licet sit argu.contra, q non sit locus gratificationi. ff. quæ in fraudem cre.l.pupillus. Admittitur hæc variatio patroni laici duplici ratione.Vna,quia in casu isto locus est pœnitentiæ,sicut& alias 2.q.3.c.si qs irat⁹. & c.si quē pœnituerit & q.6.c.ei q.§.si vero.&.c.si quis

libellos.Aliā ratione, quia præsentato ex præsentatione nō acqritur ius in re, vnde alio præsētato & instituto potior est conditio possessoris.quoniam antequam præsentatio per diœcesanum episcopum approbetur, ratū non est quod à patrono fuerit inchoatum vt infra eodem c.quod autem consulis. Et propterea sicut dixi, superior variantē admittit, quia nonnunquam prætor variationem admittit & consilium mutantis nō aspernatur.vt ff.de col.l.nonnunquam. Quāuis alter inconstantia arguatur vt. ff.de proc.l.in causæ. ¶Variatio autem non admittitur in persona ecclesiastica variante,vt in prædicta dec.cum autem aduocatus,in fi.Et est ratio, quia quædam res prohibentur in clericis,q in lai-

5 cis tolerantur† & in eodem genere delicti plus dicitur peccare clericus, q laicus.vt 15.dist.c.nulli fas.1.q.3.c. saluator.11.q.3.c.præcipue.32.q.5.c.qui viderit.19.di.c.nulli,infra de hær.c.excōmunicamus.§.præterea.ff.de re.mi.l.oē

6 delictum.§.augetur.†Et quod dixi,præsentatum à laico non habere ius in re, eo quod ratum non est à patrono quod fuerit inchoatum,priusquam à prælato fuerit approbatum, recipit cōtra.supra de re indi.ca.cum Bertoldus.vbi primò præsentatus & non admissus agit cōtra secundum præsentatum & institutū , vt amoueatur.In quo sic dicēdum, si quis præsentetur ab eo qui ius habet præsentandi,& cùm sit idoneus,nō admittitur à prælato, & patronus non variet, ius habet in re, & agere potest contra institutū à nemine,vel à falso patrono præsentatum.Et sic loquitur c.cum Bertoldus.sic loquitur.16.q 7.c. decreuimus, vbi autem verus patronus aliquē repræsentat,& variat alium repræsentādo,locum habet.c.cū aūt aduocatus. & c.qd autē consulis. vt primò præsentatus ius non habeat in ecclesia, ad quem primò fuerit præsentatus,vt possit agere aduersus secundò præsentatum & institutum. Sed poterit agere cōtra prælatum, qui eum præsentatum & idoneum malitio-

sè non admisit fortè differendo instituere,& difficultates aliquas ĩgerẽdo, vt variet patronus et alterũ præsentet. & aget vt prouideat ei in beneficio cõpetenti.vt ꝟ.eo.ti.c.pastoralis. Et quia prælatus non admittens præsentatũ idoneum,sic punitur.dixerunt quidam nõ esse locũ gratificationi, & correctã esse illam decre.cũ aũt aduocatus . per illã pastoralis.Sed verius est,qđ primò dixi.vt gratificationi sit locus,& cui gratificando prælatus ecclesiã contulerit, eius erit;& alius nullum ius in ecclesia habebit, quãuis primò pſentato & idoneo subueniatur. vt superius dictũ est. Admittenda est igitur præsentatio patroni vel eius qui est in quasi possessio neiuris patronatus, vt ꝟ.e.c.cõsultatio nibus,ꝟ.sex menses à tpe vacationis.vt ꝟ.e.c.cum te.vel.ꝟ.quatuor à tpe motæ litis.vt ꝟ.eo.c.qm̃ in quibusdã.ꝟ.e.c.cũ propter discordiã. Quidam aũt dicunt correctã esse illã dec.cã te.per posteriorẽ, cũ propter discordiã & tps semestre

7 reductũ ẽ ad tps quadrimestre.¶†Trãsfertur in aliũ ius patronatus gratuito tit. vt ꝟ.eo.c.ex insinuatione & c.illud. & c.cura pastoralis . Non gratuito aũt tit.non transit,cũm sit spirituale vel spirituali annexũ,vt ꝟ.eo.c.de iure.c.quia clerici.& c.præterea.Cum vniuersitate aũt transit ius patronatus ẽt nõ gratuito tit.vt ꝟ.eo.tit.c.cum seculum. vt fundus dotalis qui per se generaliter non transit, sed cũ vniuersitate transfertur. vt.ff.de fun.do.l.1.quędam.n.sunt,quę per se sola nõ transeũt,sed cũ alijs transferũtur.vt ff.de acquir.re.do.l.quædã. ff.de contrahen.empt.l.in modicũ.Vnde versus. Iura patronatus transire facit nouus hæres.Res permutata,donatio,venditioq;.Nã ex successione transit in hæredem.vt ꝟ.c.1.Et permutatur cũ alio spirituali, vt 16.q.7.c.nemini. Et venditur cum vniuersitate,vt in de-

8 cre.cũ seculum. † Sed nunquid sine auctoritate episcopi transfertur? & videtur ꝙ in singularẽ personã non , sed in collegiũ sic; & hoc innuitur manifeste ꝟ.eod.c.illud. vbi dicit , licet religioso loco patronatus ius conferendi liberã habeat potestatẽ.Et est ratio , quia ius canonicum libenter amplectitur , vt id quod est spirituale vel spirituali annexum, à laico ad ecclesiã reuertatur , vt aliàs video.16.quę.1.c.vlti.ꝟ.de his ꝙ fi.ã præla.sine con.ca.c.cum in apostolica.tunc.n.ius reddit ad suã naturã,vt ff.de pac.l.si vnus.§.idẽ dicemus . Non ob.ꝟ.eo.tit.c.ex insinuatione, nam illã intelligo, cum consensus capituli interuenit.Sed obstat.ꝟ.eod.c.nullus. quod dicit,quicquid ecclesiastici iuris est, nõ posse monasterijs cõferri sine concessione episcopi.Sed ibi excipi potest ius patronatus.Vel si velis,stabis ei quod dicit illa decre. nullus . sine aliqua exceptione.Et respondebis ad illã decretalem.illud;quia quod dicit licet religiosæ domui &c.non determinat proximã clausulã præcedentẽ illam.s.tum quia laicus ; sed aliam.s.tum quia de re non vacante &c.vt sit sensus, laicus ecclesia non vacante ius patronatus, quod habet in ea,ẽt cum consensu episcopi priuato conferre non põt, licet religioso loco cõferre possit,subaudi non tñ si-

9 ne consensu episcopi . ¶†Si plures sint patroni & discordant; quidam.n.repræsentat vnũ,quidam alium , si cõstat eos esse patronos , stabit episcopus maiori & saniori parti illorũ; si partes præsentati nõ videãtur æquales,tunc attẽdantur merita eorũ quę præsentantur.vt ꝟ. eo.c.qm̃ in quibusdam 62.dist.c.si forte. Sed si præsentati pares in meritis videantur,tũc est locus gratificationi, de qua superi⁹ dictũ est.vel dicet epũs patronis,iterũ pſentate.ar.79.di.c.si duo. Nec puto , ꝙ in casu isto alter eorũ habebit cõtra episcopũ aliq̃ actionẽ;quia episcopi sese impediũt in cõcursu,sicut duo fructuarij.vt ff.quib⁹ mo.vsu.amit. l.si duob⁹.§.cũ singulis.ff.de vsuf.l.quoties . sicut duo hęredes sub conditione instituti vt ff.de condi.& isti.l.si titius hæres erit. Sed si patroni nolint quẽ pſentare, epũs reliquias de illa ecclesia, si fieri

si fieri pôt sine scandalo, seruet vsq; ad diem concordiæ, atq; eiusdem ecclesię claudat hostia, vt nullus in ea sacrũ ministerium celebret, antequam vnum eligant presbyterũ, qui sacrosancta idoneus sit procurare. vt j.co.c.quicunq;.
10 ¶†Cũ aũt inter præsentantes sit contentio, quis eorũ sit patronus, expectet episcopus ad sex menses; & si vsq; tunc non fuerit diffinitum, prouideat episcopus ecclesiæ de pastore, saluo in posterũ iure eius qui euicerit. vt j.c.tit.c. si verò. & si noluerit episcopus tanto tpe spectare, faciat hoc in fine quatuor mẽsiũ. vt j.co.c.qm in quibusdã. Si aũt inter episcopũ & præsentãtes si qõ, forte episcopo ignorante eos fore patronos, tũc donec qõ sopiatur, episcopus ponat in ecclesia œconomum pro reditibus conseruandis, qui aut eos in vtilitaté ecclesiæ conuertat, aut fideliter futuræ personæ reseruet. vt s.de offi.ord.c.cũ nos
11 plerũq;. ¶†In summa notãdũ est, q ius patronatus apud quẽlibet hęredem est in solidũ quo ad oẽs effectus, præter sacerdotis pſentationẽ, quæ est apud oẽs ita, q apud nullũ. vt j.e.c.1.& 2. Et hoc ideo, quia cùm sit res simplex perueniens ad quẽlibet hæredũ in solidũ, & si ex diuersis & inæqualibus partibus sint heredes, vt ff.de seruitu.l.via.ff.ad. l.Fal.l.1.§.si vsusfructus. qui spiritualia nõ diuiduntur. vt 7.q.1.c.nihil. Vñ alia incorporalia vt nomina, & si nõ veniãt diuidenda. vt ff.famil.ercis.l.2.§.vl.& l.hęredes.§.1.C.eo.tit.l.ea quę.veniũt tñ adiudicanda & assignãda. vt ff.fam. ercis.l.3. non sic in iure patronatus. qđ nec vni assignatur, nec diuiditur inter omnes, sed consistit insolidũ apud oẽs,
12 vt superius dictũ est. ¶†Itẽ notãdũ est, q ius patronatus qñq; stat in suo nomine, qñq; dicitur aduocatia. vt j.e.ti. c.quia clerici. Qñque vicedominatus. Qñq; custodia. Qñq; guardia apellat, vt j.e.tit.c.præterea. Qñq; ius frequentationis seu processionis. vt 16.q.7.c. piæ mentis. & c. Trigentius. ¶Itẽ nota, q ius patronatus de gratia dicitur obtineri. vt 16.q.5.c.si quis episcoporũ, ecclesia.n.sustinet patronos in hac parte. vt j.co.tit.c.qm in quibusdã. Et hoc ideo, quia cùm ius patronatus sit spirituale vel spirituali annexum, vt s.de iudi.c.quanto.j.e.ti.c.de iure. & laici de rigore iuris nõ debeãt ecclesiastica, & maximè spũalia tractare negotia. vt s. de iudi. c.decernimus. & cũ ecclesiæ cũ suis dotibus ad ordinationes episcoporũ pertineant. vt 10.q.1.c.decretũ.& c. nouerit. ex pmissione iuris procedit, vt hoc ius cadat in laicũ, & actus pſentandi qui merè est spiritualis. hæc tñ permissio siue gratia cõuersa est in ius cõe, & ob hoc dicitur ius patronat⁹ annexũ spirituali, cùm tñ sit spirituale. quia cũ laicus nullũ spirituale valeat possidere, possidet tñ vel quasi possidet ius patronatus. Itẽ ius funerandi vt ff.de mortuo inferẽ.l.1.& pręterea ius eligendi, si ex priuilegio cõpetat. vt j.co.ti.c.no
13 bis. ¶†Itẽ notandũ est, q si episcopus in alia diœcesi ecclesiã ædificauerit, hæc gratia fit ei, vt liceat ipsi quẽcunq; clericũ pręsentare vndecũq; sit. vt 16.q.3.c. si quis episcoporũ. cõtra illud.72.di.c. hortamur. quasi sufficiat testimonium episcopi præsentantis ar.ad hoc.7.q.1. c.epũs de loco. sicut monacho sufficit testimoniũ abbatis. vt 16.q.2.c.mona-
14 chi vagãtes. †Et est sciendũ q dñia est, vtrũ ius patronat⁹ spectat ad clericũ iure ecclesiæ, vel patrimonij rõne. Nã in primo casu pôt legatus rõne ecclesię cõferre ecclesiã spreto tali patrono, vt j. eo.c.cũ dilectus. Et est rõ, quia cùm legatus cõferat ecclesias & alia beneficia quæ inuenit vacãtia, & quæ vacare incipiunt post suũ ingressum, non obstante iure institutionis qđ ordinatio cõpetit, multominus obstabit ius patronatus qđ clerico cõpetit beneficij rõne; quia plus iuris habet prælatus in conferẽdo q patronus in pſentãdo. & nihilominus illud quod pluris est, absorbetur prærogatiua legati. vt s.de offic.ord.c.
15 dilectus. † Sed quid si vnus construat ecclesiã, & ei plures succedũt hæredes, nun-

nunquid omnes erunt patroni? Sic, vt ĩ. c. 1. Sed nonne grauatur conditio ecclesiæ multiplicatis patronis? Non, quia multiplicantur defensores. vt 16. q. 7. c. filijs ac nepotibus. Idem ius cõpetit omnibus & insolidum, quod cõpetebat defuncto, non secũdum diuisiones hæredi-
16 tis. ¶ Item † quid si plures construãt ecclesiam vel dotent, nunquid oẽs habebunt vnum ius, an pro beneficij portione? Rñdeo vnum, & æquale; quia sicut superi⁹ dixi, ius patronatus est simplex & indiuisibile; fateor tamen, ꝙ in alendo & in honoribus, qui debentur patronis, habebitur respectus ad eũ, qui plus donauit, & si gratificationi locũ adesse contingat, concurrentibus oĩbus magis dẽt prælatus gratificari præsentato ab illo q plus cõtulit, q̃ ab illo qui minus.
17 ¶ Sed † quid si clericus ius habeat patronatus, nunquid seipsum præsentare põt? Non, vt infra co. tit. c. per nostra & simile. 8. q. 1. c. in scripturis. In multis. n. iuris articulis hoc reprobatur, vt quis
18 se ingerat ad aliquod officium. † Nam qui ad officium procurationis se ingerit, seipsum excludit, suspectus enim habetur. vt. ff. de proc. l. quæ omnia. & qui sibi tutelã ascribit. vt. ff. ad leg. Cor. de fal. l. vxori. §. qui sc. nec potest quis sibi auctoritatẽ præstare vt. ff. ad Treb. l. 1. §. fuit, & accedũt ad hæc. ff. de test. t. u. l.
19 sententia. ff. de aucto. præst. l. 1. ¶ † Sed opponitur. pater & filius eadẽ ꝓsona cẽsentur. vt. C. de impube & alijs substi. l. vlti. & tñ pater eligit filium. vt. ff. quod cuiusq; vniuer. l. illud. Ad quod respondeo. pater & filius cẽsentur vna & eadẽ persona fictione iuris, nõ secundum veritatem. Item opponitur, tutor sibi ipsi possessionem tradit, vt. ff. de contrahẽ. empt. & ven. l. fistulas. §. fundum. Et ad hoc respondeo. non simpliciter sibi tradit, sed ægrediẽte pupilli familia ipse in-
20 greditur. ¶ † Vltimò notandũ est, ꝙ patronus donando, tradendo & cõcedẽdo ecclesiã, vel instituẽdo in ea, quo ad ecclesiam nihil agit. vt ĩ. co. ti. c. vl. Verumtamen, si quis vtatur tali simplicitate verborum. dono tibi ecclesiam & concedo, donare intelligitur qđ habet in ea, ius, videlicet patronatus, vt ĩ. cod. c. qđ autem. Nam plerumq; hoc nomen ecclesia, pro iure patronatus supponit. vt 16. q. vlt. c. si plures & 15. q. 3. c. nemini.

SVMMARIVM.

1 *Census quid sit. & an per censum fiat probatio subiectionis.*
2 *Census à quo imponatur, & quando & numero 3.*
4 *Census nouus imponi non debet nec antiquus augeri.*
5 *Nouus census quis dicatur.*
6 *Census an possit remitti.*
7 *Census si fuit tanto tempore solutus, quòd non extet memoria quando fuerit impositus, vel quando primò solutus, an pro iure constituto habeatur.*
8 *Quid si per quadraginta annos census soluatur et causa impositionis vel solutionis ignoretur.*
9 *Episcopus quid exigere debeat ab ecclesiis.*
10 *Procuratio quare debeatur, & qualiter in procurationibus se habere debeant, et considerare habeant superiores.*
11 *Procuratio an à pauperibus ecclesiis exigatur.*
12 *Visitator ecclesiæ nũquid quod domi solet expendere, expendere debeat in via, dum visitat, vt saltem in eo ecclesiæ releuẽtur.*
13 *Procuratio non venit in generalẽ remissionem iuris episcopalis, quia nec visitatio nec correctio remitti potest.*
14 *Visitatio ecclesiarum quando fieri debeat, & quoties.*

¶ DE CENSIBVS. Rubrica.

Dictum est supra de quodã onere ecclesiarum, scilicet de iu. patronatus. nunc autem subsequẽter, & de quibusdam alijs oneribus tractatur. Ideo subijcitur hic Rubrica de censibus, & actionibus, & procurationibus. ¶ Videamus igitur quid sit census

sus. Quis censum imponere potest. Itẽ an possit augeri, & an possit remitti. Itẽ ex qubus causis fieri pôt exactio ab ecclesijs. Itẽ ex qua cã debeatur ꝓcura
1 tio, & cui, & a qbus. ¶ † Cẽsus est annua pẽsio. q episcopo de ꝓuẽtibus ecclesiæ debetur vt 1.q.3.c.quęsitũ in fi. Per censum fit probatio subiectionis, vt j.e.c. omnis anima. Aliqñ census prestat indicium præstitæ libertatis, aliqñ percepte protectionis, vt j.de priuile.c.recepimus. vnde census impositio nõ sẽper probat exemptionẽ. Nam ex dupli ci cã imponitur, vt superius dictũ est; & ideo non probat hoc esse, quod ad hoc contingit abesse. Protectio aũt non inducit exemptionẽ, vt j.de priuile.c.ex parte tua. licèt aliqñ suppositio sub ꝓtectione domini papæ instar appellationis habeat, & sic sup re certa eximat & ad tẽpus, vt s.de app.c.ad audientiã. Nã appellans quodãmodo eximitur a iurisdictione illius a quo appellat, vt s.de appel.c.directè. & in hoc distinguo. refert an census imponatur ab episcopo vel a papa imponatur. Si ab episcopo, tunc census impositio, subiectionis est signũ; ex hoc.n.apparet ꝙ ecclesia censualis existit de iure cõi subdita, si priuilegio est munita ar.ad hoc.100. di.c.cõtra morẽ.& s.de transf.c.ꝓterea. Si verò census imponat a papa, ex hoc apparet ꝙ ecclesia illa, quæ censum soluit, specialis beati Petri existit, & ad indiciũ perceptæ libertatis impositus est cẽsus. vt d.c.recepimus, & sic probatur
2 exempta. ¶ † Imponitur census a papa, vt dictũ est. Imponitur & ab episcopo, cũ episcopi cõcedunt aliquas ecclesias pijs locis aliqd sibi reseruant in eis nomine pensionis, vt s.de reli.do.c.constitutus. Et hoc est cũ cõsensu suorũ capitulorum, vt s.de his quæ fi.a præla.sine
3 con.cap.c.pastoralis. ¶ † Imponitur & ab alijs quibus ecclesię subsunt. vt j.eo. tit.c.præterea. forte archidiaconis, quibus ecclesiæ sunt subiectæ. vt s.de offi. archi.c.dilecto.s.de insti.c.cum venissent. vel ab abbatibus, qbus ecclesiæ seculares aliqñ subsunt in temporalibus, vt dixi.s.de locis monachorũ in prin. Aliqñ archipresbyteris sunt subiectæ ecclesiæ in iure instituendi. vt s.de offi. dele.c.super eo. Aliter census impositus vitã eius, qui soluerit, non excedit. vt s.de transac.c.de cætero. rectores.n. ecclesiarũ non possunt ecclesias, quibus præsunt auctoritate sua præsertim post decessum suum efficere censuales, vt j. eo.tit.c.præterea. ¶ Apparet igitur ex præmissis, ꝙ census imponitur, cùm exemptio conceditur, vel immunitas indulgetur. Item imponitur tpe fundationis, vel donationis census vel tributũ, soluendus vel soluẽdũ patrono vt s. tit.prox.c.præterea. Itẽ tpe dedicationis imponitur cẽsus annuus epo soluen
4 dus. vt 18.q.2.c.Eleutherius. ¶ † Nouus census imponi debet, nec antiquus augeri, vt j.c.tit.c.prohibemus.s.de his quæ fi.a præla.sine con.ca.c.pastoralis. j.eo.tit.c.significauit. & c.cũ clerici.s. de trãs.c.de cætero.s.de pręb.c.extirpã dæ in fi.& c.auaritiæ.& accedunt.16.q. 2.c.seruitiũ & c.hoc tm̃.C.noua vecti. impo.non pos.l.3.j.eo.tit.c.ecclesijs.& c.innouamus. Sed procuratio augetur excrescentibus rebus, vt j.eo.ti.c.quanto.s.de cõsti.c.cũ.M.ff.de fideicõ.lib.l. generaliter.§.si alienum.ff.qui & a quibus ma.li.nõ fi.l.si mortis. Sic est in pẽsione rerũ locatarũ, quæ crescit in vbertate, & decrescit in sterilitate. vt ff.loc. & condu.l.si vno.& s de loca.& con.c. propter sterilitatẽ. Sed contra.C.de alIu.l.3.in verbo illo, doleant. Ad quod dico, ꝙ priora iura locũ hñt, cùm vbertas procedit ex gratia diuina. posteriora, cùm studio & diligentia colentium. Quamuis hoc vltimum recipiat cõtrariũ ar.de cõsti.c.cum.M. Sed de hac materia plenius not.s de lo.& condu.§.
5 fit aũt remissio. † Nouum autẽ censum intelligo illũ, qui non fuerit impositus tempore fundationis, donationis, consecrationis, exemptionis, seu immunitatis indultæ. his enim temporibus vel imponit vel offertur, sed quamuis tũc,

cum

cùm offertur, sit volũtarius, postmodũ tñ transit in necessitatẽ & debitũ, sicut aliàs hoc cõtingit. s̄. de commo. c. vno. ff. commodati. l. in commodato. §. sicut C. de ac. & ob. l. sicut initio. vt s̄. de vo.
6 & vo. re. c. magnæ. ¶ † Pôt census remitti. vt j̄. eo. tit. c. cùm venerabilis. ita tñ, vt episcopus remittat cum consensu capituli, vt s̄. de do. c. pastoralis. & s̄. de
7 his quæ fi. a præla. c. pastoralis. ¶ † Sed quid si census fuerit tanto tẽpore solutus, ꝙ non extet memoria qñ fuerit impositus, vel qñ primò solutus. videtur ꝙ pro iure cõstituto debeat haberi. vt ff. de aqua plu. ar. l. 1. §. vl. & ff. de aqua quo. & æsti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. vt tum is, qui censum petit, non innitatur tempori, quod non est modus inducẽdæ obligationis. vt ff. de ac. & obli. l. obligationũ. §. placet. C. de pac. l. si certis annis. C. de vsu. l. creditor. sed innitatur impositioni, quæ ex tempore præsumitur. vt ff. de vsuf. l. cũ de in rẽ ver-
8 so. ¶ † Sed nunquid si per. 40. an. census soluatur, & causa impositionis vel solutionis ignoretur? videtur, ꝙ a quo exigatur, nõ teneat̃ ad solutionẽ; census. n. ignorãtio, id est cuius causa ignoratur, nec diuinis nec humanis legibus inuenitur. vt j̄. eo. tit. c. peruenit. Item quia tẽpus nõ est modus &c. vt superius dictũ est. & accedunt ad hoc 1. q. 1. c. nullus episcopus grauamen 10. q. 3. c. quia cognouimus. j̄. de excess. prę la. c. sanc. & c. cũ ad quorũdã. & C. ne vx. pro. ma. l. vl. Sed cõtra 18. q. 2. c. seruitium. 1. q. 3. c. quæsitum ff. si seru. vendi. l. si quis diuturno. s̄. de elec. c. cumana. s̄. de causa pos. & proprie. c. cũ ecclesia Sutrina. C. de serui. & aqua. l. 1. & 2. & de seruitijs tẽpore acquirẽdis loquitur expresse. l. litibus. C. de agri. & cen. dico autem in hac quęstione, sicut & in præmissa, vt is qui censum petit dicat impositum, si tñ non credit contrariũ, & probet per tanti tẽporis solutionẽ. ¶ Nunc videamus de secunda parte rubricæ, s. de exactio-
9 nibus. † Et est sciẽdũ, ꝙ episcopus nihil debet ab ecclesijs exigere, nisi canonica & consueta, cathedraticũ quod erit duorũ solidorũ vt 10. q. 3. c. placuit. c. priscis. c. illud. & s̄. de offici. ordi. c. conquerente. ad plus; minoris. n. quantitatis esse potest. vt j̄. eo. tit. c. olim 10. q. 3. c. numerus. Et forte hic solidus appellatur aureus. vt C. de sportul. l. 2. Insti. de pœna te. liti. in fine. vel erunt solidi vsuales & cõis monetæ regionis. vt ff. de le. 3. l. nũmis. & si plures sint monetæ in regione forte dabuntur meliores. vt ff. de iureiur. l. quãto, in fi. vel mediocres, argumen. 10. q. 2. c. hoc ius porrectũ. ff. de au. & argen. legat. L. qui lantem. Vel minores. vt ff. de le. pri. l. nummis. ff. de re. iuris. l. semper. ff. de leg. j. l. apud Iulianum. §. scio. j̄. cod. tit. c. ex parte. Alibi appellat synodaticũ. vt j̄. eo. tit. c. olim. Cathedraticum dicitur, quod ad honorem cathedræ soluitur; synodaticũ, quia frequenter in synodo datur. Item exiget tertiam vel quartam partem oblationum. vt 10. quæ. 3. c. vnio. & ab his duob⁹ monasteria erũt libera. vt not. s̄. de statut. mo. circa fi. Itẽ censum, vt superius dictũ est. Itẽ aliquid impositũ soluendũ in die dedicationis. vt 10. q. 3. c. nec numerus. vt 18. q. 2. c. Eleutherius. Canonicam portionem de his, quæ offerũtur gratia sepulturæ. vt no. s̄. in summa de sepul. Item procurationẽ, de qua inferius dicam. Sustinetur etiam pro multis necessitatibus, quæ aliquotiens superueniunt, vt si manifesta rationabilis causa extiterit, cũ charitate moderatũ ab eis auxilium valeant postulare, vt j̄. eo. tit. c. cũ apostolus. §. prohibemus. Sed si in dubium reuocetur, an sit rationabilis cã, an non quare exigitur, superioris arbitrio d̃cidat̃. vt 10. q. 3. c. qa cognouim⁹. & 11. q. 1. c. si clericus aduersus. Talias verò & exactiones prælati ecclesijs imponere non debent, vt in præd. c. cũ apostolus. §. ꝓhibem⁹. & c. ecclesijs. 1. q. 1. c. nullus epũs grauamen. ab alijs tñ indictionibus & necessitatib⁹ ecclesiæ, & clerici sint immunes. vt 16. q. 1. §. noua rũ cũ sequẽti placet. Et de hac materia dicam

dicam plenius j. de immu.eccle. ¶Restat dicendū de tertia parte rubricæ, s. 10 de procurationibus.† Procuratio quidem debetur ratione visitationis: vt s. de præscrip.c.cum ex officij.& j.eo.tit. c.procurationis. & ideo redimi non potest.secundum vt detur non visitanti.vt 10.q.1.c.relata. Sed taxari potest danda cum visitauerit 10. q. 3. c. relatum. ¶In procurationibus exigendis vtētur superiores illo moderamine.quod statuitur j.eo.c.cum secūdum apostolum. Item considerabunt facultates ecclesiarū.vt j.eo.tit.c.sospitæ.& c.q̄to.& cap. cum instantia 10.q.3.c.cauendum.s.de offi.ordi. c.conquerente & j.eo.c.cum
11 nuper.†Sed nunquid a pauperibus ecclesijs procuratio exigetur? Et videtur q̄ non.ne supra vires sit,vt 10.q.3.c.illud. & longi t̄pis quæstum hora breuis consummat.vt j.eo.c.cum apostolus.& accedunt ad hoc.1.q.2.c.placuit 10.q. 3.c.cauendū.Sed verius est,q̄ pauperes ecclesiæ conferent & alijs coniungentur, vt j.eod.c.cum instantia.& c.p̄curationes.& s.de rescrip.c.accedentes. ¶Sed
12 † nunquid quod domi solet expendere visitator ecclesiæ, expendet in via dum visitat,vt saltē in eo ecclesiæ releuētur? vī q̄ sic ar. in Auth. de manda.prin.§.illud col.3.& i Auth.vt iudices sine quoquo suff.§ nulli.col.2.sed puto contrarium.quia in ciuitate manens & visitās nihilominus procurationes exigere potest,vt j.eo.tit.c.venerabili.nō obstāte canone antiquo,qui contrarium innuere videbatur.vt tūc demum procurationem possit prælatus exigere,cūm non p suæ ciuitatis parochias fatigat, vt 12. q.2.c.charitatē. sed si modum excedat superior in exigendo, poterit inferior denegare.vt j.de exc.præla.e.sane.& c. cum ad quorundā.ff. de aqua quoti.& æsti.l.1.§.Trebatius. Ne tenuis vitæ hominibus,sub prætextu aduentus officialiū breui supellectili ad eorū vsum translata,iniurijs vexentur.ff.de offi.præs.l.illicitas.§.2. ¶In summa notandum est, q̄ in ḡnalem remissionem iuris episco-
13

palis non venit procuratio; quia nec visitatio nec correctio remitti pōt. vt j. eod.tit.c.cūm venerabilis.16.q.2.c.visis i fi.sicut nec cathedraticū.vt s.d̄ dona.c.pastoralis. Nec ob.s.de relig.do. c.constitutus.vbi videtur, q̄ generalibus verbis ecclesia generaliter eximatur. sed ibi hoc operatur confirmatio domini papæ sicut enim subditus a se non pōt reijcere iurisdictionem episcopalem,vt s.de renunci.c.admonet.s.de foro compe.c.si diligenti.& c.significasti, sic nec prælatus iugum sui officij a se excutere potest ar.ff.de offi.præto.l. legatus Cæsaris.sic patronus quantumcunq; generalibus verbis vtatur in remissionem iuris patronatus,aliqua iura tñ retinet in liberto.vt C.de bonis li
14 ber.l.3.¶†De visitationibus aūt, propter quas procurationes exigi habent, sic summariè tango.Dixerūt enim quidam,q̄ si necessitas fuerit, tunc pōt episcopus singulis annis diœcesim visitare 10.q.1.c.relata.& q.3.c.cauendum.sed si non est necessitas,tunc de triennio in triēnium visitabit. vt s.de offi. arc.c.vt archidyaconus. Verius puto,q̄ siue necessitas fuerit,siue non,annua visitatio fiet: vt 10.q.1.c. decernimus. sed si necessitas fuerit, tunc visitabitur quoties opus erit, vt s.de offi.archi.c.mandamus.s.de hæreti.c.ad abolendā.18.q. 2.c.non semel 10.q.1.c.regēda. Nec obstat.j.e.tit.c.cū venerabilis.vbi dicitur procurationē accipiat bis in anno: illā .n.intelligo,cūm a fundationis onus binæ procurationis erat impositum. Vel forte monasterium illud consueuit visitari a fauentinis episcopis bis in anno.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia vel altaria à quo consecranda.*
2 *Ecclesia qualiter consecranda.*
3 *Consecrationem quando fieri possint.*
4 *Episcopus nec primarium lapidem ecclesiæ ponere potest,nisi prius dote constituta & assignata a fundatore.*
5 *Ecclesia a quo debeat dotari.*

5 *Ecclesiam ædificare si quis inceperit, an & quando teneatur perficere.*
6 *Ecclesiæ in quibus casibus reconsecrari valeant.*
7 *Ecclesia quando consecrari non debeat.*
8 *Infideles vinctes ab ecclesia repellēdi sunt.*
9 *Ecclesia quibus viuentibus non communicat, & mortuis communicare non debet.*
10 *Mulier prægnas si est sepulta in ecclesia, nunquid possit consecrari ea non abiecta.*
11 *Altaria quæ & quomodo consecrentur.*

¶DE CONSECRATIONE ecclesiæ vel altaris. Rubr.

IN tractatu superiori dictū est de cēsibus. sed quia in consecrationibus solēt immunitates ecclesijs indulgeri, & census ab indulgentibus retineri, vel imponi. vt no. ī. tit. prox. §. apparet. ideo subsequenter ponitur rubri. de cō. ec. vel. al. ¶Videndum est igitur à quo, qualiter, & cui⁹ auctoritate ecclesiæ vel altaria valeant consecrari. Et in quibus
1 casibus possint reconsecrari. †Et quidē per episcopos consecrādæ sunt ecclesiæ vel altaria. vt de con. di. 1. c. 1. Per simplices autem sacerdotes nec cōsecrationes nec ecclesiarū recōciliationes fieri pñt. etiam ex commissione epõrū vt infra eo. ti. c. aqua. Pœnitentia tamē, quibus ab episcopo iniuncta est pœnitētia, & excommunicatorum recōciliatio potest simplici sacerdoti committi. vt 26.
2 q. 6. c. presbyter. & c. aurelius. ¶† Debent autem consecrari ecclesiæ cum missa. vt de con. distin. 1. c. omnes basilicæ. quā Ber. dicebat fore de substantia consecrationis. Hugo verò dicit, quòd nō. Item dixit, q̄ si episcopus consecret, & presbyter cantet missam, quòd ecclesia consecrata est. licet aliud sit in ordinatione clericorum. vt. 23. d. c. quorundā. ¶Olim consecrationes fieri nō poterāt nisi de mandato summi pontificis. vt de con. d. 1. c. de locorum. cū quatuor. seq. ec. Sed contra. 22. quęst. 2. c. bonæ rei. & de con. dist. 1. c. nemo. & . ī. eo. tit. c. 2. &.
3. Et ideo illis. 5. canonibus est hodie 3 derogatum. ¶ † Est sic sciendum, quòd cōsecrationes possunt fieri tam diebus solennibus, quàm priuatis. vt ī. eo. ti. c. tua, licèt in pluribus secus obtineat; q̄a nec clerici ordinantur, nec virgines, aut episcopi consecrantur, nec chrisma cōficitur, nisi certis diebus. vt s̄. de tempo. ord. c. sanè. 20. q. 2. c. deuotis. 75. d. c. 1. de con. di. 4. c. oi tempore. ¶†Item notā 4 dum est, quòd episcopus nec etiā primarium lapidem ecclesiæ ponere pōt, nisi prius dote constituta & assignata à fundatore. vt de con. di. 1. c. nemo in Auth. vt determinatus sit numerus clericorū. §. 1. & tāta dēt esse dos, quæ sufficiat ad luminaria, & ad vitā ministrorū. vt. 16. q. 7. c. piæ mentis. & in prædicto. c. nemo duorum ad minus. supra de fil. presb. c. proposuit. vel triū. vt de con. d. 1. c. hoc quoque. Item ad hospitalitatē exercendam & ad respondendum episcopo de episcopalibus. ut. s̄. de sup. neg. prę la. c. sicut. supra de preb. c. de monachis. Sed si hoc omissum est tempore primarij lapidis ponendi, restauretur tempore consecrandi. vt ī. eo. t. c. cùm sicut. & . 1. q. 2. c. placuit. Sed quid si hoc vtroq; tp̄e sit omissum? Dixit Hug. quòd episcop⁹ dotare tenetur, sicut & cū ordinat clericū sine titulo. vt supra de preben. c. episcopus. Sed melius dicit, q̄ fundatores teneantur ad hoc. vt. 16. q. 7. c. piæ mentis & arg. ff. de ritu nup. l. qui liberas. & lex dicit, q̄ hæres fundatoris tenetur. vt in Auth. de eccle. titul. §. sinautem. & . §. si quis ædificationem. Sicut & successor episcopi prouidet illi, quē prædecessor sine titulo ordinauit. ut supra de præb. c. cum secundum apostolū. Sed illis existentibus non soluēdo dicerē actionem dādam in episcopum. ut. ff. si messor fal. mo. dix. l. 3. §. 1. & . ff. de eo per quē fac. erit. l. ult. ¶†Itē qd̄ si quis inceperit ędi 5 ficare ecclesiā, & non consumauerit? Respondeo, tenetur perficere usq; ad. 5. annos, si est oratorium. Si aūt est thochiū, uel xenodochium usq; ad annum. ut in Auth. d̄ ecc. t. §. si quis ędificationē. ¶In 6 quibus † aūt casib⁹ ecclesiæ recōsecrari valeant,

ualeant,uideam'.Et assignauerũt ĩ hoc antiqui doct. sex casus.Primus,cũ dubitatur an ecclesia sit consecrata. vt de cõ. d.1.c.ecclesiæ. Secundus,cùm mouet̃ altare maius.Tertius,cũ ecclesia est exusta.Quartus,cum parietes sunt de nouo funditus reparati. Quintus ꝑpter adulterium. Sextus propter homicidiũ.vt de conſ.d.1.c.si motũ.&.c.seq.&.c.de fabrica.Vñ versus.Altaris mot', dubitatio, semen, & ignis.Effusus sanguis, paries si corruat ipse.Hæc sunt quæ faciũt iterato templa sacrari.sed hodie secus est. Nam alia est cõsecratio ecclesię, alia altaris. vnde si tabula altaris moueatur, vel enormiter frangatur, seu diminuatur,reconsecratur altare,& nõ ecclesia, vt infra eo.tit.c.1.& econuerso.Si ecclesia destruatur & non altare, reconsecretur ecclesia,& non altare.Ideo propter adulterium vel homicidium non reconsecratur ecclesia.vt infra de adulte.c.significasti.& infra eo.c.proposuisti. Qđ autem dictum est ecclesiam dirutã vel exustam iterum consecrandã, intelligẽdum est quando parietes penitus sunt destructi vel decrustati, vel maior pars ipsorum,alias secus. arg.ff.de contrah. emp.& vend.l.domũ. Item hoc intelligebat Hug.nõ successiuè.Nam si successiuè,cùm parietes simul destructi sint & successiuè reparati,tũc eadem intelligitur ecclesia.arg.ff.de legat.1.l.quod in rerum natura.ff.de iudiciis.l. proponebatur.Et nota quòd licet tectũ vel alia pars ecclesiæ cõburatur, dũmodo parietes integri maneant,non reconsecratur

7 ecclesia, vt infra eod.ca. ligneis. ¶ † In summa sciendum est, ꝙ ecclesia consecrari non debet, vbi paganus sepultus est ante eiectionem ipsius,vt de consec. dist.1.c.ecclesia.& idem est in hęretico vel iudęo.ut in eadem dis.c.in alio.c.ecclesiam. Idem intelligo & in excommunicato, si tamen ossa infidelium discerni possunt ab ossibus fideliũ. Alioquin neutri sunt eijciẽdi. vt supra de sepul.c. sacris.Sed si discerni possunt, tunc cum illis corporibus infidelium sed auctoritate episcopi vel principis, vt de consecr. dist.1.c.corpora.ff.de religio.& sumpt. fu.l.ossa. Huius rei ratio hæc est, quia

8 † infideles viuentes ab ecclesia expellẽdi sunt.vt.21.dist.cap.cleros.25.distin.

9 c.perlectis. ergo & mortui. † quia quibus viuentibus ecclesia non communicat,& mortuis communicare nõ debet. vt.24.q.2.c.1.&.c.sane. Licet hoc casualiter fallat infra de senten.excommuni.

10 c.à nobis. Sed † quid si in ecclesia non consecrata sepulta sit mulier prægnãs, nunquid poterit ecclesia consecrari ea non eiecta? Respondeo sic, quia fœtus pars viscerum est.vt de conse.dist.3.ca. si quid.&.ff.de uentre inspicien.l.1.§.1.

11 ¶ † Item altaria dedicanda seu consecranda nõ sunt sine reliquijs.vt de cõse. dis.1.c.placuit.Dicunt tamen doctores sufficere corpus christi.Itẽ altaria si nõ sint lapidea non consecrantur.vt de cõ. distin.1.c.altaria.Nec obstat quòd dominus pręcepit ĩ exodo fieri altaria de lignis Cethin, quæ sunt imputribilia & Salomon fecit altare aureum. nam illa facta sunt in figura.

SVMMARIVM.

1 *Missam solus sacerdos cãtare potest,et quæ seruari debeant in missæ celebratione.*
2 *Missa quando celebrari possit.*
3 *Intellectus ad c.nocte,dist.1.*
4 *Missam vnam tantum cantare debet sacerdos.*
5 *Missam celebrãs debet habere socium qui ei respondeat.*
6 *Sacerdos ieiunus missam celebrare debet.*
7 *Sacerdos nunquid post medicinã sumptam possit celebrare.*
8 *Sacerdos an celebrare possit post potũ aquæ calidæ vel frigidæ.*
9 *Sacerdos pransus an conficiat sacramentũ.*
10 *In missa decem sunt præfationes.*
11 *Sacramentum conficiendum est de azimis non de fermentato.*
12 *Sacramentum an conficiatur de pane ex lolio facto.*
13 *Frumento si admisceatur piper vel cymi-*

 num,

num, & fiat inde pānis, nunquid totum conuertetur in corpus Christi virtute verborum. & quid si admisceatur aliquid de fermento.

14 *Corporis Christi tres sunt opiniones.*

15 *Eucharistiæ in sacramento tria intelligun tur esse discreta.*

16 *Cōsuetudo ecclesiæ in quib⁹ locū obtineat.*

17 *Officia diuina qualiter dici debeant & quis modus in eis sit seruandus.*

18 *Clerici diuinis officijs interesse debent.*

19 *Clerici qui sunt in scholis an teneantur dicere diuinum officium.*

20 *Vir tenetur ministrare necessaria vxori, quæ debitum reddere non valet.*

21 *Intellectus ad.c.omnes de consec.dist.1.& ad c.episcopus.16.q.6.*

¶DE CELEBRATIONE Missarum, sacramento Eucharistiæ, & diuinis officijs. Rub.

DIctum est.s.de conse. eccl. vel alta. sed quia cōsecrationes fieri solent & debent cū missa, sm illos qui dicunt missam esse de substantia consecrationis. vt no.s.tit.proxi.in princ. Ideo subsequenter ponitur hic rubrica de celebratione missarū, & additur de sacramento Eucharistiæ, & diuinis officijs. ¶Videamus igitur quę seruari debent in celebratione missæ vt dignè celebretur, demū de alijs partibus
1 rubricę. ¶†Missam quidem cantare pōt solus sacerdos. Nemo.n.conficere pōt nisi sacerdos, qui ritè fuerit ordinatus, vt s.d sum.Tri.c.firmiter.§.vna. de cō. dist.1.c.1.& c.sicut & 1.q.1.c.dictum. ¶Omnis aūt sacerdos non præcisus, vt tollatur obiectio de suspensis & de excommunicatis, missam cantare pōt pręter simoniacum. vt j.de simo.c.tanta.& præter enormiter delinquentes seu mediocriter quorū crimina sunt notoria de iure vel facto. vt s.de tempo.ordi.c. vlt.s.de renuncia.c.nisi cum pridem.in princ.hi.n.sunt suspensi, & quo ad se, & quo ad alios. Vel dici pōt, solū simonia cū & occultū suspēsum esse quo ad se & quo ad alios. & hoc in detestationē criminis. & notoriū fornicatorem. vt 32. dist.c.nullus &.c.præter hæc. Cæterum sacerdotes in alijs mortalibus constituti etsi suspensi sint quo ad se, nō tñ quo ad alios. vt 1.q.1.c.sacerdotes. Vnde quod dicitur, omnis peccator missam cantare pōt, intellige de officij potesta
2 te, nō de merito vitę. ¶†Missa celebranda est diuersis horis sm diuersitatem dierum. Nam in diebus ieiuniorum celebrari debet in hora nona. vt de con. dist.1.c.solent. In quatuor temporibus circa horam vespertinam, cū ordines celebrantur. vt 75.dist.c.qđ a patribus & c.ordinationes & 76.dist.c.dilectionis. In diebus aūt dominicis & priuatis siue festiuis pōt prima parte diei missarū solennia celebrari. vt de con.dist.1. §.1.& c.necesse. sed si sacerdos solus erit in ecclesia, non celebrabit vsq; ad tertiā horā, sed vsq; tunc seruabit ieiunium, vt necessitatibus peregrinorū & hospitum siue diuersorū commeantiū infirmorum atq; defunctorum succurrere possit. j.eo.ti.c.1.accedit.43.di.c.
3 nō licet. ¶†In cōuentualibus aūt ecclesijs, siue collegiatis, etsi missa cantetur prima hora diei vt dictū est, nihilominus & in tertia cātari debet solennis. & sic intelligo de con.di.1.c.nocte. Vbi dicit reliquis verò tēporibus missarū celebrationes ante horā diei tertiā mini
4 me celebrētur, subaudi solēnes. ¶†Vnā aūt missam cantabit sacerdos in die & de die. Fœlix.n.est qui vnā dignè celebrare pōt & aliā si necesse fuerit cātare poterit pro defunctis. vt de con.di.1.c. sufficit.j.e.ti.c.referente. De die igitur dixi, quia quidā postposito officio feriali missam celebrāt de sanctis, quorū festiuitatis tunc non sunt. vt j.eod.tit. c.quidam. Nam sm congruentiam dierum, missarū sunt solennia celebrāda.
5 vt j.c.tit.c.cū creatura. ¶†Cū aūt celebrat sacerdos, nō erit solus, sed socium hēbit q ei rñdeat. vt 7.q.1.c.illud.81. di.c.in omnibus.de cō.d.1.c.hoc quoq; statutum.& 1.q.2.c.placuit. Itē ieiunus cele-

celebrare debet. Nõ potus vel cibus q̃tumlibet minimus impedit celebrationé. vt 7.q.1.c.nihil quod ob reuerentiã sacramẽti inductũ est. vt de conse.dist. 2.c.liquido. & idem in alijs sacramentis vt de consecra.dist.5.c.vt ieiuni.75. dist.c.quod à patribus.s̃.de tẽpo.ord.c. literas.22.q.5.c.honestum. Vnde vinũ perfusionis assumptum impedit aliã celebrationem. vt j.eod.tit.c.ex parte.

7 ¶Sed † nunquid post medicinam sumptam potest celebrare sacerdos? Dixit Ioan.quòd sic. quia medicina inter alimenta non continetur.vt ff.de pe.leg.l. non omne.sed tutius puto contrarium. Nam medicina abhominationé solet inducere,& timendum est, ne post cõfectionem inducat vomitũ. Et hæc ratio attenditur,aliàs dũ quæritur, quare nõ cõficitur in calice de ære, aut de aurichalco.vt de cõ.dist.1.c.calix.

8 ¶†Sed nũquid post potũ aquæ calidæ vel frigidæ debet celebrare sacerdos? Rñdeo non, quia vt dicit Io.aqua potus est.& canõ pallegatus.7.q.1 c. nihil. dicit ꝙ post potum vel cibum quemlibet minimũ, aliàs litera quodlibet minimum, missam celebrare non debet.

9 ¶†Sed quæritur an pransus conficiat? Ad quod rñdeo.etsi malè faciat pransus celebrãdo in contemptũ prohibitionis canonicæ, conficit tñ; quia ꝙ à ieiuno cõficiatur non est de substantia sacramenti. vt de con.di.2.c.liquido.

10 ¶†Decem sunt præfationes in missa. nouem habentur de con.dist.1.c.inuenimus.& decima.70. dist.c.sanctorũ.Et variantur f̃m varietatem temporũ & festiuitatum.Sunt autem in missa & in canone quędam addita,quæ in textu euangelij non continentur,sed ea credimus ab apostolis & sanctis patribus esse adiecta.vt j.eo.tit.c. cùm Marthæ in.1.responso & 11.di.c. ecclesiasticarũ.

11 ¶†Conficiendũ est de azimis,non fermentato.vt j.eo.tit.c.literas. vnde si quis de fermentato conficeret, f̃m Hug.nihil conficeret. per id quod le.de con.dist.2.c.in sacramento. & per illã auctoritatẽ,non in fermento veteri, sed in azimis sinceritatis &c.

12 ¶Sed † cũ de frumento nascatur loliũ, vt dicunt rustici,& vt innuit canon.56. di.c.nasci.nunquid si de lolio fiat panis transubstãtiabitur in altari virtute verborum? non.

13 ¶†Item quid si frumento admisceatur piper vel cyminum,& fiat inde panis, nunquid totum cõuertetur in corpus Christi virtute verborũ? Nõ, sed reliquũ quod de frumẽto est.Quid si admisceatur aliqd de fermẽto? Tunc nihil cõuertitur in corpus Christi, qa nihil azimini est, cuius cõsecratio fieri possit.

14 ¶†De corpore aũt Chr̃i tres sũt opiniones.Vna dicit, ꝙ illa substãtia q̃ pri⁹ fuit panis & vinũ, postea fit corpus & sanguis.vt de cõ.di.2.c.panis est in altari.& c.quia corp⁹. Alia tenet, ꝙ substãtia panis & vini desinat ibi esse,& tm̃ accidẽtia ipsorũ ibi remanẽt.s.sapor,color,& põdus,& sub illis accidẽtibus est corpus Christi.Et hoc videtur velle cõcilium.s̃. de sum.Tri.& fi.catho.c.vno. Tertia verò asserit, ꝙ remanet ibi substãtia panis & vini,& in eo.loco, & sub eadẽ specie est corpus & sanguis Chr̃i. arg.de con.dist.2.c.ego.Et q̃libet harũ opinionũ fatet verũ corpus Chr̃i esse in altari.Quarta opinio dicit nõ esse in altari corporis & sanguinis veritatem. sed imaginẽ tm̃ spẽm & figurã. Et ista reprobatur.j.eo.cũ Marthæ.§.ex eod.

15 ¶†In hoc sacro tria intelliguntur esse discreta.videlicet forma visibilis,veritas corporis, & virt⁹ spiritualis.forma est panis & vini,veritas carnis & sanguinis,virtus vnitatis & charitatis.Sed primum.s.forma panis & vini est sacr̃m geminæ rei, i.corporis Chr̃i & vnitatis & ita est signãs tm̃. Secundũ idest,corpus Christi est sacr̃m.s.vnitatis & res sacramenti,idest specierum panis & vini, & sic est signans & signatum. Tertiũ vero. s.vnitas, est res duorũ sacramẽtorũ.s. corporis Christi,& specierũ panis & vini,& ita est tm̃ signatum; quia significatur per illa duo sacramenta.s.per species panis & vini & per corpus Christi. Et ita primũ est sacr̃m tm̃ signans, f̃m signans

signans & signatum, tertium tantùm signatum; vt probantur hæc ĵ.eo.c.cùm 16 Marthæ.§.ex eo in fi. ¶†In calice vtrũ miscendũ est vinum & aqua.vt de cons. d.2.c.1.& 2.Sed plus in eo de vino q̃ de aqua ponendum est.vt ĵ.eo.ti.c.perniciosus.Sed quare? respondeo,ex cõsuetudine ecclesiæ hoc inoleuit, quæ locũ hēt in sacramẽtis altaris vt 11.d.c.ecclesiasticarum. locum habet in sacramẽto baptismi.vt de con.d.4.c. de trina.locũ habet in diuinis officijs vt de cons.d.2. c.institutis.& 12.d.c.vlt.Hæc duo vinũ & aqua in sanguinem transmutantur. vt infra eo.c.cùm Marthæ.§.quæsiuisti.

17 ¶†Restat videre de vltima parte rubricæ.s.de diuinis officijs.Et est sciendum, quòd diuina officia dici debent cum diligentia explicatè & intelligibiliter, nõ cum sincopa.vt ĵ.cod.ti.c.dolentes. Melior est enim paucorum psalmorum decantatio cum cordis puritate ac serenitate ac spirituali hylaritate, q̃ psalmorũ modulatio cũ anxietate cordis atq; tristitia.vt de con.d.5.c.non mediocriter.Et qđ dixi,paucorũ,sanè intellige.s. vt tamen debitum officium non omittatur. ¶ In officijs diuinis rectores ecclesiarum vnũ eundemq; modum teneant, quẽ in metropolitana sede nouerint institutum, nec aliqua diuersitatis cuiuscunq; ordinis vel officij à metropolitana se patiantur sede disiungi. 12.d.c.de his,de con.di.2.c. in omnib⁹.& d. 15.c. 18 conuenit. ¶†Clerici diuinis officijs interesse debent.& qui absq; sui corpusculi inæqualitate defuerit excommunicetur vt 91.dist.c.1. & 2.vel excludatur à clero, siue moueatur ab ecclesia.vt 92. distinct.ca.vltimo. & maximè si hoc fecerit solennibus diebus. vt 7.q.1.cap.si 19 in clero. ¶ † Sed quid de clericis, qui sunt in scholis, nunquid tenentur dicere diuinum officium? Dixerũt quidam, quòd illi tantum tenentur dicere diuinum officium, qui ad titulum certæ ecclesiæ sunt promoti per illud quod legitur.92.distin.c.si quis presbyter secus si ad titulum suæ possessionis, vel sui patrimonij sit promotus.vt supra de præbend.c.episcopus. sed puto omnes clericos ad hoc teneri etiã si non percipiant necessaria ab ecclesia,quia tenuis est,sibi enim imputare debet qui ad tenuem ecclesiam se promoueri fecerit.argum, 20 ad hoc 32.q.2.c.horrendus. Vñ † sicut vir tenetur ministrare necessaria vxori, quæ tamen debitum reddere non valet. vt 32.q.7 c.quod proposuisti. ita & clericus qui non percipit necessaria ab ecclesia, quia pauper est, nihilominus tenetur eam officiare, & dicet cũ apostolo.Scio satiari, & esurire, abundare, & penuriam pati;omnia possum in eo qui me confortat.vt 41.distinct.c.quod dicit dominus.manus autem suę ministrabunt ei.vt 21.q.1.cap. clericus. in fin.& 21 91.dist.ca.clericus.† Et idem dico si ecclesia à principio fuit diues,& postmodũ deducta est ad paupertatem.Sed in vtroq; casu debet vnire episcopus eam alteri ecclesię.vt 10.q.3.c.vnio.sic intelligo de cons.distin.1.c.omnes 16.q.6.c. episcopus.

SVMMARIVM.

1 *Baptismus quid sit.*
2 *Baptismus quando institutus.*
3 *Baptismi genera quot sint.*
4 *Baptismi effectus quis sit.*
5 *Pronomen, ego, an sit de substantia formæ baptismi.*
6 *Baptismi substantialia.*
7 *Verba quæ requirãtur in forma baptismi.*
8 *Ordo verborum an sit de substantia baptismi.*
9 *Actus qui interponitur vel mora quæ interuenit an vitiet id, quod in contextu et continuè fieri debet.*
10 *Paruulus baptizatur, licèt ab infideli offeratur.*
11 *Intellectus ad c.quos à paganis,de consecr. distinct.4.*
12 *Baptizatus an intelligatur ille, in cuius parte corporis sacerdos aquam profundit.*
13 *Baptismus an in omni tempore possit conferri.*

Baptizari

14 *Baptizari an possit in nomine Trinitatis implicitè.*
15 *Baptizatus in nomine Christi, an sit bene baptizatus.*
16 *Furioso perpetuo an valeat baptismus.*
17 *Baptismus an valeat ei qui incidit in furorem.*
18 *Baptizatus coactus an sit baptizatus.*
19 *Baptizatus fictè an recipiat sacramentum.*
20 *Baptizatus an sit is qui baptizatur & baptizari intendit, & baptizans non intendit baptizare.*
21 *Baptizare seipsum nemo potest.*
22 *Baptizatus an quis sit, si aquæ alius sit liquor admistus.*
23 *Paruuli an obligentur in baptismo.*
24 *Baptismus dicitur sacramentum fidei.*
25 *Baptismus an valeat si latinus proferat verba in lingua græca vel alia.*
26 *Baptizatus in nomine genitoris & nati et sancti flaminis, an sit baptizatus.*
27 *Baptizari non potest in nomine paternitatis & spiritalis sanctitatis.*
28 *Baptizatus an quis sit, statur vnius testimonio.*
29 *Vnius testimonio standum est, de consecratione ecclesiæ.*

¶DE BAPTISMO ET EIVS effectu. Rubrica.

IN superiori rubrica dictū est de corpore Christi, quo nihil in sacrificijs maius esse potest, vt de consec.dist.2. c.nihil. Sed qa baptismus inter alia sacraméta maius est, necessarius, & magis efficax, vt 32.dist.§.porro, cùm omnium sacramentorum sit ianua & fundamentū. vt j. de presbytero non bapti.mis.c. veniens. Ideo subsequenter ponitur hic rubrica de baptismo & eius effectu.¶Videamus igitur. Quid sit baptismus. Qñ institut⁹. Quot sunt baptismi genera. Et
1 quis eius effectus. ¶†Baptismus est exterior hoīs ablutio cum certa forma verborum. Est & caracter infixus animæ accedente verbo ad elementum, vnde est ista tanta virtus aquæ, vt corpus tãgat, & cor abluat, nisi faciente verbo. nō qa
dr̄, sed quia creditur. Nam in ipso verbo aliud est sonus trāsiens, aliud virtus
2 manens vt 1.q.1.c.detrahe. ¶†Fuit aūt institutus secundum quosdam, quando dictum est Nicodemo. nisi quis renatus fuerit &c. vt de cond.di.4.c.filius. Secūdū alios, cùm dominus dixit discipulis. Ite baptizate omnes gentes &c. vt j.e.ti.c.debitū. de con.d.4.c.propriè in verbo euntes. Secundum tertios, cùm misit Iudam cū alijs vt 1.q.1.c. dedit. Io. verò putat tunc fuisse institutum, cùm dñs à Ioanne baptizatus est, vt de con.d.4.c.per aquā. Posset tamen responderi ad illud, quia tunc dedit formam baptismi facto & exéplo. sed postea dedit verbo & præcepto, cùm dixit apostolis. eūtes
3 &c. vt dictū est. ¶†Genera baptismi sūt tria, fluminis, sāguinis, & flaminis. vt de
4 con.dis.4.c.baptismi vicem.¶†Effectus baptismi est. quia si digne quis baptizetur deletur in eo tam actuale q̃ originale peccatum sine omni pœnitētia. quia sine pœnitentia sunt dona, & vocatio Dei; quia gratia Dei in baptismo non q̃rit gemitū, non quærit planctū, vel opus aliquod; sed solā fidem, & omnia gratis cōdonat. vt de con.di.4.c.sine pœniten
5 tia.¶†Sed quæritur an pnomē, ego, sit de substantia formæ. Et creditur, quòd non. nā plenum sensum habet hæc vox. baptizo te in nomine patris &c. vnde alibi pronomen dicitur abundare. vt. ff. de hære. instit.l.1.§.qui neque, sic & in stipulatione non interest verū stipulor habere licere, an mihi licere habere. vt. ff.de verbo.obliga.l.stipulatio ista. Cætera verba, quæ sunt ī forma, necessaria
6 sunt & substantialia. ¶†Sed quæritur, quid si verba substantialia dicantur, sed corruptè & contra regulam donati. Respondeo, non minus efficax est baptismus, cùm enim virtus illorum verborū excludat demonium, excludet & precis vitiū, vt de con.d.4.c. si non sanctificat. & c.retulerūt.¶Sed quęritur quid si aliquid aliud in forma dicatur. Ad hoc dixerunt quidam, vt si aliquid præmittatur, vt si dicatur arma virumq; cano.

Ego te baptizo in nomine patris &c. vel post formam adijciatur sic. Ego baptizo te in no.pa.& fi.& spiritus sancti, & dyaboli. efficax est baptismus. quia cum extrinseca & impertinentia adijciuntur, non vitiant. vt ff.de ver.ob.l. quæ extrinsecus. secus aũt si aliquid interponatur, vt si dicatur. Ego baptizo, arma virumq; cano, In nomine pa.& fi. & spiritus sancti. Nã tunc nõ confertur baptismus. nam & si ordinatione testamenti aliquid alienum immisceatur, viciat. vt ff.de testa.l.hæredes.§.vlti.

7 ¶ †In forma autem baptismi omne verbum aliud a verbis domini alienũ censetur. sed putant doctores nostri cõtrarium. dicunt enim ꝙ siue adijciatur formæ siue interponatur, viciatur baptismus. Qui sic dicatur, non ego baptizo te &c. Absurdũ putant, dici, tunc baptizatum. Et idem si dicatur. Ego te baptizo in nomine pa.& fi.& spi.san.& omniũ sanctorum. Et idem est vbi aliquid interponitur, in quo consentiunt omnes.

8 ¶ † Sed quid si ordo mutetur, & verba transponantur, vt si dicatur, Ego te baptizo in no.pa.& fi.& spiritus sancti. nũquid est baptizatus? Dicunt ꝙ sic. ar.C. de test.l.pręposteri.& s̃.de referi.c.causam. nec enim ordo scripturæ seruãdus est. vt ff.de solu.l.nec enim. Alij aũt cõtrarium ar.pro eis.C.de sen.& interlo. om.iu.l prolatam. Dicunt enim ipsum ordinem verborũ esse de forma. Et hoc securius esse videtur; si autem in prolatione verborũ interponatur mora naturalis & compendiosa, vt de respirando, tussiendo, & excreando, non viciat.

9 vt C.de testa.l.cũ antiquitas.† An aũt actus, qui interponitur, vel mora quæ interuenit, vitiet id quod in contextu & continuè fieri debet? Determinabis per iura illa. ff.de duobus reis.l.duos reos.§.vl.& pe.ff.de ver.ob.l.cõtinuus, in principio.ff.de testa.l.hæredes.§.festim. nec enim omne, quod differendi causa fit, moræ annumerari potest. vt ff. de vsuris.l.sciendum. Item nec moratoria cunctatione nec pręcipiti festinatione faciendum est aliquid. Quantum vero interuallum sine vitio valeat in talibus interponi, intellectu magis q̃ locutione exprimi potest, vt ff.de solu.l.ratam. Et hoc totum locum habet, si quæratur de mora interposita inter verba, quæ dicuntur in consecratione Eucharistiæ, & verba quæ dicuntur in cõsecratione calicis. Quæ quõ locum habet fm illos, qui dicunt vnã esse formã in verbis illis. hoc est corpus meũ, hic est sanguis noui testamenti &c. Sed nostri doct. magis approbant, ꝙ sint duæ formæ, vna in verbis illis. hoc est corpus meum. alia aũt in illis. hic est calix noui testamenti &c. & ad prolationẽ priorum transubstantiatur panis in corpus Christi, & ad prolationẽ subsequentiũ conuertitur vinum in sanguinem. Sed obijcitur, nonne prolatis primis verbis est ibi sanguinis, ex quo est ibi corpus. Certè sic, quia vbicunq; est corpus, ibi & sanguis. Ad hoc rñdetur, est ibi sanguis nõ p trãslationẽ, sed per cõmistione.

10 ¶†Sed quæritur, cùm paruuli intelligãtur baptizari in fide parentũ. vt de con.di.4.c.quęris. & eorũ à quibus paruulus cõsecrandus offertur. vt de cõ.di. 4.c.illud. qđ si offerentes sint infideles? Rñdeo baptizari intelligitur in fide ecclesiæ, & in verbo Christi. nec oberit infidelitas offerentis, dũmodo in forma ecclesiæ baptizetur. vt de con.dist.4.c.

11 Romanus.†Nec obstat. de cõ.dist.4.c. quos a paganis. quia illud loquitur, cũ non in forma ecclesiæ baptizat. ¶Item

12 q̃ritur,† quid si nõ habeat aquæ copiã, & sic sacerdos perfundat aqua illũ, quẽ baptizat, sic ut partẽ corporis, nõ totũ corpus contingat aqua. In hac qõne dixit Aug. ꝙ si caput perfundatur, vel pręter caput maxima pars corporis, esset baptizatus, aliàs non. Alij autẽ dicunt baptizari, et si aqua cadat in quancunque corporis partem ar.ad hoc de con. di.4.c.hoc nequaq. sicut sufficiat possideri partem, ad hoc vt quis totũ possideat, dum tamen eius sit animi vt totũ possidere intentat. vt ff.de acqui.pos.l. possi-

possideri.§.1.& de pœ.distin.1.c.vulga
13 ris.¶†Item quæritur, nunquid baptismus pôt omni tempore conferri? Non, nisi necessitate imminente, vtpote periculo mortis vel lãguoris in cursu.vt de con.dist.4.c.venerabilis & c.baptizandi.Sed puto in adultis illud locũ habere,non in paruulis,quibus nulla præter baptismũ salus promittitur. vt de con. di.4.c.nulla. timendũ est.n.ne propter naturæ imbecillitatẽ morte peruenien te qui baptizentur, inueniri nõ pñt vt s.di.c.baptizari.In adultis aũt hæc nõ timẽtur. quia in eis conuersio mentis ad Deum baptismi vicem suppleri non dubitatur. vt de con.di.4.c.baptismi vi
14 cem.¶†Itẽ quæritur an baptizari possit in nomine Trinitatis implicitè. Et videtur q̃ sic.vt de con.di.4.c.a quodã. Sed illud exponitur,i.explicite per id quod legitur in eadẽ di.c.sanctũ.c.si nõ sanctificatur c.si re vera. & in c.in syno
15 do.¶†Item nunquid baptizatur in nomine Christi?Respondeo sic.vt de con. di.4.c.a quodã.sed quare potius in nomine Christi,quàm in nomine Trinitatis? Rñdeo,quia in nomine Trinitatis, non intelligitur nisi trium personarum essẽtiæ vnitas.Sed in hoc nomine Chri intelligitur vnctus,vngens,& à quo vngitur.Basi.tñ dixit cõcessum fuisse apostolis baptizare in nomine Christi propter nomen Christi ampliãdũ. sed ille canõ est hodie a quodã abrogatus, per id qđ legitur in ea.dis.c.in synodo.Sed non sic putamus. nã ille canõ est à quodam Nicolao,& posterior illo in synodo quę fuit Zachariæ,vt patet in cronicis.Dico ergo q̃ nõ baptizabitur in nomine Christi, sed si fuerit baptizatus,
16 valet baptismus.†Itẽ quęritur, quid si quis ꝑpetuò furiosus & qui nunq̃ sine furore fuit,baptizetur, nunquid valet ei baptismus? Videtur q̃ sic ar.ff.de le. 2.l.cũ pater.§.surdo. vbi dicitur aequiri furioso emolumentũ; tales.n.pro infantibus habendi sunt.nec grauãtur aliquo peccato actuali. vt 3.q.9.c.indicas. vñ & si nunq̃ voluerunt baptizari, nunquã tñ noluerunt,vnde sufficit hoc quo ad baptismi carracterẽ imprimendũ;tũc.n.caracterẽ sacramentalẽ imprimit operatio,cũ obicẽ voluntatis contrarię non inuenit resistentem,vt j.eo. tit.c.cum Marthæ in fi.& hoc idẽ consideratur in paruulus,de cõ.dist.4.c.quę
17 ris.† In eo aũt qui incidit in furorẽ, & in amente, & dormiẽte cõsideratur voluntas præcedens furorẽ, amentiã, vel dormitionem,vt s.tit.prox.c.cùm Mar
18 thæ.§.itẽ quæritur. ¶†Itẽ quæritur de coacto. ad quod dico,ꝙ absolutè coactus non recipit caracterẽ vt ea.dec.§. eo.sed cõditionaliter coactus sic; quia coacta volũtas,volũtas est.vt 15.q.1.c. merito. qa nec impedit sacrm ordinis. vt 74.di.c.vbi ista. nõ impedit scrm matrimonij.vt 22.q 4.c.inter cętera.j.de sponsa.c.veniẽs. & si taliter coactus baptismũ recipit, cõpellitur seruare fidẽ
19 vt 40.di.c.de iudæis. ¶†Itẽ quid de fictè baptizato? respõdeo recipit sacrm. sed non rem sacri,nisi recedat fictio,vt
20 de con.di.4.c.tũc valere. ¶†Itẽ quid si is,qui baptizatur, baptizari intendat, baptizans aũt non intendit? Rñdeo,nõ esse baptizatus vt 1.q.1.c.spiritus sanctus.§.ecce.& de.cõ.di.4.c.solet quęri. Nã & cũ per locũ dicuntur hæc verba. spondes spondeo.non inducitur obligatio. vt ff.de ac.& ob.l.3.§. verborum.
21 ¶†Itẽ quęritur,an in necessitate possit quis seipsum baptizare? ad qđ rñdeo non,vt j.eo.ti.c.debitum. sicut nec põt quis seipsum recõciliare. vt de con.di.
22 4.c.sanctũ est.¶†Itẽ quid si aquæ alius sit liquor admistꝰ, nũquid baptizabit? Rñdeo sic, si aqua ꝑualet, aliter non.
23 ¶†Item cum is,qui nihil intelligit,nõ obligetur.vt C.de fal.mo.l.1.qũo paruuli obligãtur in illis spõsionibus, quę ꝓ eis fiũt ante baptismũ? credis in Deũ &c.vt de cõ.di.4.c.1.Respõ.speciale est in baptismo,vbi quis ignorans per aliũ obligetur. imo verius est in baptismo quis per aliũ liberatur scilicet potestate dyaboli.vt de cõ.di.4.c.postqnã.potest autem quis ignorans per aliũ liberari.

rari.vt.ff.de sol.l.soluere.&.ff.de nego.
24 gest.l.soluēdo.¶†In summa sciendū, ꝙ baptismus dicitur sacramētum fidei. vt de cō.di.4.c.nihil aliud. Hoc iō, quia in fide Christi cōsecratur, & in fide ecclesię confertur. Vel quia cōfertur in nomine Trinitatis explicitè quam & offerentes & oblati tenenť credere. Vel qa signum est ꝙ suscipiens fidē habeat, & si nō ha-
25 beat aliquo impediente.¶†Sed q̄ritur, quid si latinus baptizaret, & proferat verba necessaria, nō tñ regulariter, nec in sua lingua, sed ī gręca vel alia? rñdeo baptizatū esse. Nā & apostoli loquebātur varijs linguis, & forma realis attendēda est, nō verbalis. vt de cō. di.4.c.re
26 tulerunt.¶†Item pone, ꝙ non dicantur verba. In no.pa.& fi.& spi. san. sed similia. In noīe genitoris, & nati, & sācti flaminis, nunquid erit baptizatus? Rñdeo ꝙ sic, quia non refert ex æquipollentibus q̄d dicatur. ff. de ver.obl.l.q̄ extrinsecus.& l.si in noīe.& j.de ver.sign.c.in his. Et satis puto credendū esse posse fieri baptismū sub verbis synonimis ¶Sed
27 † nunq̄d possit baptizari sic. In noīe paternitatis, & filiationis, & spiritalis san
28 ctitatis? Rñdeo nō.¶†Vltimò notabis, cū dubitať, an aliq̄s sit baptizat⁹, statur
29 testimōio vni⁹ de cō.d.4.c.placuit.†Et idē in cōse. ecclesiæ vt de cō.d.1.c.ecclesię.sec⁹ ī ordine vt 98.di.c.afros.& s̄.de cle.pereg.c.1. Rōnē diuersitatis collige. ex.§.gratia.3.q.1.§.cccc.cū honores.

SVMMARIVM.

1 *Ordinum collatio facta non baptizato an ualeat.*
2 *Non baptizatus credens se babptizatū an saluetur.*
3 *Ordinatus compериens se non baptizatū an debeat pabtizari, & iterum ordinati. & num.3.*
4 *Baptismi & ordinum reiteratio an fieri debeat, quando de patismo & ordine dubitatur.*
5 *Matrimonium an in dubio præsumetur, et fietur sacramento uiri.*

¶DE PRESBITERO NON baptizato. Rub.

DIctū est s̄. ꝙ baptism⁹ sit ianua & fundamentū omniū sacramētorum aliorū. Sed quia dubitari posset, an non posito fundamēto ędificatio aliorū sacramētorū subsistat. Iō tractatur hic d' collatione ordinū facta non baptizato. & ideo ponitur hic rub.
de presbyt. non bap. ministrante. ¶†Vi 1
deamus igitur an collatio ordinū facta non baptizato valeat. Et quid iuris sit, cū quis credit se baptizatū, cùm in veritate non sit. Itē an ordinatus cōperiens se non baptizatum debeat iterū ordinari.¶Ad primum itaq; sic dico, cum Paulus dicat fundamentū aliud nemo pōt ponere p̄ter id quod positū est, quod est Christus Iesus. consequenter probať, ꝙ vbi Christus nō est fundamentū nullius operis boni est sup ędificiū. vt 1.q.1.ca. cū Paulus. propterea nulla est collatio ordinū vt j.e.ti.c.1.&.1. q.1.c.si quis cō
2 fugerit.&.c.si quis per ignorātiā.¶†Ad secundum dico, ꝙ si quis baptizatus nō sit, credat tñ se baptizatū fore, & alias sit bonæ uitæ & couersationis honestę, liber ab originali peccato cœlestis patrię gaudiū adipiscitur incunctanter, vt j.eo.t.c.2. Nec obstant iura illa quæ dicunt, nullū posse sine baptismo saluari. vt de cō.d.4.c. cathecuminū.& c.firmissimè & 15.q.1.c.merito.§.vt itaq;, componat istud cancellatū de g̃nante.& ca. nulla. qa illa locū hñt in his, qui sciūt se non baptizatos, & cū baptizari possint negligant, vel contenunt ipsi seu parentes ipsorū. hic.n.de quo s̄.p̄missi, intelligit baptismus in fide Chisti & ecclesiæ. Nam baptismus inuisibiliter ministrať. quē non cōtemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit. vt j.eo.ti.c. 2.& 5. Vñ quidam ante baptismū spiritu sancto impleti creduntur, vt Centurio. vt de con.di.4.c.non dubito. & 2.q. 7.c.non oēs. Et Valētinianus, q̄ cū veniret ad baptismū & in via decesserit, dr̄ Ambrosiū de eo dixisse ventrem meum doleo.

doleo. quia quẽ regeneraturus erã, per didi; ille tñ gratiã, quã poposcerat, non
3 amisit. ¶ † In tertio aũt membro dico baptizari & iterum ordinari debere, quia non intelligitur iteratum, quod ambigitur esse factum. vt j. eo. tit. c. veniens. ¶ Sed opponitur, qui se credit baptizatũ baptismo flaminis, etsi non sit, in fide tñ Christi & ecclesiæ intelligitur baptizatus, vt superi⁹ dixi. Vñ si in tali statu positus ordinetur, sacramẽtum ordinis inuenit fundamentum sacramentorũ, s. fidẽ; & iõ firmum est ædificium, & sic iterari nõ debet ordo; & si iteretur, fit iniuria sacramẽto. vt 1. q. 1. c. quod qdam de con. d. 4. c. ostenditur. Ad quod Rñdeo. tam diu intelligitur baptizatus in fide, quandiu ignorat se baptizatũ verbo & elemento. Et tunc ordo iterari nõ posset, sed cum post incipit scire vel credere se non baptizatum fuisse verbo & elemento, nisi baptizetur in aqua cùm possit, incipit contemnere, & sic ꝑdit baptismũ flaminis, & sic sine fundamento ædificiũ ordinis inuenitur, & propterea ponendus est primarius lapis. s. baptismus, & demũ superædificabit̃ ordo, nec
3 iteratus intelligetur. ¶ † Et est sciẽdum, ꝙ vbi scitur aliquẽ baptizatum nõ esse, baptizabitur & seruabitur forma cõis. vt s. ti. prox. c. non vt apponens. vbi aũt dubitatur, tunc seruabit̃ illa forma quę habetur supra t. prox. c. 1. de con. d. 3. c. si nulla. & idem seruatur in consecratione ecclesiæ. vt de conse. d. 1. c. solennitates. & c. ecclesia. Item in ordine, vt 68. d.
4 presbyteri quos. §. qđ aũt. ¶ † Et not. ꝙ quidam dixerũt, ꝙ vbi dubitatur de ordine vel baptismo, & iterũ ordinat̃ seu baptizatur, idẽ caracter confertur qui fuit primò collatus. dicentes ꝙ hic articulus necessitatem inducit, & allegãtes simile. ff. de acqui. pos. l. possideri. §. ex pluribus. Sed hoc nõ est verũ, qa si pri⁹ fuit caracter ordinis vel baptismi collatus, secundò nihil addit̃. sed totũ ad vocẽ referr̃, & ad visibilẽ vnctionẽ. vt 68. d. c. presbyteri. §. qđ ergo, nihil. n. addit vel đtrahit iteratio vnctionis, sicut nec iteratio manumissionis. vt. C. de ind. libe. l. nihil. ¶ Sed quid de his, quæ presbyter iste gessit qui se comperit non baptizatum fuisse, nunquid decepit animas, vt s. de cle. c. dudũ Rothomag. Rñdeo nõ, imo dum bona fide credit se baptizatum & rite ordinatũ, rata sunt oĩa quæ gessit ar. ff. de offi. præto. l. Barbarius. ¶ In summa sciendum est. in dubio potius ꝑsumi non baptizatũ, q̃ baptizatũ; potius non ordinatũ, q̃ ordinatum. vt de con. di. 4. c. paruulos. & hic in c. ve
5 niens. ¶ † Sed cum ita præsumatur in his sacramẽtis, quare in sacro matrimonij contraria assumitur præsumptio? vt stetur tantum verbo viri, vt 23. q. 1. c. si qs acceperit. ff. de ritu nup. l. in libero. Rñdeo sine omni periculo est, si sacramenta illa iterentur. sed valde periculosum esset, si iudicaretur nõ esse matrimoniũ vbi est. Licèt alibi canon nõ ꝑsumat, nõ esse matrimoniũ, vbi tñ est, & si solẽnia desint vt 30. q. 5. c. aliter, & c. nostrates.

SVMMARIVM.

1 *Eucharistia qualiter custodiatur.*
2 *Eucharistiã defert sacerdos infirmis cum solennitate & reuerentia.*
3 *Res sacratæ & diuinis dicatæ qualiter seruentur.*
4 *Pallæ altarium & vestimenta clericorum sordida qualiter lauari debeant.*
5 *Vestimenta sacra vetustate consumpta incendi debent.*
6 *Deo dicata ad profanos vsus conuerti non debent.*

¶ DE CVSTODIA EVCHARISTIÆ. Rubrica.

SVperius tractatum est qualiter Eucharistia cõsecratur. hic tractatur qualiter custodiatur, & iõ ponitur hic Ru. de custodia Eucharistiæ, crisma
1 tis, & aliorũ sacrorũ. ¶ † Est igit̃ sciẽdũ, ꝙ Eucharistia est in loco singulari mundo & signato sꝑ honorificè collocata deuotè ac fideliter conseruãda, vt s. de

cele.mis.c.sane clauibus adhibitis.vt j.
2 co.tit.ca.1. ¶†Sacerdos per seipsum de ferat illam infirmis cum solennitate & reuerentia illa,quæ statuta est in concilio generali.s.de cele.mis.c.sanc.§.sacerdos. Non aũt per laicum vel mulierẽ transmittat, vt de con.di.2.c.peruenit.qđ fieri per diaconũ licet, si necesse fuerit.vt 93.di.c.diaconũ.& c.præsente
3 † Crisma ẽt sub eadem custodia seruetur,vt j.cod.tit.c.1. Ipsa quoq; oratoria vasa corporalia, palleæ altaris, & vestimenta clericorũ munda & nitida conseruentur. vt j.cod.c.2. Quibus in alijs vsibus vtendum nõ est,nisi in ecclesiasticis & Deo dignis officijs,vt de cõ. di.1.c.vestimenta. & c.ad ad nuptiarũ. quæ ab alijs q̃ à sacratis hominibus nõ debent contingi, vt in prædicto c. vestimenta. & 23.dist.§.vasa.& c.sacrata.&
4 de con. di.1.c.in sancta.† Item pallas altarium & vestimenta clericorum, cũ sordida fuerint, diaconi cũ humilibus ministris intra sanctuarium lauent. vt
5 de con.dist.1.c.nemo † & si fuerint vetustate consumpta,incendio dentur. vt de con.di.1.c.altaris. Et est ratio,qnia
6 † Deo dicata ad profanos vsus cõuerti non debent. vt 19.q.3.c.quæ semel.14. q.vlt.c.comperimus.12.q.2.c.nulli.54. distin.c.ex antiquis.17.q.vlt.c.quæsti. de conse.distin 1.c.ligna.

SVMMARIVM.

1 *Reliquiæ quæ et qualiter venerari debeãt. Reliquiæ approbatæ non debent venales exponi.*
2 *Cononizatio Sanctorum qũo debeat fieri.*
3 *Miraculum ad hoc,vt dicatur,quæ requirantur.*

¶DE RELIQVIIS ET VENERATIONE SANCTORUM. Rub.

Dictum est.s.de custodia & reuerentia sacrorum. non aũt tractatur de reuerentia sanctorũ. & ideo subijcitur hic rubrica de reli-
1 qnijs & veneratione sanctorũ.† ¶ Sciendum est igitur, q̃ reliquiæ in veneratione sanctorum habendæ non sunt, nisi auctoritate summi pontificis fuerint approbatæ, vt j.co.ti.c.2.quæ postquã fuerint approbatæ,extra capsam ostendi non debent,nec venales exponi. vt j. co.c.2.C.de sacrosanc.ec.l.nemo . Nã sancta æstimationem non capiunt.vt ff. de rerum di.l.sacra loca.§.vl.& propterea vendi non põt, cùm venditio sine pretio non consistat. vt Insti.de emp.& ven.§.pretium.& ff.co.ti.l.2.§.fine pretio.& qui spiritualia vẽdit,capitale crimen cũ simonia cõmittit. vt 1.q.1.c.stu
2 det. ¶†Ad canonizandos sanctos & in sanctorũ cathalogo conscribendos, de quo legitur.19.q.3.c.qm̃.taliter peruenitur. Inquirendum est enim an illi,de quo canonizando agitur, prior vita testimonium præbeat pro laboribus multis,pro motibus castis,pro actibus strenuis.vt 61.dist.c.miramur. oportet.n. præsenti testificatione prædicari & bonæ famæ præconijs non taceri.vt 12.q. 2.c.quatuor. Et quæri debet maximè de simplicitate & humilitate. vt s.de p̃sump.c.ex studijs, simplicib⁹.n.Deus dat grãm.Itẽ qnæri solet.an in vita passus fuit persecutiones. vt 7.q.1.c.omnis.c.qui gemebat. & c.ibi adunati. Et an fuerit passus ex charitate.vt 1.q.1.c. vide quãtũ bonũ est charitas. Quærundum est ẽt de miraculis factis in vita,
3 & post mortẽ.† Et no. quia quantũ ad hoc vt sit miraculũ,quatuor requiruntur.Vt ex Deo cõtingat,non ex arte.vt 1.q.1.c.teneam⁹.2 q.6.§.itẽ cũ Balaam. 1.q.1.c.prophetauit.Itẽ vt sit cõtra naturã.Itẽ quod non ex vi verborum,sed ex merito hominis hoc cõtingat. Hoc ideo dico.qa panis miraculose trãsubstantiatur in corpus Christi nõ merito hominis,sed virtute verborũ.vt de con se.di.2.c.qa corpus Christi. & c.in quĩ busdã. Itẽ vt sit ad corroborationem fidei.herba.n.trãsit in vitrũ hominis ministerio.sed hoc nihil ad fidei corroborationem.& ideo non sunt hæc talia miracula,q̃uis hominum ministerio fiant, vt propterea debeat quis canonizari.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Ieiunium quid & quotuplex sit.*
2 *Ieiunans à quibus abstinere debeat.*
3 *Gulæ vitium quibus modis tentat.*
4 *Ieiunandum quando sit. & nu.5.& 6.*
7 *Vigilia occurrente in dominica ieiunari debet in sabbato.*
8 *Carnes licitè comedũtur sexta feria in die Natalis Domini.*

¶DE OBSERVATIONE IEiuniorum. Rubr.

DIctum est supra de veneratione sanctorũ. Sed quia ob reuerentiam sanctorum ieiunia celebrantur. Ideo subsequenter de ieiunijs tractatur, & propterea ponitur hic rubrica.de obseruantia ieiuniorum.¶Videamus igitur.Quid sit ieiuniũ. Et qui
1 bus diebus ieiunia sint indicta.¶†Ieiunium triplex est. Ieiunium magnum & generale est, ad quod omnes tenentur abstinere ab iniquitatibus & illicitis volutatibus seculi, quod est perfectum ieiunium vt de conse. dist.5.c.ieiunium. Secũdo modo dicitur ieiunium, discreta & moderata refectio, vt singulos dies absq; ciborum luxuria transigamus. vt de consc.d.5.c.sint tibi.&.c.nõ dico. Et hæc duo ieiunia omni tẽpore & diebus singulis sunt seruanda. Tertio modo dicitur ieiunium subtractio prandij & post cenam cuiuslibet cibi priuatio vsq; ad diem sequentem. Item abstinentiæ indictio à carnibus, & ab omnibus quæ sementinã trahunt originem à carnibus, à lacte videlicet caseo, & ouis, vt probantur hęc de conse. dist.3.c.de esu. &.4.dist.c.deniq;. Vbi etiam adijcitur. cæterum pisciũ esus ita relinquitur, vt hoc infirmitatis solaciũ non luxurię pariat incendium.hoc tamen saluo, vt nõ cogantur diuites pauperum cibis vesci. vtantur consuetudine infirmitatis suæ, sed doleant se non posse aliter subsftẽtari.vt.41.di.c.non cogãtur. Vnde nec in qualitate cibi, nec in quantitate est vitium, dummodo quis vtatur secundum exigẽtiam suæ naturæ, sed in appetitus excessu, vt probantur hæc.41.d.c. quisquis delicias. &.ca.quod dicit.†Itẽ cum
2 abstinemus à cibis, ab omnibus dissolutionib⁹ abstinere debemus. Quid.n.prodest ieiunare visceribus, & luxuriari venatibus; abstinere à cibis, & errare peccatis. vt 86.d.c.quid ꝓdest. Itẽ alibi.nihil ꝓdest hoĩ ieiunare, & orare, & alia religionis opera agere, nisi mens ab iniquitate, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur, vt de cõ.d.5. c.nihil ꝓdest.
3 ¶†Quinque autem modis gulæ vitium nos tentat, aliquando nanq; indigentiæ tempora præuenit. aliquando non prępuenit, sed cibos lautiores quærit. aliqñ quę summenda sunt, procurare accuratius expetit, aliquando autem & quantitas ciborum & tempus cõgruit, sed in ipsa quantitate summendi mẽsuram excedit. nonnunquam & abiectius qđ desiderat, & cum ipso esu immẽsi desiderij deterius peccat, vt de con.d.5.c.quinq; modis. Vndè versus. Est certum, ꝙ quinque modis gula damnat edacẽ. Cum nimium comedit, vel edẽdi ꝑuenit horã. Quærit delicias, vel parat d̃liciosa. Vel sumit cupide quod non est deliciosum.
4 †Nunc videamus in quibus diebus & tẽporibus ieiunia tertij generis indicantur. Et est sciẽdum, ꝙ quadragesima sũma obseruatione est obseruanda, ꝙ continet.40.& duos dies diebus dominicis cõputatis, è quibus dum sex dies dñicæ abstinentię subtrahuntur, remanẽt.36. dies in abstinẽtia, quę sunt decima pars totius anni. Annus.n.hẽt.365.dies quorum 36.sunt decima. Sed his diebus adduntur quatuor dies primæ septimanæ .s.dies Mercurij, dies iouis, dies veneris & dies sabbati. vt faceret numerus 40.dierũ impleatur. quem saluator sacro suo ieiunio consecrauit. vt de con.dist.5.c.
5 quadragesima. ¶†Item ieiunandum est in vigilijs apostolorum. Et quamuis in versibus contineantur nomina certorũ. Petrus & Andræas, Paulus cũ Simone

Simone Iudas, Vt ieiunem' nos ad monet, atq; Mathæus. Puto tamen in omnium apostolorum vigilijs ieiunandū. vt ī eo.c.consilium. præter vigiliā Philippi & Iacobi, Beati Ioannis euangelistæ, qm̄ illorum festiuitas infra solennitatem paschalem, istius autem infra natalem dn̄i celebratur, & dicitur in eadē decre. in 1. Respon. de festiuitate Beati Bartholamæi, de cuius celebratione dubietas oritur apud quosdam, consuetudo regionis est obseruanda. vt in ea. decreta. §. sanctorum. sicut & aliàs in ieiunijs consuetudo attenditur. vt 12. di. c. illa in fi. 76. di. c. vtinam. & in decre. eo.
6 §. item de illis. ¶ † Item cōstitutū est, vt quatuor anni tp̄a ab omnibus hominibus cōi ieiunio obseruentur. vt 85. dist. c. constitutum. Hoc autem ordine ieiunia illa celebrentur. Primum ieiunium in initio quadragesimæ. Secundum in hebdomada penthecostes. Tertium tio & quartum in septēbri & decembri more solito fiat. vt 76. dist. c. statuimus. Vnde versus. Prima quadrageną seruat ieiunia ueris. Pneumatis ebdomada sercare secunda teneris. Tertia septēbris fert cultū mercuris ibum. Sabbata ieiunent uigilem p̄tia Christum. Et cum quatuor sint anni tp̄a, uer, æstas, autonus, & hyems. prędicta quatuor ieiunia ex doctrina sanctispiritus ita sunt p̄ totius anni circulum distributa. ut lex abstinentiæ omnibus sit ascripta temporibus. ut 76. di. c. huius. ¶ In quatuor temporibus Penthecostes hæc ratio redditur. ut si quis forte inter paschalis festiuitatis gaudia negligens libertas & licentia immoderata præsumpserit, hoc religiosæ abstinentiæ censura castiget. ut 76. di. igitur. Est & alia ratio, quare ieiunium illius tp̄is differtur post Penthecostem, & nō inducitur ante post resurrectionem. quia illo tp̄e fuit sp̄osus cū sponsa, ideo non fuit tunc sponsæ aliqua indicenda asperitas, cùm sponsum haberet secū & eius delectaret amplexibus. Vnde in ecclesia tūc cātatur quasi modo geniti infantis. & hęc ratio redditur. 76. dist. c. ieiunium. §. non autem cum sequem. §. & licet dicam illos quinquaginta dies qui sunt à pascha vsq; ad Penthecostē à ieiunio exempto eo, q̄ iugi letitia peragēdi sunt dies illi. si tamen aliquis ex deuotione ieiunet, plūbendus non est. Nam vtinam omni tempore ieiunare possem', vt probātur hæc in c. ieiunium. §. vlti. & c. vtinam. ¶ Obseruantur & alia ieiunia ab ecclesia constituta. quæ sine necessitate rationabili non seruantur. vt 76. d. c. ieiunia. ¶ Quædam etiam ieiunia obseruantur in vna prouincia. quæ non seruantur in alia, & in hoc vnaquęq; prouincia in suo sensu abundet. vt. 76. dist. c. vtinam. Nam pręter festa præcipua & communia singuli episcopi in suis ecclesijs speciales obseruant festiuitates, vt de con. dist. 3. c. pronunciandum. ¶ Item ieiunandum est tēpore rogationum, vt de con. d. 3. c. rogationes. ¶ Ieiunandum est sexta feria & die sabbati. Sexta feria propter domini passionem. Die sabbati, quia dies ille inter tristitiam passionis, & letitiam dominicæ resurrectionis includitur. vt de conse. dist. 3. c. sabbato, vt saltem ab esu carniū die sabbati abstineamus, quicunque enim christianæ religionis se participē esse desiderat, ab esu carnium eadē die nisi maiori festiuitate interueniēte vel infirmitate, abstineat. vt de con. dis.
7 5. c. quia dies sabbati. ¶ † In summa notandum est, quòd si festum habens vigiliam incidat in diē lunæ, die sabbati ieiunandum est, vt infra eod. ti. c. 1. ¶ Sed opponitur argumēto legali sic. dies medius. s. dies dominicus debet impedire ieiunium, cum sit à ieiunio liber. Nā sacer locus interueniēs inter duo prædia seruitutem impedit extremorum. vt. ff. de serui. l. seruitutes. §. sacer. Et lex illa dicit. mediū prędium, qd̄ nō seruit, impedit seruitutem. vt. ff. de ser. vr. præ. l. q̄ sella. §. in rusticis. Ad quod respondeo. Ieiunare nō est seruit' p̄dialis, sed debitū personale, qd̄ cū solui non possit sua die, soluatur alia. nam ad duo tenet. s. ieiunare & ī vigilia ieiunare, & iō si nō possumus

possumus die dominica propter eius excellẽtiam ieiunare, ieiunandum est die sabbati.ar. ad hoc supra de dolo & con
8 tu.c.cùm dilecti.ff.de arb.l.Celsus.†Nã & excellentia natiuitatis inducit vt in sexta feria carnibus vesci possumus, secundum consuetudinem ecclesiæ generalis.vt ĩ.eod.c.explicari.

SVMMARIVM.

1 *Purificatio qualiter olim fiebat, & an hodie sit seruanda.& nu.2.*

¶DE PVRIFICATIONE post partum. Rubrica.

IN superiori rubrica tractauim⁹ de ieiunijs celebrandis ob reuerentiã sanctorum,sed quia ex reuerẽtia & deuotione ꝓcedit, quòd mulieres post partum cessant ab ingressu ecclesiarum vsq; ad tẽpus purificationis, subsequenter interponitur hic rubrica, de purifica.post partũ. ¶Quid igitur circa hoc olim seruabatur in lege veteri, & quid hodie seruandũ sit,breuiter videamus.
1 ¶† Et est sciendum,quòd secundum legem mosaycam mulier immunda reputabatur post partum, & ideo si masculũ peperit, cessabat à tẽpli ingressu 40.diebus.si fœminam.80.diebus.vt 5.di.§ 1. ¶ Sed contra in quadam palea, quæ in quibusdã libris in eadem dist.habetur, & incipit. cum enixa.ibi.n. dicitur ꝙ ꝓ masculo cessabatur ab ingressu templi.33.diebus,pro femina 66.dieb⁹. Sed in masculo non attenditur dies natiuitatis, sed circũcisionis, circũcidebat̃ puer in 7.die suæ natiuitatis. In fœmina autem attẽditur ibi dies impositionis nominis, cùm imponebatur nomen in 14. die natiuitatis.Sed in. §.1.in vtroq; cõsideratur tempus natiuitatis.Sed si queras,quare tot dieb⁹ cessabatur ab igressu tẽpli pro masculo, & tot ꝓ fœmina? Rñdeo,quia sicut phisici dicunt tot diebus fœtus masculinus,& tot fœmininus est mortificatus sine animæ infusione.
2 †Sed hodie quando iã legis vmbra euanuit, & illuxit veritas euangelij, si mulieres post prolem emissam acturæ gratias ecclesiã intrare voluerint nulla proinde peccati mole grauantur, nec ecclesiarum aditus denegandus est, ne pœna illius videatur in culpam cõuerti. Si tamen ex veneratione voluerint aliquandiu abstinere, deuotionẽ earũ non credimus prorogandam. vt ĩ.eo.ti.c.vno. & simile ŝ.ti.prox. Aliquãdo.n.bonum est abstinere ab eo; quod tamen licitè fit.vt de consec. d.2.c.quotidie. 11.q.1. c.aliud. quia bonarum mentium est ibi culpas agnoscere, vbi culpa non est, vt supra ti.prox.c. consilium.§.sanctorum & 5.di.c.ad eius vero concubitum.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia à quibus debeat reparari.*
2 *Fructuarius tenẽ ad sarta tecta reparãda.*
3 *Ecclesiæ quõ construendæ vel reparandæ.*
4 *Ecclesiæ nouæ ex qbus causis sint faciẽdæ.*
5 *Auctoritas quæ interuenire debent in construenda ecclesia.*
6 *Ecclesiam ædificare si quis inceperit,an et quando teneatur perficere.*
7 *Facere aliud est,quàm reficere.*
8 *Nouum opus quando fieri dicatur.*
9 *Domus ecclesiæ, vel naues quando dicantur refici,& eædem sint.*

¶DE ECCLESIIS AEDIFIcandis. Rubrica.

DIctum est supra de ecclesijs consecrandis,sed qa plerunq; ecclesiæ consecratæ corruũt, & reparatione egẽt.Ideo subijcitur hic rub.de ecclesijs ædi.vel reparãdis, vel de nono construẽdis. ¶Videamus igitur a qbus sit ecclesia reparãda. Et cui⁹ auctoritate de nouo sit ędificãda.Et qbus ex cau
1 sis nouæ sint ecclesiæ faciendæ.†Est aũt sciendum, ꝙ si portio fabricæ deputata sufficiat ad reparationem ecclesiæ, is q. eam percipit,reparare tenetur.vt 10.q. 3.c.vnio & q.1.c.decernimus,ĩ.eo.t.de his.

his.Si verò nō sufficiat,tūc rector & qui
beneficiū habet ab illa ecclesia,quæ re-
paranda est, cōferent & ecclesiā repara
bunt.vt in prędicta decre.de his.vt ī.e.
ca.1.& 16.q.1.c.si monachus.š.de his ꝗ
fi.à ma.per ca.c.vlt.Nec mireris si con-
ferant beneficiati. Nam cum emolumē-
tum sentiant;& onus sentire debēt. iux
illud.Commoda qui sentis, iūgas onus
emolumentum.vt arg.C.de cadu.tol.l.
vna.§.pro secundo in fi.&.§.ne autē.C.
de fur.l.manifestum.§.pe.in fi.supra de
his quæ fi.à ma.par.ca.c.vlt. Debēt in-
quam beneficiati agnoscere onus fabri-
2 cæ ꝑ rata beneficiorū.† nā & fructuari*
reficit sarta tecta vt.ff.de vsufr.l.de vsu
fructu legato.§.hactenus. C.e.ti.l.eum
3 ad quē. ¶†Ecclesiæ faciendę sunt per cō
grua loca.vt ꝰ cō.d.1.c.ecclesias.Si ve
ro superfluę inueniātur vel destructę,ꝑ
uidentia episcopi modus inueniat, qua
liter consistere possint.vt de conse.d.1.
c.2.reparentur.vt dictum est,vel vt de-
struantur.vt de conse.d.1.c.ecclesię vel
altaria.Vel si per se subsisteri nō possūt,
alijs ecclesijs vniant.vt. 10.q.3.c.vnio.
circa fin.& vt notaui š.de reli.do.§.tri-
bus &.§.vlt.& secundum hoc intelligo.
70.di.c.sanctorum in fi.Sic aūt faciēdæ
sunt nouę ecclesiæ,vt per eas veteribus
ꝑiudicium non fiat.vt 16.q.2.c.ecclesię
& c.quicunq;.Itē plures baptismales ec
clesiæ in vna terminatione fieri nō pñt.
vt 16.q.1.c.plures. posset tamē ep̄us ex
causa ī vna terminatione facere duas,
nam &diuidere potest vnam in duas,&
duas vnire ad vnā,vt ī.de excessi. prę l.
c.sicut vnire.sicut & prouincia vna diui
ditur in duas vt.ff.de officio assesso. l.si
eadē.10.di.c.imperiali.sic & vna prębē
da diuiditur in duas.vt š.de prębē.c.va
cante.nam & auferre potest vni ecclesię
& dare alteri.vt ī.eo.ti.e.ad audientiā.
12.q.2.c.bonæ rei.supra de dona.c.apō
stolicæ.supra de his quę fiunt a pla.sine
consensu ca.c.pastoralis nō tamē hoc li
cet passim, & sine causa. & sic intelligo
4 š.de rebus eccl.non alienan.c.1.† Tres
autē sunt causæ,propter quas nouæ ec-
clesiæ possunt construi, quāuis in præiu
diciū antiquarum. Temporis qualitas.
vt 7.q.1.c.temporis.Incrementū popu-
li.vt 16.q.1.c.fœlix.& c multis.& c.pre
cipimus.Ecclesiæ distantia, vel difficul
tas accessus. vt ī.eo.tit.c.ad audientiā.
Sine præiudicio alterius ecclesiæ, licet
episcopo pro sua sepultura ecclesiā con
struere,vt 12.q.2.ca.bonæ rei,.supra de
donatio.c.apostolicę.Et quilibet priua
tus masculus vel fœmina potest sibi cō
struere ecclesiā,siue oratoriū.vt de cōs.
di.1.c.vnicuiq; clericos & c.si quis etiā
5 18.q.2.c.quidā.12.q.2 c.religiosā.¶†In
construenda dēt interuenire auctoritas
episcopi, qui primarium lapidē ponere
debet, dote tamen ab ædificatore prius
assignata,vt notaui supra de cōse. eccl.
6 §.item notandum . ¶† Et not.ꝙ post-
quam quis incepit ædificare,cōpellitur
cōsummare,vt no.supra de conse.ecc.§.
7 itē quid si quis incepit ædificare. ¶† In
summa notabis,lōge aliud est facere, ꝙ
reficere.vt.ff.de itinere actuq; priuato.
l.1.§. si quis ædificium . Reficere enim
est ad pristinam formā reducere . vt in
præalle.l. 3. de itinere actuq; priuato .
8 † Nouum autem opus fit cùm rei facies
immutatur . vt.ff.de no.ope.nun.l.1.§.
9 opus nouum. † vnde si domū vel eccle-
siam diruas,ea mente,vt de eisdam cæ-
mentis & lapidibus eā reædifices , non
est eadem domus vel ecclesia,si vsq; ad
fundamentū fuerit diruta, secus tamen
est in naue. Nam si nauis reficiēdæ cau
sa oēs tabulæ refixæ sint,nondum inter
cidisse nauis videtur,& cōpositis rursus
eadem nauis esse incepit.vt.ff. de verb.
obl.l.inter stipulantem.§. sacram.&.§.
nauis.vnde si tota ecclesia deijciatur vs
que ad fundamentum, vt dictum est,in
reædificando auctoritas episcopi neces
saria est.vt 16.q.vlt.c.si quis vult.¶Sed
secus in reficiendo . vt infra de iudæ.c.
consuluit. & cap.iudæi.C.de operibus
publicis.l.vltima . Aliās tamen lex di-
dit, qui prohibet reficere prohibet ædi
ficare.vt ff.de mor. inferen.l.1.§.ædifi-
cator.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Immunitas quid sit et vnde dicatur. nu.2.*
2 *Immunitatibus ecclesiarum qui gaudeāt.*
3 *Ecclesia an teneatur ad munera, et n.3.4.*
3 *Onera quæ imposita sunt rebus, antequam res ad ecclesiā perueniant, subit ecclesia.*
5 *Pater occidens filium pro defensione patriæ an excusetur.*
6 *Placita secularia in ecclesia audiri non debent.*
7 *Laicus non debet in domibus ecclesiarum hospitia pro iure & debito vendicare.*
8 *Immunitas ecclesiæ vel cœmiterij per quot passus extendatur.*
9 *Immunitate ecclesiæ qui non gaudeant.*
10 *Publici latrones, & nocturni depopulatores agrorum an possint impunè occidi.*
11 *Furtum vel sacrilegium omittens in ecclesia an ab ecclesia defendatur.*
12 *Frustra inuocat auxilium ecclesiæ qui in eam committit.*
13 *Immunitate ecclesiarum an gaudeant oratoria quæ in domibus habeantur.*
14 *Ecclesia interdicta an suis priuilegijs & immunitatib⁹ gaudeat, et n.15.16.et 17*
15 *Clericus interdictus durante interdicto perdit ea quæ ad suum beneficium spectant. & idem est in suspens.*
16 *Clericus suspensus non exequitur ea quæ sunt officij.*
18 *Immunitatem ecclesiæ violantes qua pœna plectantur.*

DE IMMVNITATE ecclesiarum, Rubrica.

DIctum est.s̄.de ecclesijs ędificandis, quæ quidē dom⁹ Dei sunt, & oneribus opprimi nō debēt, quib⁹ domus priuatæ præmūtur; & propterea de immu.ec.vel cœ. & rerum ad eas pertinentium, differendum est. Vnde ponitur hic rubr. de immu.ec.vel cœmite.& rerum ad eas pertinentiū. ¶Videamus igitur q̄d sit immunitas.
1 †Quā immunitatē habeat ecclesia, Res, & homines eius, Quam cœmiterium, & quā mansus. Et quæ sit pœna violantiū cœmiterium & immunitatē. ¶Immunitas est libertas, quæ competit ecclesiasticis personis, & rebus ad eas spectantibus.
2 ¶†Dicitur autem immunitas, quasi extra munia, idest, extra munera. non.n. ecclesia subit sordida munera, vt calcis coquendæ, arenæ fodiendæ. sed ab his tam ecclesiæ, q̄ ipsarum prædia, & mancipia, siue rustici ipsarū, exempta sunt. vt 16.q.1.§.nouarum. Clerici vxores, & filij clericorum similiter ab huiusmodi liberi & exēpti sunt. vt C.de epis.& cle.l.2. Eorumq; coloni. vt 89.dist.c.iudicatum. ¶Item extraordinaria munera, quæ subitò imponuntur, similiter ecclesia non agnoscit. etsi sint onera realia seu prædialia, vt sunt superindicta, vt 16.q.1.c.placet. & C.de epi.& cle.l. placet. & C.de superindictis.l.vna. li.10. Ab his extraordinarijs muneribus excipitur, nisi forte ep̄us & clerus tantam necessitatē aut vtilitatem inspexerint, vt absq; vlla coactione ad releuādas cōes vtilitates, vbi laicorū non suppetunt facultates, subsidia per ecclesias existimentconf crenda. vt j.e.tit.c.non minus. prius tn̄ romano pontifice cōsulto. vt j.co.tit.c.aduersus. & hoc possumus appellare canonicā illationē, q̄ aduēticię necessitatis sarcina repētina poposcerit, vt dicit illa.l.placet.
3 ¶†Onera aūt quæ imposita erant rebus, anteq̄ res ad ecclesiā peruenissent, subit ecclesia, vt tributū, canonē, siue cēsum. & sic intelligo.11.q.1.c.tributū.& c.magnū. & 23.q.8.c.si tributum. hæc onera ordinaria sunt & prædialia. & vocātur indicta. vt C.de indictis, l.1.lib.10. Veruntamen si cessetur in solutione canonis, vel tributi, res nō transfertur in eū, cui tributū vel canō debetur, & hoc est q̄d præall.l.placet. dicit, nulla translationis sollicitudo signetur. Nec obstat.l.si diuina.C.de exac.tribu. quia aut lex illa non tenet secundum canones, aut exponi debet, diuina domus, i. imperialis. Sec⁹ est in ecclesiastica, vt dictū est.
4 ¶†Onera personalia nō subit ecclesia. vt C.de epis.& cle.omnes quæ vbicun-

que. Sed hoc fallit in casu. nullus enim
a murorum uigilijs excusatur. ut ĩ. eo.
ti.c.puenit.nisi sit senex.ut. C.de dec.l.
ul. lib. 10. expedit.n.reipublicæ plures
habere defensores.ut. ff.de no.ope. nũ.
l.nã reipublicæ, & qlibet debet defen-
dere patriã.ut 23.q.8.ca. omni tẽpore.
5 † Pro cuius defensione pater occidẽs fi-
liũ excusatur.ut.ff. de relig. & sump.fu.
6 l.minime. ¶ †In ecclesia placita secula-
ria audiri nõ debent.ut ĩ eo. titul. c. 1.
& maximè iudicia sanguinis.ut ĩ eo.ti.
7 c.cum ecclesiæ. ¶†Itẽ nec seculares ho-
mines debent in domibus ecclesiarum
hospicia pro iure & debito uẽdicare.vt
ĩ eod.tit. c.1.& simile 42.dist.quiesca-
mus. Cæterũ si charitatiuè petatur nul
li negari debet.ut in.c.quiescamꝰ 42. di
stinct.§.1.supra de prębẽ.de monachis.
supra de sup.neg.prę.c.sicut. 85. dist.ar
8 chidiaconum. ¶†Item immunitatẽ ha-
bet ecclesia & cœmiterium usq; ad 40.
passus,si maior fuerit ecclesia. uel 30. si
minor.ut 17.q. 4.c. sicut. ut fugiẽtes ad
eã ob maleficia uiolẽter nõ extrahant.
ut ĩ.eo.ca.inter.& c.immunitatem.Sed
prælati debent eis obtinere uitã & mẽ-
bra;super eo tamẽ, qđ inique fecerint,
sunt alias legitimè puniẽdi.ut in d.c.in
9 ter alia. † Et quãuis ab hoc priuilegio
lex plures ꝑsonas excipiat in Auth. de
mã.prin.coll.3.scilicet homicidas,adul
teros,& raptores uirginũ.decre.tamen
pręalle gata duo genera hominum exci
pit,publicos latrones, & nocturnos po-
pulatores agrorum . raptores etiã vir-
ginum ad ecclesias fugientes immuni-
tatem ab ecclesia cõsequuntur 36. q.1.
c.de raptoribus. vnde non obstante ex-
ceptione legali, cui derogatũ est in hac
10 parte standũ est distinctioni decr.†Nec
mireris, si hæc duo genera hominũ ec-
clesia non defendit;hos.n.cuilibet licet
impunè occidere.vt.C.quãdo licet vni.
l.1.&.2.& sine peccato,vt canon ille vel
le vř.23.q.5.c. cum homo. Quod tamẽ
intelligo si fuerit nocturnus;sed si diur-
nus, tunc sine peccato occiditur cum se
telo defendit.vt ĩ.de homi.ca.si perso-
diens.¶Itẽ excipiuntur & illi,qui sperã
tes per defensionem ecclesiæ impunita-
tem suorum excessuum obtinere, homi
cidia vel mutilationes ĩ ecclesijs vel ea
rum cœmiterijs committere non veren
11 tur.vt ĩ.eod.ti.c.immunitatem. ¶†Sed
quæritur nunquid is qui furtum vel sa-
crilegium cõmittit in ecclesia,defende-
tur?Videtur ꝙ non.nam Augu.dicit de
iure ad supplicandũ admitti non debet
ibi, vbi sacrilegium cõmisit. vt 17.q.4.
12 c. frater. & c. cor eius. †Et frustra in-
uocat auxilium ecclesiæ,qui in eam cõ-
mittit.vt ĩ.eo.c.vlt.ĩ. de vsu.c.quia fru
stra. in Auth. vt liceat matri & auiæ.§.
quia vero.Puto tamen cõtrarium.quia
iura canonica certas personas ab hoc
priuilegio excludunt, vt superius dictũ
est.Et quia ecclesijs & ecclesiasticis per
sonis sanctitas ignoscendi gloriam re-
linquit.vt.C.de episcop.& cleric.l.si q̃s
in hoc genus.Hoc priuilegium immuni
tatis habent ecclesiæ consecratæ,& non
13 consecratæ.vt ĩ.eo.t.c.ecclesiæ. ¶†Sed
nunquid priuata oratoria , quæ homi-
nes in suis domibus habent,hac immu-
nitate gaudebunt?vt in Auth.de eccle.
titu.§. si quis in sua domo &.§.si vero.
colla.9.supra de censi.c.vlti.de con. di.
1.c.vnicuique,&ca.sequen. Puto quòd
14 non.¶†Item quæritur an ecclesia inter
dicta retineat hoc priuilegium?Et uide
tur ꝙ non.Nam decre.dicit in qua diui
na ministeria celebrantur.vt ĩ.e.ti.c.ec
15 clesiæ. ¶†Item clericus interdictus du-
rante interdicto perdit ea quę ad suum
beneficium spectant, vt š.de elec.c.cum
in cunctis,š.de elec.c.cum dilecti,supra
de concess.præbẽ.vel ecc.non va.c.quia
diuersitatem.supra de postu.c.1. Et idẽ
est in suspenso.vt š.de ętat.& qual.ord.
c.cum bonæ memoriæ. supra de app.c.
16 pastoralis. in fin. † Item suspensus non
exeqtur ea quæ sunt officij . vt 32.di.c.
nullus.&.c.præter hæc , ĩ.de simo.c.tan
17 ta. †Credo quòd ecclesia interdicta re
tinet priuilegium immunitatis, sicut &
clericus interdictus vel suspensus reti-
net priuilegiũ suæ immunitatis quo ad
iniectionem

iniectionem manuum violentam. Nam & depositus habet hoc priuilegiū, quia characterē retinet. vt 81.di.e.dictū.¶In summa notandum est, q̄ est ecclesia defendit ad se fugientes quantum ad mortē & mutilationem, vñ recepta idonea cautione super vita & membris, reddet eos puniēdos pecunialiter, vel inrebus. Seruus aūt redditur dño iuramēto præstito de impunitate ipsius. vt ĵ.co.tit.e.
18 inter alias.¶†Pœna verò violātium immunitatē ecclesiasticā, est duplex, excōicatio hominis siue iuris. Nam violator est excōicandus. vt 17.q.4.e. nullus & c. si qs deinceps. eo saluo q̄ causaliter sacrilegus est excōicatus ipso iure, vt incēdiarius ecclesiæ, & effractor. vt 40.q.3. c.canonica. 17.q.4.c. oēs ecclesiæ. ĵ.de rapto.e.in literis. ĵ.de sent. exc. c. conquesti. Alij autē sacrilegi, qui alio modo ecclesias violāt, seu personas, vel res ab ipsis rapiunt violenter, vel bona ipsorum vsurpant, & per hoc sacrilegium incurrunt, non sunt ipso iure excōicati. vt supra de foro comp.c. conquestus.

S V M M A R I V M.

1 *Negocia secularia quæ dicantur, & vnde dicatur negocium nu.2.4.& 5.*
Clericis & monachis quæ negocia interdicantur.
3 *Monachis quæ negocia nō sint interdicta.*
6 *Sacri sacerdotes Deo vacare tenentur.*
7 *Clerici vel monachi non suo nomine, sed ecclesiæ vel monasterij, prædia laicorum ad firmas conducere possunt.*
8 *Laici peccans sacerdotes à diuinis officijs auocando.*
9 *Clerici an possint esse notarij.*
10 *Clerici audire leges & phisicam qui prohibeantur.*

¶NE CLERICI VEL MONAchi secularibus negotijs se immisceant. Rubr.

SVperius in plerisque titulis tractatum est de his, quę competūt clericis & monachis. nunc aūt tractatur de prohibitis. & ideo ponitur hic rubrica. ne cleri. uel mo. secularibus nego. se immisceant. ¶ Videndum est igitur q̄ secularia negocia pmissa sint clericis & mo
1 nachis, & quæ non. ¶ † Negocia secularia dicuntur de secularibus reb⁹ emēdis, acquirendis, uel distrahēdis. Et hęc sunt prohibita clericis & monachis. ut infra eo.tit.c.1.& 81. dist. c.fornicari. quia inter ementes & uendentes commercium difficile est non interuenire peccatum. ut de pœnit. distinct. 5.qua
2 litas. ¶ † Dicitur autem negocium quasi negans ocium. Propriè uerò in causis negocium, in commercijs negociatio locum habet. ut infra de uerbor.signi.c.forus.§.constat. De his igitur officijs & commercijs secularibus dicitur, clerici officia uel commertia secularia non exercant. maximè inhonesta ut supra de ui.& hon.c.cle.clerici. Nam honesto artificio sibi quærere possunt uictum. ut 91.dist.c.clericus uictum.& de cōsec.disti.5.c.nunquam exemplo pau-
3 li.& 10. q. 4.c. cauendum. † Monachis etiam iustum negocium non est interdictum propter diuersas necessitates, quia legimus sanctos apostolos negociatos fuisse. & in regula beati Benedicti pręcipitur ꝓuideri p quorū manus negocia monasterij procurētur. ut ĵ co. titul.cap.1. Et ideo canon dicit, ad uitæ huius necessitatem studia sunt diuersa.
2 ut.21.q.1.c.clericus. † Itē dicūtur negocia secularia, quęstiones quę mouentur in iudicio seculari. & hæc similiter interdicūtur clericis in maioribus ordinibus cōstitutis, ēt si beneficia ecclesiastica nō habeant; quia episcopus tenetur eis prouidere. ut supra de præbē. c.episcopus. & c.cum secundum apostolum. Item & in minoribus ordinibus cōstituti, si stipendijs ecclesiasticis sustententur, nisi pro se & miserabilibus ꝑsonis. ut supra de postula.c.1.& 86.di.c.peruenit. uel nisi suā uel suorum iniuriā prosequātur. ut 4.q.6.c.omnibus. Et secundum hoc intellige quod hic tāgitur de

hac materia contétiones, vel lites, vel
5 rixas amare & c. vt j. eo. ti. c. 1. † Tertio
modo dicuntur negocia secularia, procurationes prędiorũ, vel secularium personarũ, quibus est penitus abstinẽdum vt j. c. 1. & 2. in Auth. de sanct. epi. §.
6 aliũ. † Sacros enim sacerdotes Dei vacare oportet. vt 31. dist. c. sacerdotibus & ff. de arbi. l. nõ distinguemus. §. sacer
7 dotio. † Possunt tamen clerici vel monachi non suo nõmine, sed ecclesiæ vel monasterij prædia laicorum ad firmas cõducere. vt j. eo. tit. c. fin & hoc si ecclesia vel monasterium sufficientia prædia nõ habet, aliàs secus. vt s. de deci. c. dilecti. in Auth. de sanctis. §. aliter. col. 9. Imo secundũ quosdã, si clericus secularis personæ procurator seu ministrator assistit occasione administrationis, impunè poterit deprehendi, nec defendetur priuilegio clericali; & sic intellexerunt decre. j. eo. ti. c. sacerdotib⁹. Quod mihi
8 nõ placet. † Cum. n. laici peccent clericos à diuinis officijs auocãdo. vt 21. q. 3. c. Cyprianus. & 89. dist. c. vlt. c. ex hoc delicto tale priuilegiũ sortiri non debent. argumen. ad hoc 16. q. 1. c. legi. ff. de donat. inter vir. & vxo. l. 3. ff. de regul. iur. l. non fraudantur. §. nemo. ff. de fur. l. itaque fullo. ff. de mino. l. Papinianus exuli reuerso. Vnde enim puniendi sunt, priuilegium habere non debent. vt 24. q. 1. c. didicimus. Intelligo igitur decre. illam, quando clericus administrator personæ secularis tertiò monitus non desistit, & ideo excõmunicatur. vt infrà eod. tit. c. sed nec procuratores. Vel dic quòd ecclesia non subuenit tali clerico pecuniaria subuẽtione, sed tamen priuilegio non destituit clericali. Vel intelligo sic literam illius decre. deprehendantur, id est, intercipiãtur, s. in fraude commissa, non autem in persona. Sic & aliter dicitur, quòd summam sapientiã præparabunt capere suis incidijs, scilicet captione verbali. vt de pœn. dist. 6. c. 1. vltra mediũ. & simile. ff. de pigno. act. l. vlti-
9 ma. † Sed quæritur, an clerici possint esse notarij. Et certè possunt domini Papæ. vt 16. q. 1. c. quidẽ. vt possunt archiepiscoporum & episcoporum arg. s. de proba. c. quoniam cõtra falsam, 77. dist. c. monachus verò nouitius. ita vt inter clericos scribant non inter laicos: eo quòd cõuersatio nostra secreta debet esse & remota ab actibus laicorum: vt 2. q. 7. c. laicos. Quod etiam in ciuilibus locum habet, nedum in criminalibus. Nam si in eis clericus scriberet, incurreret irregularitatem. vt 51. dist. c. aliquantulos. & arg. 23. q. 1. c. 1. & 3. Possunt autẽ clerici familiares principiũ esse, & baronũ, & eis seruire in diuinis officijs. vt s. de ser. non or. c. nullus: & eorum consilijs interesse. Vt tamen caueãt ab his consilijs, propter quæ irregularitas possit incurri. possunt tamẽ clerici & etiam prælati consilium dare regibus & principibus super iustitia facienda vt 23. q. 8. c. pessimam. in fi. & clericus dare potest consiliũ iudici seculari in genere, sic dicendo. fures taliter sunt puniendi de iure, vt 5. q. 5. c. delatori. vt tamẽ potius consulentis, quàm suggerẽtis opera fungatur. vt. ff. de qu. l. 1. §. qui quæstioni. Item nec descẽdat ad speciem vel personam. Item licitè potest cõqueri clericus iudici seculari de fure. vt j. de homi. c. postulasti. ciuiliter & modestè, nõ procaciter & infinitè: vt sua tãtum recuperet, non vt fur in corpore puniatur. vt 23. q. 5. c. vnum solum. & dum sic agit clericus, licitè furem conuincit, nec imputatur clerico si iudex secularis vlterius procedit in pœna quàm intẽtio & actio exigat cõquerentis. vt in prædicta decr. postulasti. & arg. ad idem 23. q. 5. c. 1. & c. vnum solum. & c. pœna. & c. nõ vos. ff. de bo. lib. l. qui cum maior. §. 1. & de cuict. l. si per imprudentiam. dum tamẽ iudicio sanguinis nõ intersit, nec aliquod officium præstet. vt infrà eod. tit. c. sententiam.
10 ¶ † Item notandũ est, quòd id quod statutũ est cõtra religiosas psonas exeuntes ad audiendũ physicam siue leges, vt nisi infra duorum mensium spacium ad claustra

claustra redierint, sicut excōicati ab oībus euitentur. in nulla causa patrocinium præstent; in choro, & in mensa, & in capitulo vltimi fratrum existant; & nisi forte ex nimia sedis apostolicæ indulgentia, spē totius promotionis amittant. extenditur ad archydiaconos, decanos, plebanos, præpositos, cantores, & alios clericos personatus habentes, vt primiceriatum. vt s. de consti. c. cùm accessissent. Thesaurariam. vt s. de concess. præb. vel eccl. nō va. c. cùm nostris. Cancellariatum. vt s. vt ecc. benefi. sine di. confe. c. vt nostrum. Succētoriam. vt j. de excess. præla. c. inter dilectos. Magisterium scholarum. vt j. ne præl. vic. suas. c. quāto. Et idem intelligo in alijs personatibus, qui personatus habentur secundum cōsuetudines diuersarum ecclesiarum. necnon extēditur ad presbyteros. nisi omnes hi à studio legali seu phisicali destiterint j. spacium duorum mensium. vt j. eod. c. non magno & c. super specula. ¶Sed quid si quis non habeat personatū, sed habeat beneficium quod habet curam animarum annexā? puta habet ecclesiam parochialem. Videtur idem fore dictum, nam de personatibus & beneficijs cura animarū habentibus idem iudicium est habēdum. vt s. de elect. c. dudum ecclesia Rothoma. s. de præb. c. de mulcta. Curia tamē cōtrariū tenet, nec in meritò, cùm enim hæc constitutio super specula sit pœnalis, ad alios quàm exprimat, extendi non debet.

Explicit liber tertius.

SVMMARIVM.

1 Sponsalia quid sint, & vnde dicantur.
2 Stipulatio an in contractu sponsalium requiratur.
3 Matrimonium inter absentes cōtrahi pōt.
4 Species sponsaliorum quot sint.
Sponsalia de futuro quot modis contrahantur.
5 Sponsalia de præsenti quæ sint, & qualiter contrahantur & nu. 6.
6 Sponsalia de præsenti an differant à matrimonio non consumato.
7 Affinitas ex nuptijs consumatis oritur.
8 Sponsalia quādo contrahi possunt, & quando matrimonium.
9 Sponsalia quando dissoluantur.
10 Sponsus vel sponsa de futuro compellitur contrahere matrimonium & consumare contractum per censuram ecclesiasticam.
11 Iustitia publicæ honestatis an ex sponsalibus oriatur, & quid operetur, & quare sic vocetur.
12 Affinitas non contrahitur ex nuptijs interd ictis.
13 De similibus idem est iudicium.
14 Matrimonium quid sit.
Nuptiæ quæ dicantur.
15 Matrimonium non potest ad tempus contrahi.
16 Matrimonium dicitur matris officium, & quare magis à matre, quàm à patre denominetur.
17 Matrimonium in quo loco, & quando fuit institutum.
18 Matrimonij causæ principales quæ sint.
19 Matrimonium ex inhonesta causa contractum an teneat.
20 Matrimonij substantialia quæ sunt.
21 Matrimonij quæ sunt impedimenta.
22 Matrimonium qualiter contrahatur. & nu. 23. & per quos.
24 Attinentia inter quos oriatur ex matrimonio.
25 Matrimonium non consumatum quando possit separari.
26 Matrimonium aliud verum, aliud præsumptum.

Incipit liber quartus.

¶DE SPONSALIBVS. Rubrica.

POstq̄ de his, quæ ad clericos pertinēt, superi⁹ satis tractauimus; ad ea quæ spectāt ad laicos, stilū vertamus. igit̄ de spōsalib⁹ & matrimonio videamus. ¶Et primò q̄d sint sponsalia. Vnde

Vnde dicantur. Quot sunt spõsaliũ species. In qua ætate cõtrahãtur. Qualiter dissoluantur. An contrà hẽtes sponsalia ad contrahendũ matrimoniũ cõpellantur. Quæ attinẽtia ex spõsalibus oriãt.

1 ¶ † Sponsalia sunt futurarum nuptiarũ promissio.ut.ff.co.tit.l.1.& 30.q.5.ca. nostrates Dicuntur autem sponsalia à spõdeo. Nã mos fuit ueteribus, stipulari,& respõdere sibi uxores.ut.ff.eod.ti.

2 l.2. † Sed nõ est necessaria stipulatio in sponsalibus; quia cõtrahuntur inter ab

3 sentes,ut ff.co.ti.l.4.5. & ul. † nã & matrimoniũ inter absentes cõtrahi potest p internuncios.ut supra de conuer.cõiuga.c.ex parte.32.q.2.c.honorantur 30. q.5.c.nec illico.j.de matri.contrac.cõtra interd.eccc.c.ex literis.ff.d ritu nup. l.mulierẽ.alias si stipulatio in cõtractu sponsaliũ exigeretur, inter absentes cõtrahi non possent,vt Insti.de inuti.stip. §.itẽ verborũ. Vel oportet dici,speciale esse in hac stipulatione sponsaliũ, vt

4 inter absentes contrahi possent. ¶†Species sponsalium duæ sunt. alia de futuro,alia de pñti; spõsalia de futuro contrahuntur quinq; modis. Simplici sponsione. vt accipiam te in meum,& accipiam te in meam. vt j.co.tit.c.si inter. Fidei datione,vt j.co.tit.c.2.& c.is qui fidem. Iurõ interposito.vt j.eo.tit.c.de illis. & c.ex literis siluã.j.de con.appo. c.de illis. Item datis arrhis spõsalicijs, scilicet pecunia,vel alijs rebus.& C.de sponsa.l.arrhis.Itẽ annulli subarrhatio

5 ne,vt j.de despõ.impub.c.tuæ. ¶†Sponsalia de pñti sunt illa, quæ contrahuntur per verba pñtis tpis, vt cùm dicit. Accipio te in meũ. accipio te in meã. vel cum dicuntur alia verba cõsensum exprimentia de pñti.vt j.co.tit.c.si inter virum. & j.de spons.duo licet præter solitum. Aliqñ verba interueniunt de pñti, nectñ consensus hñdus est de præsenti, vt cùm consensus contrahentium trãsfertur in arbitrium alienũ, vt j.de cond.appo.c.super eo, cùm.n.substantia contractus ponitur in arbitrio alterius nominatæ personę,nisi ille fuerit arbitratus, contractus redditur nullus.vt C.de contrah.emp.& ven.l.vlti. ¶ Similiter si inter aliquos innubiles aptos tñ ad sponsalia cõtrahenda, consensus interueniat mutuus de presenti, non matrimonium, sed sponsalia fore contracta dicuntur.vt j.de despon.impu.c.a nobis.& c.vlt. In his.n.non vim verborum, sed iuris attendimus potestatem. Sed opponitur. Videtur q in casu præmisso,nec matrimonium,nec spõsalia contrahantur. Matrimoniũ non, quia contrahi non põt nisi in ætate matura,vt j.de desponsa.impube.c.ex literis. Sponsalia non,quia hoc non intendebant cõtrahentes.vt ff.de spõ.l.quæsitum.& ideo ptãte ac volũtate sibi mutuo aduersantibus,neutrum cõtractum esse videt. vt ar.s.de offic.deleg.c.cùm super abbatia.C.si quis alteri vel sibi.l. multum interest. ¶Puto sponsalia fore contracta non intentione non vi verborum,sed iuris potestate,vt superius dictum est,& probatur per iura prælleg. vt j.de despõ.impu.c.a nobis,& c.tuæ. Et idem lex probat apertè.ff.eod.tit.l. quæsitum, & si taliter contrahentes in eadem voluntate vsq; ad nubilem ætatem vtriusq; perdurent, matrimonium inducetur,siue expressus interueniat cõsensus,siue tacitus; arg.ad hoc j.de de spon.impu.c.de illis.ff. d ritu nup.l.minorem. Tacitum consensum intelligo per cohabitationem,vt j.eo.c.ad id. & in prædicta l.minorem.Item ex carnali commistione,vt j.co.tit.c.is qui fidem. j.qui ma.ac.poss.c.insuper.j.de eo qui duxit in ma.quã pol.per adul.c.significasti.j.de condi.ap.c.s.co. ¶†Sponsa- 6

lia de præsenti sunt idem, quod matrimonium nõ consummatum. ¶Inter matrimonium autem consummatũ, & non consummatum quo ad essentiam matrimonij nihil interest; quia consensus eorum, de quorum coniunctionibus agitur, sufficit ad matrimonium inducendum,qui solus si defuerit,cętera etiam cum ipso coitu celebrata frustrãtur. vt 27.q.2.c.sufficiat. ¶Differunt autem in quatuor.

quatuor quo ad significationem vt ſ.de biga.c.debitū.quo ad religionis ingreſſum, vt ſ.de conuer. coniuga.c.ex publico,circa fi. Quoad bigamiā cōtrahédam, vel non contrahendā. vt 33.di.c. Valentianus,& in prædicta decre.debitum in fi.Item quo ad affinitatem contrahendam inter virū & cognatos vxoris,& inter vxorem & cognatos viri,vt j.de conſan. & affi.c.quod ſuper his.
7 †Hæc autē affinitas oritur ex nuptijs conſummatis.vt j.de cōſan. & affi.c.1. ff.de gradibus.l.non facile.§.affines,& dicemus in ſumma de cōſangui.& affi.
8 Contrahuntur †autem ſponſalia de futuro in ſeptēnio,vt j.de de ſpon.impu. c.literas. Matrimonium verò pōt contrahi in annis diſcretionis, vt j.de deſpon.impub.c.duo pueri.ſ.in duodecimo anno mulieris,& quartodecimo viri.vt j.de deſpō.impu.c.ex literis. Sed poſſunt hęc tempora præueniri,vt dicimus j.tit.proxi.
9 ¶†Diſſoluuntur ſponſalia cōi diſſenſu,ſicut cōi conſenſu cōtrahuntur,vt j.eo.ti.c.præterea.Nihil enim tā naturale eſt, ſicut vnūquodq; diſſolui genere, quo colligatum eſt.ff. de regu.iu.l.nihil.j. de regu.iur.c.omnes res.Quod intelligo cū vterq; ſponſorum in diuertendo conſentit. cæterū ſi alter eorum hoc conſentiat, alter verò diſſentiat, tunc is qui ad diuortium tendit,compelli debet contrahere matrimonium & cōſummare.vt in ſequentibus dicam.Hug.tñ & quidam alij intellexerunt decre. illam,præterea. loqui de cōparatiua permiſſione. vt permittat minus peccatum committi, vt euitetur maius. minus peccatum eſt ſi ſponſi ſe dimittant violenta fide ſponſalium, q̄ ſi ſponſus inuitus & coactus ducat illam quam odit,& occidat, vel eam abhominans cum alijs adulteriū cōmittat. Et hunc intellectū colligunt ex illis. ne forte deterius inde contingat, & ſimile.33.q.2.c.ſi quod verius. Itē ex illis. hoc poſſit in patiētia tollerari; quod enim toleramus vel permittimus, inuiti permittimus. vt 31.q.1. c.hac ratione.Verius tñ eſt,quod prius
10 dixi. ¶†Sponſus vel ſponſa de futuro compellitur cōtrahere matrimouiū & conſummare contractum, compellitur per cenſuram eccleſiaſticam. vt j.eo.c. ex literis Siluaniani.& c.ſicut.Nec obſtat j.eo.ti.c.requiſiuit. vbi dicitur monenda eſt potius,q̄ cogenda.nam exponitur potius, id eſt prius; & ſimilis expoſitio 23.q.4.c.non inuenitur. Et nota ꝙ Hugo.dicebat in hoc caſu, non finaliter compelli inuitum; vnde ſi ſemper nolit is, qui cogitur per cenſuram eccleſiaſticam, abſoluetur. Nos aūt dicimus,ꝙ inuitus finaliter compelletur, & excommunicatus non abſoluetur niſi pareat.Quod verum eſt eo.ſtatu durante,nam ſi ſtatus eius mutetur, puta quia cum altera matrimonium contraxit,cūm iam primum vinculum expirauit, ſuperueniēte maiori abſoluetur & imponetur ei pœnitentia de fide mentita.& idem fiet ſi ſponſa moriatur,vel ſi cum altero matrimoniū contrahat, vt j.eo.tit.c.de illis.Puto tñ,ꝙ ſi eccleſia credat ex coniunctione futurum vxoricidium & guerram, reſtringet cenſurā, aliàs non erit medicinalis vt 2.q.1.c. multi.nam ſiue plectēdo ſiue ignoſcendo hoc ſolum bene agitur & c. vt 23.q.
11 5.c.prodeſt. ¶†Ex ſponſalibus oritur publicæ honeſtatis iuſtitia, quæ prohibet cognatum ſponſi contrahere cum ſponſa,& cognatam ſponſæ cum ſponſo,vt j.eo.tit.c.ad audientiam & c.ſpōſam.Hæc prohibitio non ſurgit ex conſanguinitate,vel ex affinitate quæ contrahitur ex nuptijs conſummatis,vt ſuperius dixi. ſed ſurgit ex quadam publica iuſtitia,vel publica æquitate;publicè enim videtur iuſtum & ęquum,vt cognatus ſponſi ſponſam eius non ducat vxorem. Vbi ergo inhoneſtum eſt aliquos matrimonialiter coniungi,nec impedit conſanguinitas, nec affinitas, nec aliud ſubeſt legitimum impedimentū,fuit inductū hoc ius, prohibens matrimonium cōtrahi, & contractū diſſoluens.vt j.tit.prox.c.duo pueri. Et vocatur

catur publicæ honestatis iustitia, q̃a in matrimonijs nõ solùm quod liceat, sed & quod honestũ est, consideratur. vt. ff. de ritu nup. l. semper. Et nota, ꝙ publicæ honestatis iustitia oritur etiã ex spõsalibus, quæ de iure non sortiũtur effectum. vt j. eo. ti. c. ad audientiam. dummodo contrahentes sint septennes, vel septennio proximi, vt j. proxi. ti. c. duo pueri. vt sic intelligant quid agatur, alioqui contra, vt j. de despons. impu. c.
12 literas, & c. accessit. † Quod in matrimonio nõ contingit, nam affinitas non cõtrahitur ex nuptijs interdictis, vt. ff. de gradibus. l. non facile. §. sciendum. Et cùm in vno casu inueniã sublatã hodie publicæ honestatis iustitiã, s. in sobole suscepta ex secũdis nuptijs cognationi viri nõ copulanda prioris. vt j. de consan. & affini. c. non debet, videtur ꝙ in alijs casibus duret. vt 35. q. 3. c. porrò ff. de adop. l. qui in adoptionẽ. ff. de ritu nup. l. si qua. §. si vxor. Et generaliter vt nullus de cõsanguinitate sponsi præmortui ducat sponsam, & ẽ conuerso. nulla de consanguinitate sponsæ præmortuæ ducat sponsum, vt j. ti. prox. c. cõtinebatur. §. si verò. & j. eo. ti. c. sponsam. Quod. n. non mutatur, quare stare prohibetur? vt. C. de testa. l. sancimus. C. de ap. l. precipimus. 2. q. 6. c. anteriorũ. §. illo. videlicet in fi. Alij aũt dicũt, ꝙ ex quo sublata est in eo casu, in quo de maiori æquitate, q̃ in alijs locũ ha-
13 bebat, & in alijs reuocata videtur, † nã de similibus idẽ est iudiciũ. vt s. de rescri. c. inter cætera. s. de transla. præla. c. corporalia. s. de confir. vti vel inuti. c. cũ dilecta. ff. ad le. A qui. l. illud. ff. ne quis eum qui in ius vo. fue. vi. eximat. l. 2. C. de legib. l. leges. & ff. eo. ti. l. non possunt. Et sic secundũ quosdã in nullo casu locũ habet hodie publicę honestatis iustitia, nisi in sponsa fratris. de qua in veteri & in nouo testam. prohibitum esse videt, Iuxta illud Io. Non licet tibi habere suppositã fratris tui. Itẽ reuocata est hodie ꝓhibitio, quæ olim erat in secũdo & in tertio genere affinitatis. vt j. de consang. & affini. c. non debet. Durat ergo primi generis prohibitio vsq; ad quartũ gradũ. De his tamen generibus affinitatis & de sobole suscepta ex secũ. nup. dicit Greg. q hodie dissoluit, negat verbũ dei. vt 35. q. 10. c. fraternitatis. Sed intelligendum qui hoc dissoluit, c. alius à Papa.

Sequitur videre de secũda parte rubricæ, h. e. de matrimonio. ¶ Videamus igit quid sit matrimoniũ. Vnde dicatur. Quãdo fuit institutũ, Vbi, & quib. verbis. Et q̃ sint causę matrimonij. Quod sint bona matrimonij. Quot sint impedimẽta ipsi⁹. Qualr cõtrahãtur. Quę attinẽtia ex matrimonio nascatur. Et ex quib. causis separet.
14 ¶ † Matrimoniũ est maris & fœminæ cõiunctio indiuiduã vitę consuetudinẽ retinens, vt 27. q. 2. §. 1. Et alibi. Nuptiæ sunt cõiunctio maris & fœminæ & consortium oĩs vitæ, diuini & humani iuris cõmunicatio. ff. de ritu nup. l. 1. Dicitur aũt indiuiduã vitæ consuetudinẽ retinẽs, vel consortium oĩs vitæ, quantũ ad propositũ eorum qui matrimonialiter coniũguntur; q̃a hac intentione coniungi debent, vt perpetuò simul maneant, quamuis post contractũ matrimoniũ & ante carnalẽ copulã possit alter inuito altero religionẽ ingredi. sed post consummatũ non, nisi volẽte, & plerũq; nõ nisi se similiter conuertẽte. vt s. de cõuersi. coniuga. c. cum sis prædictus. & c. vxoratus. vt notatur in summa illius ti. Sed ad hoc opponitur de B. Virgine, q̃ contraxit matrimoniũ cum Ioseph. & nihilomin⁹ ꝓponebat in virginitate manere, vnde dixit: Quomodo fiet istud, q̃m virũ non cognosco? Ad qđ respondeo: B. Vir. Maria ꝓposuit se seruaturã votũ virginitatis in corde, sed ipsũ votũ virginitatis nõ expssit ĩ ore. subiecit se dispositiõi diuinę, cum ꝓposuit se pseueraturã virginẽ, nisi De⁹ aliter reuelaret; cõmittẽs ergo virginitatẽ suã diuinę dispositiõi cõsentit ĩ carnalẽ copulã, nõ illã amplectẽdo, sed diuinę inspiratiõi in vtroq; obediẽdo. vt 27. q. 2. c. oĩs res. §.

res.§.cũ ergo.& ideo exponiť ĩ eo.§.ui rũ non cognoſco.i.me non cognituram propoſui.Item opponitur ex illa decre ta.cõmiſſum,j.eo.tit.ibi enim qui iuta uerat ſe contractũ cum quadam, poſt-modũ ad religionis aſpirabat ingreſſũ, datur ei conſilium, vt prius contrahat vt iurauit, & poſtmodũ intret. Ad qđ reſpondeo.ille non uouerat,& ideo cõ trahendo nõ efficitur reus voti. Datur igitur ei ꝓ conſilio,vt adimpleat quod iurauit,nec eſt contrariũ propoſito re-ligionis;quia ẽt poſt contractum nõ tñ conſummatum,liberè & de licentia iu-ris alter coniugum intrat religioné,vt ſuprà de conuerſi.coniuga.c.ex publi-co.Et in conſilium hoc credendum eſt deueniſſe,vt in indiuiduam vitæ con-ſuetudinem conſentiret in contrahen-
15 do;† quia matrimoniũ contrahi non põt ad tẽpus.vt.32.q.2.c.ſolet queri.& c.aliquando.& poſtea dominus de no-uo ei inſpiret,licenter intrare poterit, vt prædixi.& hoc innuitur in litera.ibi,
16 & poſtea ſi elegerit.¶ † Matrimonium dicit matris muniũ,ideſt officium. Sed quare magis à matre denominať matri moniũ,quàm à patre? quia licet pater ſit generationis auctor & penè vxoris dñs. vt.33.q.5.c.hæc imago.matris tñ officiũ circa filios apparet magis. Et fi-lij dũ infantes fuerint materno magis indigent ſolatio, quàm paterno. Vnde mater ante partum eſt oneroſa,doloro ſa in partu,ac poſt partũ laborioſa.vt
17 ſuprà de cõuer.in ſi.c.ex literis.¶†Fuit aũt inſtitutũ in paradiſo,& ante pecca-tũ.vt.32.q.2.c.ſicut non oĩs.§.his ita. Quibꝰ verbis:Quidã dicũt,ꝙ illis. Cre ſcite & multiplicamini &c.Sed illa ver ba fuerſit potius benedictionis, quàm inſtitutionis; vnde dicendũ eſt,ꝙ inſti-tutũ fuit verbis Adæ ore ꝓphetico di-ctis.hoc nũc os ex oſſibus meis,& caro de carne mea &c.vt.j.de diuor.c.gau-demus.Poſt peccatũ verò & extra para diſũ fuit inſtitutũ ad remedium.vt car nis vitiũ cohiberetur.Vnde apoſtolus. vnuſqſq; habeat ſuã pp fornicationé.

18 ¶ † Cauſæ matrimonij duæ ſunt prin-cipales.ſuſceptio ſobolis & vitæ cõſor-mationis,vt.32.q.2.c.ſicut nõ oĩs.§.his ita.Propter primã inſtituit Dñs, ꝓpter
19 ſecundam Apoſtolus,vt dictũ eſt.† Sed nunqd tenet matrimoniũ ex inhoneſta cã cõtractũ,puta pp pulchritudiné, di-uitias,vel potentiã? Rñdeo ſic.vt.32.q. 2.c.ſolet quæri. Vnde Iacob videns, ꝙ Rachael eſſet decora & venuſta faciē dixit laban.ſeptẽ annis ſeruiã tibi pro
20 Rachaele.¶ † Tria ſunt bona matrimo nij.vt.27.q.c.omne itaque.quæ alibi ap pellantur ſubſtãtialia matrimonij.vt.j. de condi.app.c.vltimo.Et ſunt illa hæc Fides,ꝓles,& ſacramentũ.Fides.ſ.con-iugalis,quam ſibi nupti adinuicem de-bẽt,ne cũ alijs adulterenť fide coniugij violata.Proles,ꝓpter quam multipli-candã matrimoniũ eſt à dño inſtitutũ in paradiſo,vt.35.q.1.c.cũ igiť in prin. & 26.diſt.c.deinde.licèt quibuſdã non valẽtibus generare matrimonia ſint ad ſolatiũ,vt.27.q.2.c.nuptiarũ. Sacramẽ tũ,ideſt inſeparabilitas, vel indiuidui-tas quo ad perpetuã ſeruituté,niſi reli-gione vel fornicatione ſeparatio fiat.vt ſuprà de conuer.coniuga.c.in pleriſque
21 decreta.& 33.q.1.c.dixit.† Impedimẽ ta matrimonij his verſi.cõtinentur.Er-ror,conditio,votum,cognatio,crimen. Cultus diſparitas,vis,ordo,ligamẽ,ho neſtas. Si ſis affinis,quòdq; coire nequi bis.Error perſonæ impedit matrimo-niũ,vt ſi credã contrahere cũ Titia,cõ-traho cũ Seia.Error autẽ qualitatis & fortunę non impedit,vt ſi illa,cum qua cõtrahitur,credať eſſe virgo & non ſit; diues,& ſit pauper.vt 29. q.1. Condi-tio,vt ſi credam illam,cum qua contra ho,fore liberã,& ſit ancilla; tunc enim nullum eſt matrimoniũ,niſi poſtquàm ſciuero eius conditionem, cõſenſero in eam.vt.j.de coniug.ſeruo.c.propoſuit. Votũ ſolenne impedit matrimonium, & dirimit.ſimplex impedit,ſed nõ diri-mit.vt.j.q cle.vel.vo.c.rurſus. Cogna-tio carnalis impedit matrimoniũ.vt.j. de conſan.& affi.per totum.35.q.j.per

Tt totum

totũ. Item cognatio spiritualis. vt infra de cogna.spi.per totũ.Crimen,quia propter homicidiũ inhibetur matrimoniũ.vt 33.q.1.ca. admonere. & in alijs criminib⁹ idẽ.vt infra de eo qui cog. cõsan.vxo.suę.c.1.& 2.Cultus disparitas, vt in hominibus diuersarũ sectarũ; vt si vnus sit Christianus,alter iudę⁹.vt. 28. q.1.per totũ.Vis,idest violẽtia.vt infra e.c.cũ locũ. Sacer ordo simil'r impedit & dirimit matrimoniũ. vt 32. distin.c. sciatim. Ligamen impedit & dirimit matrimoniũ.vt 33.q.1.c.si ꝑ sortiarias. Quod intelligo,cum ligamẽ matrimoniũ pręcedit.cęterũ si subsequitur, non scindit matrimoniũ quod semel tenuit. nulla enim infirmitas vel causa superueniens præter fornicationẽ corporalẽ & spiritualẽ rescindit matrimoniũ, quod semel tenuit.vt 32.q.7.c.illi q.& q.5.c. horrendus.& c. si quis vxorem. & ĩ.de eo qui cõsang.vx.suæ c.discretionẽ. Honestas,idest publicæ honestatis iustitia impedit. vt 37.q. 2. c. si quis vxorem. & dirimit.ut not.supra eo.ti.§. ex sponsalibus.Si sis affinis.de hoc dicemus infra de consang.& affinit. Quòdque coire nequibis. & de hoc notabimus infra đ frigidis & malc. Addit magister Ray. in summa sua quartũ versiculũ. Hæc sociãda vetant, cõnubia iuncta retractãt. Sed istũ uersiculũ nõ approbo propter crimen.crimẽ enim adulterij non dirimit; & licèt ipse hoc assignet crimine adulterij, nõ tamẽ est simpliciter verũ, quia crimen adulterij per se non dirimit,sed cũ adiuncto.s. cũ fidei datione, vel machinatione,vel contractu de facto.vt no.infra de eo q dux. in ma. quã

22 pol.per adul. ¶†Qualiter contrahatur matrimoniũ.Contrahitur matrimoniũ corde & ore,dũ aliq corde & ore cõsentiunt in matrimoniũ & mutuo se concedunt vnus alij & mutuo se suscipiunt.vt infra despon. c.duo.c.1.in fi. vtroq; dicente alteri. accipio te in meũ.accipio te in meam. ut infra e. ti.c.si inter & infra despon. du. c. licet. vel similia verba.vt si quis dicat mulieri.Iuro vel promitto tibi, quòd ab hac die in antea te habebo pro legitima vxore. vt infra.e. ti.c.ex parte.Corde ideo dixi. quia etsi verba interueniunt apta ad matrimoniũ contrahendũ,animus tamen nõ cõsentiat,nõ contrahitur matrimoniũ. vt infra eo.c.tua. & c.tuæ. Sed ẽ conuerso plerunq; animus sufficit sine uerbis. ut in muto.in quo nutus & indicia supplẽt vicem verborũ.vt ĩ.eo.ca. cũ apud. Nã & nutu legatur.vt ff.de le.3.l. nutu. Ad nutũ recõciliatur & baptizatur. vt 26. q.6.c.q recedũt. Et quod dixi sine verbis contrahi matrimoniũ,locũ habet in his qui loqui nõ possunt. aliàs necessaria sunt quantum ad ecclesiã verba consensum exprimentia de præsenti. vt ĩ. eod.tit.c.tuæ. † ¶Potest cõtrahi matri

23 moniũ per principales. Põt & per parẽtes.vt 26.q.2.c.honorãtur.& per extraneos.nã per nuncios põt cõtrahi, vt no. supra eo.§.2. ¶Cõtrahitur cũ solennitate quæ habetur infra de clandes. despon.c. cũ inhibitio. ¶†Oritur attinen

24 tia ex matrimonio inter virũ & cognatos vxoris, & inter vxorem, & cognatos viri.nõ aũt inter cognatos vtriusq; vt ĩ.de consan.& affi.c.quod super his. ęqualiter eñ debet quis abstinere à cõsanguineis vxoris, sicut à proprijs. vt ĩ. de consan. & affi.c. 1.& notabo plenius

25 in summa ti.illius.¶†Matrimoniũ non cõsummatũ separatur propter religionẽ,vt supra de cõuer.cõiu.c.ex publico. cõsummatum separetur propter fornicationẽ spiritualẽ & carnalem. vt ĩ.de diuor.c.quãto & c. gaudemus. 27. q.1. c.nõ solum & c.se.& ĩ.de diuortijs.c.significasti.& 32.q.1.cap.dicit dominus.

26 ¶†In summa notã.est, ꝙ matrimonium aliud verum,aliud præsumptũ. Vęrum, quod contrahitur inter personas legitimas per verba apta ad matrimoniũ cõtrahendũ,& nullum subest impedimentum. Pręsumptum est matrimoniũ, vt cum inter personas legitimas interuenit tractatus de contrahendo,fidei datio, vel iuramentum,vel promissio,vel & si interueniunt verba apta ad matrimonium

monium contrahendũ;habet tñ tractatum in euentum conditionis, vel arbitrij alieni, & succedit copula carnalis, in quo casu præsumitur recessum ab oĩ conditione, vel modo, & generaliter ab omni eo quod matrimonium suspendebat seu differebat. vt infra eo. c. commissum. & c. ad id. infra de cõdi. appo. c. de illis. ĩ. de eo qui dux. in ma. quã pol. p adul. c. significauit. Et sic contractus de futuro præcedens cũ copula carnali sequẽte inducit matrimoniũ præsumptũ, etsi deficiant verba solita & statuta ad matrimonium contrahendũ. vt ĩ. eo. c. is qui fidem & c. adolescens. & est in his casibus pręsumptio iuris & de iure. imo fictio quæ non admittit probationem contrariam. vt not. de hac materia de præsump. §. 2.

SVMMARIVM.

1 *Impuberes qui dicantur.*
2 *Pubertas qualiter probetur.*
3 *Aetas legitima in contrahendo matrimonio quæ sit. & quæ in sponsalibus.*
4 *Impuberes quæ possint spõsalia cõtrahere. Malitia supplet ætatem.*
5 *Aetas quanto tempore præuenitur.*
6 *Pubes si contrahit cum impubere, non põt separari, donec perueniat ad annos legitimos.*
7 *Impubes ad pubertatem ueniens liberum habet cõsentire in matrimonium, vel dissentire.*
8 *Intellectus ad c. de illis et c. à nobis ĩ. eo.*
9 *Sponsalia de futuro in quibus casibus soluantur.*
10 *Pubes se contrahit cum impubere, nec expectat, sed cum alia contrahit per verba de præsenti, an matrimonium teneat.*
11 *Sponsalia an contracta dicantur, si quis iurat vel promittit ducere in vxorem vnam de filiabus suis.*
12 *Pater an possit cogere filium vel filiam in potestate constitutum vel constitutam ad sponsalia vel matrimonium contrahendum.*
Filiæ pater sponsum quærere debet.
13 *Filia an cogatur inuita illum in virũ ducere, cum quo pater ipsius nomine sponsalia contraxit seu promissionem fecit.*
14 *Pater si promittit alicui dare in vxorem vnam de filiabus suis, an electio sit sponsi, vel ipsius patris.*
15 *Iurans dare vnam ex filiabus suis in vxorem alicui, si omnes moriantur præter vnam an illam solam dare teneatur.*
16 *Pater, qui iurauit vnam ex filiabus suis dare in vxorem & vnam obtulit sponso, qui eam non acceptauit sed aliam præoptauit, an liberetur.*
17 *Quid si sponsus vnam ex illis cognouit.*
18 *Subarrhatio an inducat matrimoniũ vel sponsalia.*

¶DE DESPONSATIONE impuberum. Rubrica.

DIctum est supra de sponsalib⁹ in
genere, nũc subijciĩ tractatus
in specie de despon. impub. &
ideo sequiĩ rubrica de despõ. impu. ¶Vi
deam⁹ igitur q sint impuberes. Qui spõ
salia contrahere possunt. An tẽpus pu
bertatis valeat pueniri. Et quid iuris
sit, si pubes contrahat cum impubere.
1 ¶† Impuberes sunt illi, q ex habitu sui
corporis impubertatẽ ostẽdunt, vt ge
nerare & cõcipere nondũ possunt. quo
probato qui sint puberes euidenter ap
pareat. vt ĩ. eo. c. puberes. vno. n. ex con
trarijs pbato, reliquũ videtur esse pro
batũ. vt. ff. de his q sunt sui vel alie. iur.
l. 1. & ff. de procu. l. Pomponius. §. si sti
2 puler. † Vnde si de pubertate dubitari
cõtingat, p aspectũ & qualitatẽ corpo
ris pbari oportet, vt in prædicta decre.
puberes. ff. de mino. l. minor ex aspectu.
Sed cõtra. C. quãdo tutor vel cura. esse
desi. l. in decora. Ad quod dico. cũ agi
tur de tutela vel cura, nõ inspiciũtur lo
ca secreta. vt dicit lex. Sed cũ dubitatur
de matrimonio cõsummato vel nõ con
summato, inspiciĩ in regione priuata vt
27. q. 1. c. nec aliqua. & supra de proba.
3 c. proposuisti. † Quod ergo alibi dicĩ,
quòd matrimonium contrahi non po-

test ante ætatem legibus & canonibus determinatum.vt ĩ.eo.titu.vbi non est consensus, hoc est ante 14.annos in viro.12.in muliere.vt ĩ.eo.tit.c.& ex literis.ff.de ritu nup.l.minorem. Hi enim anni dicuntur discretionis, vt ŝ.de reg. c.cum te.& c.significatum.& ĩ.eod.tit. c duo pueri. Et excipiẽdum est, nisi hos annos quandoq; pubertas præueniat, vt hi, de quorum matrimonio agitur, ante hoc tempus per qualitatẽ & dispositionem suorum corporum pubertatẽ ostendãt, vt generare & concipere possint, vt superius dictum est. Fit autem hæc præuentio per maliciam.vt ĩ.cod. tit.c. de illis.C. si minor se maio.dix.l. 3. Fit per prudentiam & industriam.vt ĩ.eo.tit.c.tuæ. Et licẽt diuersa tempora statuantur in iure in viro & muliere quo ad matrimonium contrahendum, vt dictum est supra, & quo ad religionis ingressum.vt in prædicta decre.cum te.& 10.q.2.c.puella. In sponsalibus tñ de futuro idem tempus est in vtroq;.s. septennium.vt ĩ.eod.tit.c.accessit. Sed lex obstare videtur quæ dicit.ꝙ in sponsalibus contrahendis ætas contrahentium diffinita non est, vt in matrimonijs.vt ff.de spõsa.l.in sponsalibus. Ad quod rñdeo. diffinita non est in sponsalibus, sicut in matrimonijs.i.non tanta & talis in sponsalibus, sicut & in matrimonijs; quia in sponsalibus septem, in matrimonijs.12. & 14.ann. Vel non est diffinita in sponsalibus variẽ in masculo & fœmina, sicut in matrimonijs. Vel aliter in matrimonijs sufficit ætas.12. vel 14.ann. Nam illa ætas est discretionis, vt superius dixi, & tunc pueri satis intelligunt quid agunt, nisi furiosi. sed septennium nõ sic sufficit ad sponsalia, imò requiritur vt sponsi intelligant qd agant. plerunq; ante adultam ætatem voluntas alicuius circa talia discerni nõ
4 potest.vt ĩ.eo.c.1. ¶†Possunt impuberes sponsalia contrahere de futuro, de præsenti non, nisi essent proximi pubertati.vt ĩ.eod.tit.c.de illis. & c.tuæ. & c. continebatur. & malitia siue prudẽtia suppleat defectum ætatis, aliàs non.vt in prædicta decre.tuæ. Duo tantum requiruntur vt suppleatur defectus. proximi-
tas, & malitia siue prudẽtia. 5 ¶Sed† quæritur. q̃to tẽpe præuenitur ætas? Respondeo per annum. vt ĩ.eo.tit.c.continebatur. Quidam tamen dicunt, ꝙ non præuenitur nisi per sex menses ar.C.de tu.l.properandum.§. & si quidam & ff. de excu. tu.l.non tantum in prin. Sed hoc puto superioris arbitrio relinquendum, vt ipse qualitatem personæ & prudentiam siue malitiã metiatur.& idem in pubertate obtinet. nam & pubertas plerunq; annos anticipat.vt ĩ.eo.c.puberes.& potentia coeundi interdum anticipat pubertatem, vt ĩ.eod.c.a nobis.
6 ¶ †.Si pubes contrahat cum impubere tenetur expectare donec impubes perueniat ad annos legitimos. vt ĩ.e.tit.c.
7 de illis.& c.a nobis. †& si minor veniẽs ad legitimos annos non consenserit in matrimonium; poterit resilire. maior autem non potest, sed expectare tenetur, vt dixi. Et si minor factus maior cõsentiat, maior dissentire non potest. Et ex eo, ꝙ in casu præmisso impubes veniens ad pubertatẽ potest resilire, moti fuerunt quidã magnæ auctoritatis doctores vt dicerent & scriberent, spõsum vel sponsam non esse cogendum vel cogendam ad matrimonium contrahendum, contra id quod notauimus.ŝ.titu.
8 proxi.§.sponsus. † Lau.& Vin.& alij dixerunt, ꝙ illæ decre.de illis, & à nobis. locum habent, cùm sponsalia cõtrahuntur inter minores septennio. Sed hæc sententia nulla est. nam litera illius decre. de illis, contrarium dicit in versi. illo. si vero alteruter istorum ad annos pubertatis peruenit, infra eosdem annos altero existente cum sponsalia contrahuntur. Et illa decre.à nobis.loquitur in sponsalibus contractis infra nubiles annos. Alij autem dixerunt, ꝙ in decr.de illis, contrahentes erant septennes, sed intendebam contrahere matrimonium. vnde verè matrimoniũ nõ tenuit impediente ætate; nec spõsalia, quia

quia contrahentes de his non agebant. & ideo adueniente pubertate liberum erat eis consentire vel dissentire. Nec istud placet per ea quæ notauimus s.ti. proxi.§.1. Sed nos dicimus, cum puberes vel maiores contrahunt sponsalia, si alter consentiat in matrimonium, alter dissentiat, is qui dissentit compellitur inuitus. Et sic locum habet nostra sententia de sponsis cogendi ad matrimonia contrahenda & consumanda. Si verò vnus côtrahentium sit impubes, & alter pubes, tum locũ habent illæ decr. de illis. & à nobis. vt impubes ad pubertatem veniens liberum habeat consentire in matrimonium, vel dissentire; & si

9 dissenserit, sponsalia dissoluuntur. † Et idem est si inter duos impuberes spôsalia contrahuntur. Nam eis venientibus ad pubertatem liberum est eis consentire in matrimonium, vel dissentire; nec cogendus est alter eorum. Et iste est casus vnus de octo casibus, in quibus spôsalia de futuro soluunt. Secundus, cùm alter sponsorũ transfert se ad aliã prouinciam, & longo tpe expectatus non redit. vt s.tit.proxi.c.de illis. Tertius si alter sponsorum incurrat lepram, vel aliam infirmitatem enormem. vt infra de coniugio lepros. c.literas. j. de iureiur.c.quemadmodum. Quartus cũ sponsi se mutuo absoluunt. vt j.tit.proxi.c. præterea. Quintus si superueniat affinitas altero fornicante, vt in prædicta decre. quemadmodum 27.q.2.c.quædam desponsauit. Sextus cum alter sponsorũ incidit in hæresim. Nam & illud mechatio est. vt 28.q.1.c.non solum. Septimus est, cùm alter sponsorum per verba de præsenti côtrahit cũ tertio. vt s.tit. proxi.c.sicut. Octauus, cùm alter sponsorum religionem ingreditur; quia soluuntur sponsalia de præsenti, vt s.de cõuer.coniu.c.ex publica. Secundũ in his duobus vltimis casibus soluuntur sponsalia ipso iure vel ipso facto in alijs superioribus per sententiam arg.33.q.2. c.seculares.35.q.6.c.multorũ. Nec mireris, si dicam q impuberes contrahentes sponsalia, demum ad pubertatẽ venientes non coguntur ad matrimonia contrahenda; quis.n.ante pubertatem sponsalia contracta teneant, non tamẽ sunt ad hoc efficatia vt coactionem inducant; & alias hoc contingat vt cum minor religionem ingreditur, demum ad annos discretionis veniens requiritur vtrum in religionem consentiat, & si consenserit, professionẽ faciat; alioq ad secularem habitum redeundi licentia nô negat. vt 20.q.1.c.illud. Simile accidit, cùm inquiritur à clericis in minoribus constitutis, an in clericatum cõsentiant. quibus si gra sanctitatis Deo inspirante placuerit & promissionẽ castimoniæ suæ absq; coniugali necessitate se spopôderint seruaturos, ad sacros ordines ascendant. Alioqui licentiam datã ab apostolo auferre nô possumus. vt 28.d.1.c.de his. In præmisso igitur casu, cũ pubes côtrahit sponsalia cũ impubere, alter côpellitur ad matrimoniũ, alter non. Côtingit idem & alibi, vt.j. de eo q duxit in matri.quã pol. p adul. c. propositum. & j. de adulte. c.1.& 2.

10 ¶† Ideo aũt côpellitur pubes, & nô impubes; quia firmior est in persona sua promissio, q̃ in persona impuberis. sed quæritur, quid si pubes, qui puberẽ expectare tenet, nec expectet, sed medio tpe contrahat cũ alia per verba de præsenti, nunquid tenet matrimoniũ? Rñdeo sic. Et idem puto si pubes matrimonium contrahat cum impubere; matrimonium.n.non tenet impediẽte ætate; quia ex vna parte tenere non potest, cũ sit relatiuum; est.n.coniunctio maris & fœminæ, vt dixi in descriptione matrimonij. quis pubes fortius obligetur, q̃ impubes, in hoc.s. vt si impubes factus pubes consentiat, pubes cogitur reconsentire, vt dictum est. ¶Sed quæritur,

11 pone † q iuraui vel promisi ducere in vxorem vnam de filiabus tuis, nunquid dicemus sponsalia fore contracta? Rñdeo non; sicut enim matrimonium, sic nec sponsalia in vno consistit, sed duo

12 requirit. † Nec obstat si dicas, pater potest

potest cogere filium vel filiam in potestate cõstitutã vel constitutũ ad sponsalia vel matrimoniũ cõtrahẽdũ. vt ff. de ritu nup. l. si patre cogẽte. Intelligo eñ ꝙ pater filiũ cogere põt modica coactione s. increpatione paterna. præcisè aũt cogere non põt, vt C. de nup. l. nec filiũ. ff. de ri. nup. l. nec cogitur. Filiæ verò pater sponsum quærere debet. vt 32. q. 2. c. honorantur. nec extra voluntatẽ patris filia nubere debet. vt 32. q. 2. c. hoc secundũ. & idẽ in auo. vt 32. q. 3. c.
13 patrẽ. ¶†Sed nunquid filia cogetur inuita illum in virũ ducere, cũ quo pater ipsius nomine sponsalia contraxit, vel verius iurauit, seu promisionem fecit? Seruius respondit ꝙ sic, qa filia in hoc patri contradicere nõ põt, nisi pater dederit ei turpẽ sponsum vel morib⁹ suis indignum. vt. ff. de spon. l. si quæ patris. Sed certę puto cõtrariũ. Et iura canonica nõ ex necessitate, sed honestate loquũtur. Ad d. l. autem respondeo, verũ est ꝙ filia patri danti sibi virum contradicere non põt, subaudio sine vitio ingratitudinis. Incurrit enim ingratitudinẽ, & poterit exhęredari. vt in Auth. vt cũ de ap. cog. §. alicui. coll. 8. Sed matrimoniũ vel sponsalia nõ tenebunt, nisi consensus filij vel filiæ accedat. vt j. eo. c. 1. Dico igitur in quæstione præmissa, ꝙ illa erit sponsa siue vxor, quæ factum approbabit, quasi nomine suo gestũ, & consentiet in illũ, cui pater iurauit vel
14 promisit. ¶Sed† cuius erit electio, sponsi, vel patris? Respõdeo ꝑmissoris, hoc enim est generale in ꝑmissionibus generalibus vel alterius. vt Insti. de ac. §. præterea. & ff. de iur. do. l. plerizq; & ff.
15 de cõtra. emp. & ven. l. si ita. ¶Quid,† si omnes moriantur præter vnam. Respõdeo, pater qui iurauit dare vnã ex filiabus, illã solã dare tenetur. ff. de eo qđ certo lo. l. 2. §. qui stichum. ff. cõtra. em.
16 & ven. l. si in emptione. ¶† Quid si pater vnam ex pluribus obtulit sponso, sed sponsus non acceptauit illã, sed aliã præoptauit? Respõdeo pater absolutus est à iuramento vel promisso. vt. ff. de condi. inde. l. cũ his. & ff. de ver. ob. l. sti-
17 pulatus. ¶† Itẽ quid si sponsus cognouerit vnam ex illis? Respondeo, aliã habere non põt, & ideo illã solam habebit. ar. ff. de solu. l. Stichũ aut Pamphilium. Quod intellige verũ esse, si illa contemplatione tractatus præcedentis consentit ei in copulam carnalẽ; imò videtur, quòd statim post carnalẽ copulã præcedente despõsatione, matrimoniũ fuit inductũ. arg. j. de eo qui dux. in ma. quã pol. per adul. c. significauit. & j. đ cõiu. lepro. c. proposuit. Vel si non est matrimoniũ, saltẽ cogendus est in eam matrimonialiter consentire. vt infra de eo ꝙ dux. in ma. quàm pol. per adul. c. propo
18 situ. ¶In summa† quæritur, an per subarrhationẽ matrimonium vel sponsalia inducantur. Solent enim omnes mulieres per annulos subarrhari. Circa has arrhas dixerunt quidã doctores, ꝙ subarrhatio facta à sponso sponsæ inducat matrimonium. Si aũt à parentibus spõsi fiat sponsæ, tunc sponsalia inducũtur. Sed hæc distinctio non placet. Ad hoc dico, ꝙ si sponsus ante fores ecclesiæ in die benedictionis, sicut alibi fieri cõsueuit, donet annulũ sponsæ sacerdote benedicente & dicente. benedic domine has arrhas &c. tunc annuli datio matrimoniũ inducit. Et sic loquitur. c. si quis vxorẽ. 27. q. 2. & c. si quis desponsauerit. & 30. q. 5. c. nostrates. & c. fœminæ. Et idem dico, si alias spõsus det annulũ sponsæ, sic dicens. duco te in vxorẽ. vel accipio te in meã. vel similia verba importantia cõsensum matrimonialem, tunc matrimoniũ inducetur, non tam per annuli dationẽ, quàm per consensum in verbis expressum. Si verò tẽpore sponsaliorum de futuro annulus detur, non potest aliud significare annuli datio quàm cõtractus celebratus expressim. nam & alias arrhæ datio signum est futurę venditionis, non factę. vt Instit. dè emp. & vendit. in prin. vnde arrha est contractus per se. vt. ff. de acti. empti. & vendi. l. exempto. §. is qui vina.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Clandestina matrimonia dicuntur duobus modis.*
Matrimonia clandestina an teneant.
2 *Clam facere quis dicatur.*
3 *Matrimonia clādestina quare ꝓhibeātur.*
4 *Matrimonium an sine dote valeat.*
5 *Instrumenta nuptialia sine nuptijs nō probant matrimonium.*
6 *Matrimonium an sit validum, si quis dicat mulieri, uro tibi, vel promitto, quòd habebo te pro legitima vxore.*
7 *Clam qui matrimonium contraxerunt, si postea palam in facie ecclesiæ confitentur se contraxisse, an eorum confessioni sit standum.*
8 *Ratio quæ sit, quare si vir & vxor cōfiteatur se adulterium cōmisisse, statur ipsius confessioni; non autem statur si confiteatur consanguinitatem vel affinitatem.*
9 *Manifestum coniugium præiudicat clandestino.*
10 *Pœna clam contrahentium matrimonia.*

¶DE CLANDESTINA DEsponsatione. Rubrica.

DIctum est supra de sponsalibus, sed q͂a sponsalia plerunq; palã, plerunq; occultè contrahũtur. Ideo subijcitur hic rub. de clãdesti. desp. ¶Videamus igitur, quot modis dicatur clandestinũ matrimoniũ. Item an manifestũ matrimoniũ præiudicet clandestino. Et quæ sit pœna clam cōtrahentiũ.
1 † Clandestina matrimonia dicũtur duobus modis. Vno modo, cùm occultè & sine ꝓsentia testiũ cōtrahunt, ita vt exinde legitima probatio nō appareat. vt j. eo. c. 2. Alio modo dicuntur clãdestina, cùm sine solennitatibus contrahũtur vt 30. q. 5. c. aliter. & infra eo. c. cum inhibitio. In vtroq; tamen casu matrimoniũ tenet si aliud legitimũ nō subsit impedimētum. vt j. eo. c. 1. & 2. & 30. q.
2 5. c. nostrates, in fi. † aliàs autem clã facere videtur, q celauit aduersario, neque ei denunciauit, si modo timuit ei controuersiã, aut debuit timere. Item Aristo. putat, eum quoq; clã facere, q celandi animum habet eũ, quem se prohibiturum intellexerit, & id existimat aut existimare debet se prohibiturum. Seruius putat clã facere eũ, qui existimare debet sibi controuersiam futurã non in opinione eius, & resupinam existimationē ex qui oportet, ne melioris cōdōnis sint stulti, q̃ periti. ff. qđ vi aut
3 clã. l. 3. §. vlt. & l. seruia. ¶† Ideo aũt clãdestina coniugia prohibent, quia si clã contrahentes discordes fuerint, & cohabitare nolint, ecclesia eos cōpellere nequit, vt j. eodem tit. c. 2. ecclesia, quæ quando fallit, & fallit. vt j. de sen. ex c. à nobis. quia diuinare non pōt. vt supra ce. benc. sine di. cōsc. c. vt nostrum. & ff. ad le. Aq. l. l. si putator. sicut audit, & sic & iudicat secundũ probata, vt de con. distin. 5. c. vlti. 15. q. 5. c. presbyter. 2. q. 1. c. Deus oīpotens. 3. q. 7. c. iudicet. 11. q. 3. c. eorũ & c. quamuis & c. graue & c. summopere. Et propterea etsi clãdestinũ matrimonium sit verũ, vt. 30 q. 1. c. si quis diuinis. §. his ita, q͂a tñ non ius deficit, sed probatio. vt. ff. de test. tut. l. duo sunt Tieij. pro matrimonio iudicare non potest dissentientibus coniungatis, vt dictum est; imò præsumit ecclesia contuberium, & separat sic coniunctos vt 30. q. 5. c. 1. Sed nunquid requirãtur omnia illa solennia, de quibus loquuntur illi canones. 30. q. 5. & c. nostrates? Respondeo non. si enim omittãtur modica vel leuia, nō nocet. ff. de ven. inspi.
4 l. 1. in fi. ¶ Sed quid† si dos non interueniat? nihilominus matrimoniũ tenet, vt 30. q. 5. c. si quis diuinis, & in Auth. quibus modis natura effi. legi. §. quoniam. Sed cōtra. 3. q. 4. c. consanguineorum. Ad quod respondeo. ille canon loquitur sicut & ille. 30. q. 1. c. 1. f. in matrimonio occulto. quod probari nō potest; vnde cùm de dote nihil appareat, nec de nuptiali benedictione, nec de alijs solennitatibus, in obscuro pro nō matrimonio habetur; & ꝓpterea alius canon dicit nullum sine dote fiat coniugium

gium,vt 30.q.5.c.nullum.Vere tñ matrimonium tenet,quia matrimoniū sine dote, dos aūt sine matrimonio non consistit.vt C.de dona. ante nup.l.cum multæ. Lex aūt in personas impares requirit dotalia,hoc est nuptialia instrumenta vt C.de nupt.l.imperialis.§.præsenti.& §.imo.Sed illud intelligo similiter,cū de matrimonio dubitatur.hæc .n.circunstantia seu solennitas requiritur inter personas impares. circa pares aūt requiritur,an maritalis effectio pcesserit cōparatis personis,vitæq; coniunctione considerata. vt ff.de dona.l. donationes. Itē attenditur fama loci,
5 vt §.de præsump.c.illud. ¶†Illud non omitto,q sine nuptijs instrumenta nuptialia ad probationē matrimonij non sint idonea.vt C.de nup.l.neq; sine nuptijs.sicut nec probatur per instrumēta possessio.vt §.de fide instru.c.inter dilectos.nec violentia vt §.de resti.spo.c. cū ad sedē.Sed quo ad essentiam matrimonij,& quo ad veritatē sufficiat solus consensus eorū,de quorū coniunctione agatur; qui solus si defuerit, cætera ēt cū ipso coitu celebrata frustrantur. vt
6 27.q.2.c.sufficiat.¶Sed † quæritur pone, q aliqs ita dicit mulieri, iuro tibi, vel promitto,qd habebo te pro legitima vxore mea.nunqd est matrimoniū? Videtur q nō,quia hoc verbū,habebo, futuri tpis est; & ideo tractū habet ad futurū,& sic vt contractus de futuro habendus est, non de præsenti,etsi verbū, iuro vel pmitto, q ibi ponitur,sit tpis præsentis.vt j.de con.appo.c.super eo. Sed contrariū verū est. nā matrimoniū verū cēsetur.vt 30.q.5.c.si diuinis.quia licet verbū illud,habebo,futurum designet,præsens tñ non excludit. Vnde in verbis illis subaudiendū vel subintelligendū est,ab hodie in antea,vel ab hac die,siue ab hoc tpe,& taliter contractū matrimoniū legitimum est, vt §.de de-
7 spon.c.ex parte.¶†Sed pone,q illi qui clā contraxerunt,nunc palā in facie ecclesiæ confiteantur se matrimoniū contraxisse,nunquid eorū cōfessioni stabitur? Rñdeo, Gratianus apertè dicit,q sic vt 30.q.5.c.si qs diuinis ita.& sic pōt intelligi finis illius decre. 30.q.5.c.aſr. vbi dicitur,nisi voluntas propria suffragauerit,& vota ppria succurrerint.qd de plano est admittendū, si per confessionē illā alteri matrimonio piudiciū non fiat.tunc.n.non staretur confessioni in præiudiciū alienū. vt j.de eo qui cog.con.vx.suæ.c.super eo.sed cōtra.j. de rap.c.cū causa, vbi statur confessioni alteris in præiudicium monasterij & matrimonij spiritualis. sed ibi exponitur,vel,pro.&; sm hoc idem est in matrimonio carnali & spirituali. ad hoc. §.de re.& transf.ad re.c.vidua.& 27.di. c.quod interrogasti.cur.n.inferior erit lex diuina.vt 12.q.2.c.cū deuotissima. Vel dic, aliud esse in matrimonio carnali,& aliud in spirituali.Nā in carnali siue alter cōiugū siue vterq; cōfiteatur in præiudiciū matrimonij,nō statur eorū confessioni; timendū.n.est,ne colludant,vt j.de eo qui cog.consang.vxor. suæ.c.super eo. Sed vbi alter coniugū, vel vterq; confitetur in præiudiciū spiritualis matrimonij pro carnali,admittitur confessio. vt in d.c.cum causa.Cū vero agitur ad dissoluendum matrimonium ratione consanguinitatis vel affinitatis,non statur confessioni coniugū, nisi & fama concurrat, vt 35.q.6.c.si duo.33.q.1.c.requisisti. Sed si agatur ad separationē mutuæ seruitutis adulterij rōne,tūc statur cōfessioni alterius contra se cōfitentis, vt j.de diuor.c.ex literis. Nec ob.in hoc casu turpitudo propria cōfitētis pp periculū aīæ, vt §. de spōsa.c.præterea.§.de sen.& re iudi.
8 c.lator. ¶†Sed quæritur q sit rō,quare si vir vel vxor confiteaē se adulteriū cōmisisse, statur ipsius confessioni,nō aūt statur si cōfiteatur consanguinitatē vel affinitatem,vt probantur hec 31.q.2.c. Lotharius.j.de adul.c.intellexim᷒.35. q.6.c.si duo. Rñdeo cū agitur de cōsanguinitate,vel affinitate,seu alio legitimo impedimento,si separō fiat licet, se paratis cū alijs cōtrahere,vt in c.si duo

in

in 6.& 30.q.6.c.ab isto. Et ideo timendum est, ne ob hanc causam colludant: vt ĩ.de eo qui cog.consan.vxo.suæ.c.super eo.ĩ.de diuor.c.ex literis. cum vero ratione adulterij fit diuortium, neuter altero viuente contrahere potest: vt 32.q.1.c.dixit.ideo minus hic timetur.& propterea magis creditur. Item quæritur, pone q petam diuortium ab vxore dicens me aliam vxorē habere cum quā prius legitimè contraxi, non probo, nunquid vxore, contra quā egi, mortua possum cum tertia cōtrahere? Vel pone, q vendicem aliquam in vxorem, nō probo; vel iuro aliquam mihi fore legitimā nihilominus absoluitur illa à meā petitione, nunquid ea viuente possum cum alia cōtrahere? R ñdeo. In his omnibus hoc propriæ mentæ conscientiæ relinquendum, vt ŝ.de iureiu. c.mulieri.in fin.

9 ¶†Per hæc aūt quę superius dicta sunt, satis apparet q manifestum coniugium præiudicet clandestino.cum de clandestino probari non possit,& oporteat ecclesiam fm allegata iudicare, vt superius dictū est.§.ideo. Et hæc ēt est causa, quare prohibentur clandestina matrimonia. vt 30.q.5.c.si quis diuinis.§.his ita.sic prohibentur electiones clandestinæ, vt ŝ.de elect.c. quia propter diuersas.§.vl.

10 ¶†Pœna illorum, qui clā matrimonia cōtrahunt, hęc est; quia si cōtraxerit matrimoniū, quod iure stare non potest, quia noluerunt seruare formā statutā.ĩ.e.c.cum inhibitio.videntur ignorātiā affectasse,& ideo eos ignorantia non excusat; sed filij qui nascuntur, illegitimi censebuntur de ignorātia parentū nullū subsidiū habituri vt in decretali.cū inhibitio. Nec ob.ĩ.qui fil.sint legi.c.cū inter Ioannē veterē. vbi filios excusat ignorantia paterna,& legitimos facit.nā illa loquitur, cū non clā; sed publicè est matrimoniū contractum, vnde errauerunt, quidā dicentes derogatū esse hodie illi dec.cū inter.per hanc, cū inhibitio.sed non est verū; hæc.n.loquitur in clandestino mr̃imonio, illa in publico.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia de præsenti non soluuntur per sponsalia de futuro prius contracta, etiā si sint iuramento vallata.*

2 *Sponsalia de præsenti non soluuntur per sequens matrimonium, etiam carnali copula consumatum.*

3 *Secunda sponsalia contracta viuente prima vxore per verba de præsenti non tenent.*

4 *Sponsalia cum duabus per verba de futuro contracta an teneant.*

5 *Sponsalia si quis contrahat simul cum duabus, dicens iuro vel promitto quod contraham cum vtraque, nihil agitur.*

6 *Quid si vna illarum apta sit ad matrimonium,& alia illegitima & inepta.*

7 *Sponsalia de futuro sequentia non tollunt præcedentia eiusdem naturæ.*

¶DE SPONSA DVORVM. Rubrica.

TRactatum est.ŝ.de duabus speciebus sponsalium, scilicet de manifesta,& clandestina. Nunc autem tractatur hic de duabus speciebus sponsalium, scilicet manifestè & successiuè contractis, vt cūm duo diuersis temporibus contrahunt sponsalia cum eadē, vnius de futuro, & alius de præsenti. Et ideo subijcitur hic rub.de spon.duorum. ¶Et idē intelligo in spon. so duarum, qui cū vna contraxit de futuro,& alia de præsenti. Vnde sicut intitulatur rubrica de spon.duorū.ita posset intitulari de sponso duarū.

1 ¶†Circa quam materiam breuiter est dicendū, si cum eadē sponsa contrahant duo successiuè, vnus de futuro, alius de præsenti, siue cū eodē sponso duæ contrahant mulieres, tenent sponsalia de præsenti; etsi sponsalia de futuro vallata fuerint iuramento. sed agetur pœnitentia de fide mentita, vt ĩ.eo.c.1.ŝ.de spon.c.sicut.& c.de illis.

2 †Si autē sponsam Ticij de præsenti Seius ducat similiter p verba de præsenti, priora sponsalia tenent,

Vt in-

vt ĩ.eo.tit.c.2.etiam si posteriora fue-
rint carnali copula consummata. vt ĩ.
eo.c.licet.nõ obstante cõtraria consue
tudine alicuius loci. vt ĩ.eo.tit.c.vlt.
Non obstante, quod obtinet in pigno-
re cõuẽtionali, in quo is potior est qui
prius hypothecã accepit, etsi posterius
de pignore cõuenit. vt ff.qui po.in pig.
habe.l.potior.§.1.Non ob.quod obti-
net in re vendita vel donata successiuè
duobus, in qua potior est is cui prius
fuerit assignata vt C.de rei ven.l.quo-
ties.ff.de publica.l.sin aũt.§.si duobus.
ff.de rei vẽ.l.si à Ticio.ff.de except.rei,
3 ven.& tradi.l.2.† Itẽ si quis contrahat
cum vna per verba de præsenti & demũ
cũ alia similiter prima viuente, priora
sponsalia valent, non secunda.vt ĩ.eo.
4 c.tua fraternitas.¶†Sed queritur,quid
si quis contrahat sponsalia de futuro
cum duobus,sic dicens iuro vel promit
to q̃ contraham cum altera ex vobis?
Respondeo hæc.qõ.similis est illi, cum
quis contrahit cum vna de filiabus Ti-
cij: quam no.s̃.de desponsa.impu.§.sed
5 quæritur. ¶†Item quid,si quis sponsa-
lia simul contrahat cum duabus sic di-
cens.iuro vel promitto quod contrahã
cum vtraq;. Respondeo,nihil agitur;
quia si sic cõtraheret aliquis matrimo
nium, nihil ageret. hoc.n.esset contra
substantiã matrimonij.vt ĩ.de diuor.c.
gaudem⁹.§.quia vero. & ideo nihil agi
tur.vt 32.q.2.c.solet quæri.& c.aliquã
do.ĩ.de condi.appo.c.vlt.vbicunq; au
tem prohibetur matrimonium, & spon
6 salia.vt ff.de sponsa.l.orõ.¶Sed†quid,
si vna illarũ apta sit & legitima ad ma-
trimonium, alia illegitima & inepta?
Videtur q̃ valet id, quod actum est cũ
apta, nec viciat quod adiectum est de
inepta. vt ff.de reg.iur.l.non solent.ff.
de dona.l.sancimus. de cons.dist.4.c.si
non sanctificetur. Puto tamen contra-
rium.quia qui sic contrahit,sicut supe-
rius est expressum,nõ intendit cõtrahe
re cum vna, sed cum vtraq;, quod non
potest, & ideo nihil egit nec id quod
vult, quia non potest; nec id quod po-
test,quia non vult, vt s̃.de offi.del.c.cũ
super abbatia.C.si quis alteri vel sibi.
l.multum interest.ff de arbit.l.podius.
7 ¶†In summa notandũ est.q̃ spõsalia de
futuro sequentia non tollunt præceden
tia eiusdẽ naturæ, sed sponsalia de præ
senti sequentia tollunt sponsalia de fu
turo præcedentia,tanquã minus vincu-
lum. vt ĩ.e.c.1.qui cle.vel vo.c.rursus.

SVMMARIVM.

1 *Conditio tribus modis dicitur.*
2 *Conditionum plures species.*
3 *Conditio quæ dicatur impossibilis,& an vi tiet contractum.*
4 *Conditio in alijs contractibus à matrimonio, quandoq; apponi potest contractum constituens,quandoq; perimens.*
5 *Res donata ecclesiæ sub conditione si non alienetur, an ecclesia alienante reuocetur donatio.*
6 *Res donata ecclesiæ ex quibus causis alienari valeat,& donatio reuocari nõ possit.*
7 *Conditio apposita in donatione facta ecclesiæ, ne res donata alienetur in casibus à iure permissis,non tenet.*

¶DE CONDITIONIBVS appositis in desponsatione vel alijs contractibus. Rubr.

TRactauimus.s̃.de desponsatio-
ne,quæ fit purè. Nunc dicendũ
est de ea quæ fit sub cõditione.
¶Videamus igitur quot modis cõditio
recipiatur. Quot sint cõditionũ species.
Quæ conditiones suspendant matrimo
niũ,vel sponsalia. Quæ vitient. Et quæ
1 habeantur pro nõ adiectis.¶†Cõditio
dicitur trib⁹ modis.s.status personæ,vt
cũ dicitur quis seruilis conditionis,vel
liberæ. vt s̃.de ser.non or.c.vlt.32.q.4.
c.liberi. Et eo respectu dicitur cõditio
in rebus; quædam enim res dicuntur
seruilis conditionis,& quędã liberæ,vt
ff.de seruitu.& C.eo.tit. Tertio modo
dicitur conditio promissionis suspen-
sio per conditionis euentum, nam do-
nationes

nationes & promiſſiones recipiunt mo
dum, conditionem, cauſam, demon-
ſtrationem. Modum, vt do tibi decē vt
facias mihi hoc. Conditionem, dabo ti-
bi 10. ſi feceris hoc. Cauſam, vt promit
to tibi decē, quia mihi hoc feciſti. De-
monſtrationem, vt promitto tibi ſeruū
quem emi à Titio. Vel cum demonſtro
ſeruum per adiectiua ſic dicens. ſeruū
meum Stichum cocum do, lego. Vnde
verſus. Scito ꝙ vt modus eſt, ſi, condi-
tio, quia, cauſa, Demonſtratio quem
ſed & adiectiua ſubacta, ideſt ſubſtanti
uis adiuncta. argu. ff. de cōd. & demon.
l. demonſtratio. In hoc autem tit. con-
ditio ſumitur pro tertia ſignificatione
ſcilicet promiſſionis; ſuſpenſio per con-
2 ditionalem coniunctionem. ¶ † Species
conditionum plures ſunt. Nam alia poſ
ſibilis, alia impoſſibilis, alia poteſtati-
ua, alia cauſalis, alia honeſta, alia in-
honeſta, alia volūtaria, alia neceſſaria.
Nos ergo de his omnibus illas, quæ ad
præſentem materiam pertinent, proſe-
quamur. Eſt itaque in ſponſalibus vel
matrimonio conditio honeſta, & inho-
neſta; honeſtarum alia voluntaria, alia
neceſſaria. Inhoneſtarū alia repugnat
naturæ ſponſaliū, ſeu matrimonij; alia
non. Honeſta & voluntaria eſt, quæ po
teſt apponi & nō apponi. puta, cōtrahā
tecum ſi dederis mihi centum. hęc ſi ap
ponatur ſuſpendit ſponſalia, quamdiu
non fuerit adimpleta, niſi interueniat
conſenſus de præſenti, vel copula carna
lis, vt j. eo. tit. c. de illis. Honeſta & ne-
ceſſaria eſt, quæ ſi non apponatur, nihil
agitur: vt cum chriſtianus dicit iudææ;
contraham tecum ſi facta fueris chri-
ſtiana vt 28. q. 1. c. non oportet. Inho-
neſta, quæ repugnat naturæ matrimo-
nij, eſt illa. contraham tecum ad tem-
pus, vel ſi procuraueris venena ſterili-
tatis. hæc ſi apponitur contractū vitiat.
vt nec ſponſalia teneant, nec matrimo
nium. vt 32. q. 2. c. ſolet quæri. Et idem
eſt ſi ſic dicatur. contraham tecū, ſi pro
quæſtu adulterandam te tradas. vt j. e.
c. vlt. Inhoneſta, quæ non repugnat na-
turæ matrimonij, eſt illa. contraham te
cum ſi furtum feceris, ſi hominem occi
deris. hæc ſi apponatur pro non adie
cta habetur, & nihilominus ſponſalia
vel matrimonium tenet. vt j. eo. ti. c. 1.
3 & vlt. ¶ † Sed opponitur, nōne quælibet
inhoneſta conditio eſt impoſſibilis? Si-
cut. ff. de condi. & inſti. l. filius. argu. 22.
q. 2. c. faciat. ſed impoſſibilis conditio
viciat contractum. ff. de verbo. oblig. l.
impoſſibilis. ff. de regu. iu. l. impoſſibi-
lium. & ff. de actio. & obliga. l. non ſo-
lum. Inſti. de hære. inſti. §. impoſſibilis.
& ſ. de pac. c. vlt. Et ſic videtur, ꝙ ma-
trimonium contractum ſub conditione
illa, ſi furtum vel homicidium feceris,
quaſi ſub impoſſibili conditione con-
tractum non valeat. Reſpondeo, matri
monium ſub quācunq; conditione con
tractum quantūcunq; turpi, dummodo
non ſit contra ſubſtantiā matrimonij,
vt ſuperius dictum eſt, valet & tenet. vt
j. eo. c. vl. Et reſpondeo ad obiecta. ſpe
ciale eſt in matrimonio, vt contractum
ſub impoſſibili cōditione teneat, vt eſt
in inſtitutionibus, legatis, & fideicom-
miſſis, in quibus turpis conditio pro nō
adiecta habetur, ſi apponatur ei cui ali
quid relinquitur. cæterum ſi ei à quo
relinquitur, vel cui iubet de dando vel
reſtituendo, valet legatum. vt Inſti. de
lega. §. vlt. & ſic notauit dominus Azo
in ſumma de cōditio. & inſti. §. & quod
dixi. Vt igitur ex præmiſſis apparet, cō
trahitur matrimoniū ſub conditione,
& maxime honeſta. vt j. eo. tit. c. de il-
lis. & cum ſic dicitur. contraho tecū, ſi
talis voluerit. vt j. e. tit. c. ſuper eo. ſicut
& alius cōtractus. vt ff. de cōtrah. em. &
ven. l. hæc venditio. Nec obſt. ff. de reg.
iu. l. actus. actus. n. non ſunt contractus.
Quidem tñ dixerunt, ꝙ tunc conditio
in matrimonio transferri poteſt in ar-
bitrium alienum, cum transfertur in ar
bitrium illorum, in quorum poteſtate
ſunt cōtrahētes, & ſic loquitur. j. e. c. ſu
per eo, & hoc per. l. ff. de rit. nup. l. nu-
ptiæ. Sed certæ idē puto & in alijs per-
ſonis. vt j. eo. tit. c. per tuas. Reſtat vide

re de secunda parte rubricæ.§.vel alijs
4 cōtractibus.† Et est sciendū, q in alijs cōtractibus apponi pōt conditio qnq; contractū constituens, quandoque perimens. Vnde conditio quædam est constituens. verbigratia do tibi hoc, si tu feceris vel dederis. hoc te enim dante vel faciente constituit donatio, vt ff.de cō-di.& demon.l.qui hæredi.§.vltimo. Et est conditio adimens sic. dono tibi fundū, vel lego, si nō manumiseris seruum talē. statim valet donatio vel legatum. sed si manumiseris, vtrūq; adimitur. ff. de cōditio.& demonstra.l.cum sub hac
5 cōditione.¶Sed † nunqd si res vel possessio ecclesię donet sub hac cōditione. si nō alienetur. ecclesia alienāte adimet ne donatio, vel reuocabitur? Videt qd
6 sic, vt j.eo.c.verū.¶Sed† quid si res illa alienet in casu permisso à iure? puta ob redemptionē captiuorū, ecclesiæ reparationē, cœmiterij ampliationē. Videt q in his casibus nō reuocetur donatio, hi enim casu sunt excepti, vt quamuis alienatio generaliter sit prohibita, in illis casibus est pmissa. vt 12.q.2.c.aurū. & ideo licita videtur alienatio. vt C.de rē.ec.alie.vel nō alie.l.vlti.in fi. Præterea hæc conditio, ne liceat mihi rē meā alienare, reprobat à iure. vt ff. de pac.l. pen. Sed expressè contradicit auth. quæ in hoc casu loquitur. i Auth.de aliena. & empt.§.sanctissimas.col.9.C.de pac. inter emp.& ven.l.cum te fundū.& l.vl. C.de con.ob causam dat.l.ea lege.& l. dictā. Ad hoc quidam dñi legum dixerunt, q in re priuati non potest apponi tale pactum, ne alienet propter legem illam.ff.de pac.l.pen. Sed in rebus donatis ecclesiæ sic, & seruādū est, vt dicit Auth.illa sanctissimas. Et hæc est causa quare valet pactum, quia tunc ius ecclesiæ reddit ad suum statū & suā naturam ar ff.de pac.l.si vnus ex argentarijs.§. sed si. Verius puto vt distinguatur. an ecclesia, cui possessio sub cōditione donata est, ne alienet, habeat aliàs posses-
siones, vel nō; vt si alias habeat, pactum valeat, & inhibeat alienationem rei illius. & sic intelligi pōt auth. illa sanctissimas. si aūt nō habeat alias, tūc alienari pōt res illa vel possessio, nō obstāte pacto, vel cōditione. Nā casus superiores in qbus alienandæ sunt possessiones ec-
5 clesiæ, sicut à iure inueniuntur excepti, sic & à pactis & conditionibus speciali-
7 bus.† Sed si in donatione hoc dicat expressè ne liceat alienare etiā in casibus illis. Puto donationē tenere & conditionē tanquam turpem & pro non adiecta haberi. vt j.eo. c.vlt.

SVMMARIVM.

1 *Clerici qui possint contrahere matrimonium, & qui non.*
2 *Clericus in maioribus ordinibus constitutus, ē postea depositus, an possit cōtrahere.*
3 *Clericus depositus exuitur priuilegio clericali.*
4 *Clericū depositū clericaliter viuere oportet.*
5 *Ordinatus p simoniā an possit contrahere.*
6 *Vouentes an impediantur contrahere matrimonium.*
7 *Votum solenne dirimit matrimonium iam contractum.*
8 *Votum seruandum est.*
Voti violatio an inducat peccatū mortale.
9 *Iurans aliquam ducere in vxorē, si postea voueat simpliciter se perpetuam continētiam seruaturum, quo astringetur, iuramento, an voto?*
10 *Vouens simpliciter continentiam, qui postea iurauit de cōtrahēdo, ad qd teneatur.*

¶QVI CLERICI VEL VOuentes matrimonium contrahere possunt. Rub.

DIximus suprà de sponsa. & matrimonio, nūc tractemus de impedimentis illorum. Impedimētū enim p sacrum ordinem & per votū. & ideo subijcitur hic rubri. qui cle.vel
1 vo.matrimo.cōtrahere pnt. ¶† Videndū est igitur, q clerici possunt cōtrahere matrimoniū, & qui prohibeātur. Est autem

autem sciendū, q clerici in minoribus ordinibus constituti contrahere possunt fm licentiam ab apostolo datam vt 28.distin.c.de his & 32.dist.c.seriatim. In sacris autem ordinibus constituti prohibentur, vt 32.di.c.erubescant, & c.nemo.& c.si quis eorum.31.di.c.ante triennium.& ſ.de æta.& quali.præfi. c.à multis. & ʒ.eod.tit.c.ex literarum.

2 ¶Sed † nunquid clericus in maioribus ordinibus constitutus & tandem depositus pōt contrahere? Et videtur q sic, nomen enim depositi deletū est de ma-
3 tricula clericorū vt 2.q.1.c.nomē.†clericus depositus exuitur priuilegio clericali. vt 4.dist.c.ex antiquis 17.q.4.c. si quis deinceps. Puto tñ contrarium. quia depositus nihilominus characte-
4 rē retinet, q̃ animæ infigitur; † & ideo per depositionem non tollitur, cuius ratione clericū depositū clericaliter viuere oportet. vt 81.dist.c.dictū, charactéri aūt annexum est votum continentiæ
5 vt 84.dist.c.cū in preterito.¶†Itē quid, si quis per simoniam fuerit ordinatus, cū characterē habeat vitiatū? vt 1.q.1. c.quibusdam narrantibus. Respondeo, nihilominus cōtrahere prohibetur; nō n.delictū hanc ei immunitatē inducit. vt ff.de mino.l.Papinianus. & vt not.ſ.
6 nē cle.vel mo.§.3. ¶†Nunc videndū est de secunda parte rub. scilicet, vel vouentes. Et est sciendū, q omnes vouentes continentiam, siue simpliciter, siue solenniter voueant, contrahere prohibētur, quod enim vouetur domino reddendū est. Vnde vouere cōsilij est, reddere imperij. vt ſ.de uo.& vo.re.c.magnæ. Et si simpliciter vouēs cōtraxerit, tenet matrimoniū, sed pœnitentiā aget
7 de fractione voti. vt 22.di.c.1.& 2.†Si aūt solenniter vouens contraxerit, non tenet matrimoniū vt 27.di.c.3.& 4.& ʒ.eo.tit.c.rursus & 27.di.§.hinc distinguēdū. Et sicut nos distinguimus inter votū simplex, & solenne. sic Hug.distinguit inter votū de futuro & de præsenti. Sed eius distinctio nullo iure iuuatur. & si habeat similitudinē contractus sponsalium de futuro & de præsenti. vnde distinctionē illius in voto non serua-
8 mus.¶†Sed opponitur. vtrunq; votum simplex & solenne seruādū est, vtriusq; violatio inducit mortale peccatū, vtrū que prohibet cōtrariū actū, quid ergo fines fecerit esse diuersos, vt primū impediat matrimoniū cōtrahendum, fm dirimat iam contractum? ʒ.e.tit.c.rursus.& 27.q.1.per totum. Respondeo ecclesia considerat circunstantias, vt 40. distin.c.homo christianus. & de pœniten.distin.5.c.1.& verborū solemnitates attendit. vt in voto, & in iuramento. vt 22.q.5.c.iuramenti. & diuersum statuit in vtroq;, diuersam etiam pœnā statuit in fractione vnius, & in fractione alterius. vt 27.dist.c.si vir.& 27.q.1. c.virginibus.& c.deuotā. Et ex hoc probatur grauius delinqui in fractione solennis, q̄ simplicis voti. quis enim dubitet sceleratius esse cōmissum, quod grauius vindicatur. vt 24.q.1.c.non afferamus. Et hæc omnia quæ notaui in voto simplici & solemni, locum habent in iu-
9 ramēto, & simplici loquela.¶†Sed qd. si inter se confligant iuramentū, & votū simplex? quod illorum præualebit? Verbigratia. Iuraui me ducturū Titiam in vxorem, postea voui simpliciter me perpetuam continentiam seruaturum. Respondeo præualet iuramentū, quia præcedit; sicut in duobus iuramentis cōtrarijs contingit, quorum primum est obligatoriū, fm verò temerariū reputatur. vt ſ.de iureiuran.c.veniens. Quod intelligo, cum vtrunq; iuramentum est licitum; aliàs si primum est illicitū, præualet fm, vt ſ.de iurein.c.cū te.& c.tua. Et ad hanc responsionem accedit. vt ʒ. eo.tit.c.veniens. vbi votum non fuit vsquequaq; obligatorium, quia emissum post fidē datam de cōtrahendo, & ideo, primo viro matrimonium contrahente datur mulieri licentia contrahendi post votū, quamuis & alio modo intelligatur decre.illa, vt detur licentiā cōtrahēdi post votū ex permissione cōpa-
10 ratiua. ¶Item † quid dicemus in casu

conuerso?

conuerso? vouі simpliciter continentiā, postea iuraui de contrahendo. R̄ndeo, votū seruabitur, pœnitētia imposita de temerario iuramento. ut j. eo. tit. c. rursus. ¶Quibus autem modis profiteatur quis, vel profiteri intelligatur no. s̄. de reg. §. sed quæritur. Vbi autem quis prius iurat de matrimonio contrahendo, & postmodum ad religionem suspirat, locum habet cōsilium decre. supra de spon. c. commissum.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium an teneat cū ea, quam quis cognouit viuente legitima vxore. & è conuerso, & quando nu. 2.*

3 *Matrimonia cōtrahi q̄ crimina impediāt.*

¶DE EO QVI DVXIT IN matrimonium quam polluit per adulterium. Rubr.

DIctum est. s̄. in proxi. tit. de duobus impedimētis matrimonij, s. de ordine, & de voto. Nunc autem tractatur de tertio, s. enormitate delicti. Et prosequitur iste tractatus hoc impedimentum de vna specie, s. in illo qui mortua vxore sua contrahit cū illa, quā illa adhuc viuente cognouit. vel e cōuerso in illo, qui vxorē alterius cognoscens, eo mortuo contrahit cū eadem. & ideo ponitur hic rubrica, de eo qui dux. in ma. quam pol. per adul. Est
1 igitur †sciendum, q̄ quamuis generaliter & indistinctè canon prohibeat contrahi matrimonium cum illa, quā quis per adulteriū polluit vxore sua viuente. vt 31. q. 1. c. nullus. vel cum qua quis adulterium commisit viuente marito illius. vt 31. q. 1. c. illud. hoc t̄n ad duos casus restringitur, s. cū adultera machinatur in mortem legitimæ, seu adulter in mortem legitimi. vel cum viuente legitima vel legitimo fides datur inter adulteros de contrahendo post mortē legitimæ vel legitimi, vt j. eo. c. 1. 2. & 31. q. 1. c. relatum. Et q̄ dico, si adultera machinetur in mortem legitimæ, idem est, & si adulter. vt j. eo. tit. c. significasti. ¶Est & tertius casus, in quo prohibitio locū habet, s. cū adulter cōtrahit de facto cum adultera legitima vxore viuente. quia plus est de facto cōtrahere, q̄ fidem dare de contrahendo, vt j. eo. tit. c. cùm haberet. & c. ex literarum. Cæterum si coniugatus aliquā polluat per adulterium, & vnum ex tribus non
2 interueniat. s. quia neuter in mortem legitimæ machinetur, nec fides interuenit de cōtrahendo, nec de facto cōtrahitur, potest adulter post mortem legitimæ contrahere matrimoniū cū adultera. vt j. eo. tit. c. veniens. & si quis coniugatus de facto matrimonium cōtrahat cum aliqua huius rei inscia, mortua legitima potest consistere matrimonium inter eos. & hoc in fauorē insciæ & in odiū adulteri. vt s̄. de spon. c. cū in apostolica. imò si ignorans voluerit, adulter ad hoc cogetur. vt j. eo. ti. c. 1. Et est ratio, quia inscia adulterium non commisit, vt in prædicta decre. c. cū in apostolica 34. q. 2. c. in lectum. ff. ad le. Iul. de adul. l. Sed nunquid mortua legitima confirmatur eo ipso matrimonium inter adulterū, & insciam? Respondeo non, nam primus consensus viri fuit illegitimus tanquā adulterimus, consensus autem mulieris ignorantis impedimentum fuit erroneus. Error aūt ille error fuit conditionis. nam quasi seruus est, qui est alligat' legi & seruituti vxoris. vt 32. q. 5. c. apud vos. vnde vir non habet potestatē sui corporis, sed vxor, vt 27. q. 2. c. sunt qui dicunt. vnde idem seruandum est in hoc casu, quo ad hoc vt non teneat matrimoniū, quod obseruatur cùm libera inscia cōtrahit cū seruo; vnde nouū requiro consensum. vt j. eo. ti. c. veniens. j. de coniugio. seruo. c. proposuit. & ff. de iure do. l. Proculus, & valebit matrimonum nō vt̄ a tempore contractus, sed vt a tempore noui cōsensus. Est igitur in potestate mulieris errātis separari a viro putatiuo, vel implorare ipsum cōpelli, si spōte noluerit.

¶Sed

¶ Sed qd si adulter nouũ cõsensum prae ueniẽs cũ alia cõtrahat? Puto matrimonium tenere. ¶ † Et nota q hodie non sufficit fidei datio, vel contractus de facto, nisi adulterium interueniat. vt j. eod.c.vlt. & idem puto in machinatione. quis de ea nihil exprimat decre. eadem, exprimitur tamen j.eo.c.1.& c.super hoc & c.veniens. quod enim nõ mutatur, quis stare prohibebit? vt C. de testamen.l.sancimus. Credendum est enim, q dominus papa considerauit, q omnia iura de hac materia loquentia tractant de adulterijs; & ideo voluit quantum ad matrimonium impediendum & prohibendum vt adulterium praecederet omnem causam fidei dationem, machinationem, contractum de facto, vel etiam sequeretur legitima cum superstite. vt j.eo.c.vlt. Et per hoc sublata est hodie opi. Hug. q dicebat vnum sufficere ex tribus praedictis sine adulterio. Et reddebat rationem sui dicti sic. In his casibus agitur de re nõ vacãte.s. de muliere ab alio possessa. & idem in viro ab alia possesso; vnde iura noluerunt matrimonium consistere inter tales, etiã sublato impedimento per mortem legitimi, vel legitimae; sicut alias contingit simile in pacto de futura successione, quod nõ valet etiam defuncto dño, de cuius haereditate paciscitur. vt C.de pact.l.vlt. Et simile in pmissione praebendae non vacantis, quae non valet etiam quando vacat. vt s.de cõcess.praeben.c.nulli. Sed, vt dictum est, obtinet

3 quod praemisi. ¶ † Sunt & alia crimina, quae impediunt & prohibent contrahi matrimonia, vt est raptus. vt 27.q.2.c. raptor.& c.statutum. Item incestus vt 32.q.7.c.si quis viduã.& c. si quis cum nouerca. Item violatio publicae honestatis iustitiae vt 27.q.2.c. si qs spõsam. Item cum alter coniugum, vel vterque per industriam & malitiam proprium filium eleuat de fonte sacro. 30.q.1.c. de eo. Item si quis sanctimonialem cognoscat, vt 27.q.1.c.hi ergo. Item si qs vxorem occidat. vt 33.q.2.c.admonere. nisi sit adolescens, & de eius incontinentia timeatur. vt 33.q.2.c.in adolescentia. Item qui presbyterum occiderit. vt j.de poe.& re.c.qui presbyterum. Item dicunt quidam, q solemniter poenitentes cõtrahere prohibentur vt 33. q.2.c.de his.& c.antiqui. Et in his delictis dicunt quidam, ita prohiberi contrahi matrimonium, vt & contractum non teneat; quasi sufficiat legislatorem prohibuisse, & si non adiecerit factum contrarium non valere. vt C.de legi.& consti.l.non dubium. quos enim praetor prohibet, omnino prohibet. vt ff.de postu.l.quos prohibet. & quod contra leges vel canones fit, rescindi oportet. vt 10.dist.c.vides. Verius tamen puto, q teneat matrimonium, etsi contrahi prohibeatur. nam inuenio q cum incestuosus cõtrahat matrimonium, tenet. vt j.de eo qui cog.consangui.vxo.suae. c.transmissae. ¶ Excipiuntur tamen tria crimina, quae praemisi, adulterium cum fidei datione, cum machinatione, vel cum contractu de facto. Quod autem de solemniter poenitentibus dixi, ideo verum est secundum quosdam, quia vere intelliguntur poenitentes enim sub regula ecclesiae viuere debent. vt de poeni.dist.5.c.contrarium. Item intelliguntur ecclesiasticae personae vt 11. q. 1.c.aliud. Hug. vero dixit, q quilibet poenitens matrimonium cõtrahere potest, nisi sit alicui iniunctũ nomine poenitentiae, ne contrahat; hoc tamen fallit in tribus casibus, vt dicebat in vxoricida, in raptu spõsae alterius, & incestu. Ideo autem in his matrimoniũ prohibetur, quia in his matrimonium contaminatur. Sed & ab his casibus excipiebat adolescentes, quos dicebat de iure contrahere posse, non obstante aliquo ex criminibus supradictis.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non dissoluitur per superuenientem lepram, vel infirmitatem, vel affinitatem.*

2 *Vxor an teneatur sequi maritũ leprosum.*

¶ DE

¶DE CONIVGIO LEPROSORUM. Rubrica.

IN præsenti rubrica tractat de alio impedimento matrimonij.s.de impedimento lepræ.morbus enim lepræ sponsalia de futuro dissoluit.vt.j.eo.tit.c.literas.s.de iureiur.c.quemadmodũ.vnde impedit matrimoniũ cõtrahendũ.& ideo ponit hic rub.de coniu.lepro.

1 ¶†Est igitur sciendũ,quòd neq; lepra superueniens,neq; infirmitas,vel affinitas dissoluit matrimoniũ legitimè contractũ.j.eod.c.1.& 2.32.q.5.c.horrendus.& c.si vxorem.& q.7.c.illi qui.&.c.neque furiosus.& j.de eo qui co.consang.vxo.suæ.c.discretioni.&.c.tuæ.vnũ solũ casum inuenio,in quo matrimoniũ nõ consumatum dissoluitur.s.per ingressum religionis.vt.s.de conuer.coniu.c.verum.&.c.ex publico.Sed nũqd sanus tenet cohabitare infirmo? Dixit alanus,q non.quia de cõsuetudine approbata per canones obtinet,vt leprosi separentur à sanis.vt.j.eo.c.1.s.de ec.ædi.c.cũ Apostolus.33.q.2.c.hoc ipsum.& idẽ statuitur in veteri testam. Sed erit sanus ita vicinus infirmo,vt possit ei ministrare,& debitum reddere coniugale.Sed certe quamuis leprosi separandi sint à sanis,vt superius dictum est;nõ tñ vxores à viris,vel viri ab vxoribus sunt separandi,vel et dimittendi. vt.j.codẽ.c.quoniam.vnde cum sanus teneatur infirmo reddere debitum coniugale,& cohabitare tenetur. Nec obstat decre.j.eod.c.1.quæ dicit vxores sollicitis exhortationibus inducendas, vt viris leprosis cõiugali affectione ministrẽt;ideo illa monitoriè loqtur non præceptiuè,vt leprosi inducant ad continendum,& non fiant improbi ad exactionẽ debiti;alias decre.illa corrigetur per sequentem.

2 ¶†Sed quid,si quis egrediat domum leprosorũ,in quã multi leprosi sub magistro viuunt? vt.s.de ec.ædi.c.cum dicat.nunquid vxor sana tenet sequi? Nõ credo,cùm in cõmuni dormiant,& in cõmuni vescantur;sed si cella aliqua daretur,vel domus pxima i qua posset cohabitare vir & vxor, tunc videretur contrariũ esse dicendũ. ¶Quid de filijs? puto quòd cum sano debeant remanere,ne inficiantur, cùm sit morbus contagiosus.

S V M M A R I V M.

1 *Seruus an possit contrahere matrimonium, & cum qua.*

2 *Seruus cui obedire teneatur,si eo tempore quo dominus seruitium exigit,vxor petit debitum.*

3 *Domini seruorum an & quando cogantur eos vendere ne eorum matrimonium sit separatum.*

4 *Dominorum neuter si vult emere seruum, qui matrimoniũ cõtraxit,quid sit agẽdũ.*

5 *Matrimonium an separatur,si liber ignoranter cum ancilla contraxerit.*
Errantis consensus nullus est.

6 *Matrimonium contractum per seruum cum libera,q putabat eã esse seruã,an teneat.*

7 *Matrimonium an sit Separandum,si seruus intendens contrahere cum libera,cũ ancilla contrahit.*

8 *Matrimonium an separetur,si seruus cõtraxit cum ancilla ignoranter, & ex quo sciuit,consensit.*

9 *Matrimonium contractum cũ ancilla ignoranter, quæ tandem manumittitur viro ignorante mutationem status mulieris,an teneat.*

¶DE CONIVGO SERVORUM. Rubrica.

SEquitur de alio impedimẽto matrimonij.s.de impedimento cõditionis seruilis,& ideo ponitur hic rub.de coniugio seruorũ. ¶Videamus igit an seruus possit contrahere matrimoniũ,& cũ qua.Itẽ an cõsensus dñi sit requirendus.Et quid iuris sit de matrimonio contracto inter liberũ & ancillã,& inter seruũ & liberã.

1 ¶†Potest seruus contrahere cum ancilla.vt.j.cod.c.1.&.29.q.2.c.vl.potest etiã cum ingenua.dum-

nua. dummodo non ignoret conditionem ipsius. vt 29.q.1.c.1.2.& 3. & c.si qs ingenuus. nõ enim videtur celatus q sciuit, nec certiorari debuit qui non ignorauit, vt ff.de ac.empt.& ven.l.1. in fi. Sed si dñs videat seruũ suum cum libera contrahentem,& dissimulet, seruus eripitur in libertatem.vt C.de lati. libe.tol.l.vna.§.sed & si qs.& in auth. ibi signata.& in Auth.de nup.§.si vero ab initio.col.4.in Auth.vt libe.de cætero.§.sed & si qs.coll.6. Pôt seruus côtrahere cũ ancilla inuito dño; & si dñs contradicentibus inter seruos & ancillas contracta sint matrimonia, non sunt ꝓpterea dissoluenda.vt j.eo. c.1.& si diuersi sint dñi nõ debét debitis seruitijs defraudari, vt j.codé c.1.& 29.q.2.c.dictum.nec sunt ita detrahendi, vt viri & vxoris separatio fiat.vt C.cõmunia vtriusque iudi.l.

2 possessionũ. ¶ † Sed q̃ritur,qd si dñs exigat seruitiũ à seruo, & eodem tpe vxor petat debitũ? Dici pôt, q̃ se impediét in côcursum.ff.de vsufr.l.quotiens. Vel verius est dño obediendũ, qa vir cũ onere suo transit ad vxoré. Et qa hæc decre. dicit cõsueta seruitia non minus debent dñis exhiberi. Quod intelligo verũ, nisi periculum fornicationis timendũ sit in vxore.

3 ¶ † Sed qd si diuersi dñi diuersarum sint regionũ, ita vt vir & vxor mutuo côuenire nõ possint ad côiugale officiũ exercendũ? Rñdeo,vt euitet̃ fornicationis materia, cogant̃ p ecclesiã alter dominorũ vendere alteri volé ti emere.vt C.de com.seruo.manumis.l.vna.§.generaliter.

4 ¶ † Sed qd se neuter dominorũ emere velit? cogat̃ alter dominorũ cuilibet ex neo vẽdere in ꝓuincia serui; vel venalem exponat, & si null⁹ appareat emptor, emat ecclesia, vt arg.54.dist.c.fraternitaté.viri.n.& vxores separandi non sunt. vt 33.q.2.c. quos deus.29.q.2. c.vti.& ff.de ædi. edi. l. plerunque.

5 ¶ † Si liber côtrahat cũ ancilla ignorãs eius conditioné, nullũ est matrimoniũ pp conditionis errore,nisi cõprobata cõditione in eã consentiat verbó vel facto.vt j.cod.tit.c. ꝓposuit.& c.vl.& 29.q.2.c.si qs ingenuus.errantis enim cõsensus nullus est vt 29 q.1.§.1. & ff.de iurisdi.om.iudi.l.si per erroré. C.de iuris & fac.ig.l.non idcirco. Et qd dixi de errore cõditionis, intelligo

6 deterioris,id est seruilis.† Nã si seruus contrahat cũ libera,errãs in eius conditione,cũ eã putaret ancillam,quamuis erret; quia error nihil aliud est,quàm aliud ꝓ alio putare. vt 22.q.2.c.in qb⁹. 28.distin.c.quamuis. hic tñ errans non decipitur,cum eius conditio melioret̃; vnde prætextu talis erroris non posset diuortiũ postulare vxore in matrimoniũ consentiente,etsi nouerit virũ con-

7 ditionis esse seruilis. ¶ † Ité quid si seruus credit & intendit contrahere cũ libera,& contrahit cũ ancilla,nunqd,qa errauit in conditione et deteriori, credidit enim eã cũ qua contraxit melioris conditionis,& reperit deterioris,dirimetur matrimonium? Rñdeo nõ, qa consensit in hominem suæ conditionis. Vnde quod dixi prætextu conditionis deterioris posse dirimi matrimonium, intellige respectu errãtis; tũc enim neuter alteri conditioné opponere potest. hæc fuit opi Hug.& mihi placet. Alij tñ dixerunt, q̃ siue erret in conditione meliori, siue deteriori,non tenet matrimonium.vt ar.ff.de arbi.l.sed & si in seruum. Vnde ẽm eos, si seruus credat contrahere cũ ancilla , & contrahit cũ libera; vel si liber cum libera,& contrahit cum ancilla, non tenet matrimonium. Tertij dicunt, q̃ error disparis conditionis dirimit matrimoniũ, non aũt paris; vnde ẽm illos, si seruus credit contrahere cum ancilla, & contrahit cum meliori hoc est cum libera, nõ tenet matrimonium. Item si liber credat contrahere cum libera, & contrahat cum deteriori, similiter non tenet matrimoniũ. sed in hoc ultimo exéplo oẽs conueniunt. Vbi autem error interuenit in pari conditione, non dirimitur.ut

 tur.ut

tur,vt si seruus credat cõtrahere cum libera,& cõtrahat cũ ancilla;vel liber credit contrahere cum ancilla, & cõtrahit
8 cum libera. ¶ † Itẽ quid si aliquis contrahit cũ ancilla ignoranter,& tandem dñs manumittit ancillam, nũquid hoc ipso matrimonium confirmatur,maximè si post manumissionem interueniat copula carnalis,viro tamen ignorante mutationẽ status mulieris? Rñdeo nõ, quia ad hoc intelliguntur cõmisceri ex consequentia prioris consensus,qui nullus fuit.ar.ad hoc C.ad vel.l.quamuis.
9 & l.si mulier.ff.de mino.l.§.scio.¶† Sed pone,quòd seruus contrahit cũ ancilla ignorans eius conditionem,deinde detecta conditione illius consensit in matrimoniũ verbo vel facto.vt ǰ.eod.c. vlti.illa tamen non consentit,nunquid est matrimonium inter eos? Dicunt quidam,quòd matrimoniũ est ex vna parte.s.ex patre illius q consentit.Sed hoc non placet,qa matrimonium non claudicat,nec ex vna parte tantum consistit; est enim duorum coniunctio.s.maris & fœminæ vt 27.q.2.§.1.in prin.vt not.s. de spon.in prin. Sed fateor, quòd mulier compelletur ad consensum matrimonialem ratione fidei datæ,vt dixi s. de despon.impu.s.cum maior cõtrahit cum minore.& quia mulier maliciosè dissentire videtur. ar. ad hoc suprà de eo qui dux.in ma.quã pol.per adul.c.1.
10 ¶ † Item quid si inter aliquos coniugatos moueatur qõ super alterius cõditione seruili,nunquid is qui matrimoniũ accusat,pendẽte lite exiget debitũ, vel saltem reddat? Videtur quòd saltẽ reddere debet exactus, alter enim interim possessione maritali destitui nõ debet, vt s.vt lit.pen.c.laudabilẽ.16 q.4.c.volumus.9.q.4.c.nonne.Dixerunt quidã, quòd is qui ad diuortium agit, exigere non debet, ne sibi præiudicium paret, sed exactus soluat;qa exigere est in eo, soluere non est in ipso, sed in altero, vt suprà de conuer.cõiu.c.quidã intrauit. Mihi aũt videtur, q nec exigere debet, nec reddere exigenti. aliàs quodcũque istorũ fecerit,præiudicabitur sibi, vt ǰ. eodem tit.c.proposuit.& si ob hoc excommunicaretur , quia non redderet, deberet excommunicationem patienter tolerare prius,quàm obedire. qa si naturali affectione cognosceret, induceretur matrimonium; si fornicatione, peccatũ mortale.& ideo in tali casu expedit nõ parere,vt s.de re.spo.c.literas ǰ.de sent.excom.c.inquisitioni.

SVMMARIVM.

1 *Liberi vnde dicantur, & quid sit libertas.*
2 *Liberi qui sint.*
3 *Partus quo ad libertatem & seruitutem sequitur vẽtrem,in honoribus verè & quo ad alia sequitur patrem.*
4 *Ecclesia libertates tueri debet.*
5 *Filiatio qualiter probetur.*

¶DE NATIS EX LIBERO ventre. Rubrica.

TRactatum est s. de conditione coniugatorum , nunc tractatur de conditione natorum;& ideo supponit hic rubrica.de natis ex libe. vẽ.¶Vidẽdum est igitur,qui sint liberi. Cuius conditionem, patris,an matris filius sequi debeat,& in quibus.Itẽ in quibus casibus nati ex libero vẽtre deducantur in seruitutem. ¶† Liberi dicũtur à li- 1
bertate. libertas aũt est naturalis facultas eius, quod cuiq; facere libet,vt Insti.de iure perso.in princ.¶† Liberi sunt 2
qui ex ingenuis nascuntur;fiunt aũt liberi,q manumittũtur. vt Insti.de inge.
¶† Partus quo ad libertatem & seruitutẽ sequitur conditionẽ matris.vt C.de rei vend.l.partus.ff. de sta.ho.l.lex naturæ & l.cum legitimæ.s.de seruis non or. c. vlt.32.q.4.c. liberi. Et in tantum hoc verũ est,vt sufficiat aliquo momento fuisse in libero vẽtre , vt q.s liber nascatur.vt.ff.de sta.ho.l.seruorum. ¶ In honoribus autẽ, muneribus, & municipijs partus sequitur patrẽ. C. de decu. l.eos.l.exẽplo & l.nullius filius.& ff.de statu. 3

statu.ho.l.libertos. Et in tantũ hoc verum est, vt sufficiat conceptũ esse ex decurione, quantũ adhoc, vt patris conditionẽ sequatur quamuis ante ipsius natiuitatem pater desinat esse decurio. vt ff de decur.l.2.§.in filijs. ¶Et si quæratur, in quibus filius patris iam à senatu remoti sequatur conditionem? Respondeo in multis. vt ff. de decu.l.2. §.in filijs.ff.de pœnis.l. mortis.§. iste forte.C.de decu.l.decuriorem.& l.decurionũ filij. ¶Causaliter verò contingit, vt liber natus efficiatur seruus, vt si sacerdos de facto ingenuã mulierẽ sibi copulet vxorem, filij nati ex tali contubernio fiũt serui illius ecclesię, in cuius iniuriã sacerdos contraxit. vt 15.q.vlt. c.cum muliere. Item illi, qui saracenis arma, ferrum, lignamina subministrant. vt j.de iudæ.c.ita quorũdã. Itẽ illi, qui sarracenis triremes siue galeas vendunt, vel naues quæ in pyraticis sarracenorũ nauibus curã gubernationis exercent, vel machinis aut qbusdã alijs aliquod eis impendunt consiliũ, vel auxilium in dispendium terræ sanctæ eo. tit.de iudæ.c.ad liberãdum. Itẽ si liber homo maior 20.an. sciens permittit se vendi ad participandum pretium, & in veritate participet, seruus efficitur. vt Insti. de iure perso.§. penult. & ff.de libe. causa.l. liberis.1. responso, & §.si quis sciens. Sed liberi facti ex ingratitudine reuocantur in seruitutem, & ex omnibus alijs causis ex quibus reuocatur donatio. in vt Auth.vt lib.decæ.§. illud. col.6.& de hac materia no.s.de seruis non ordinan.§.nunc videndum.
4 ¶†In summa notandum est, quod ecclesiæ
5 libertas tueri debet. vt j.eo.c.1.†Sed si dubitetur de filiatione, poterit probare quis se filium. vt s. de filijs presb.c.Michael.ff.de li.& po.l.posthumus.§.vlti. Licet sit contra ar.ff.de cõditio. & demon.l.Lucius. probabit inquam eum natum ex his, qui matrimonialiter iuncti sunt.nã filius est is, quem nuptię demonstrant.vt ff.de in ius vo.l.qa mater vel p confessionẽ patris & matris, vt j. qui fi.sint legi.c.transmisse.vel per affectum, vt s.de præsump.c.afferte.2.q.6. c.ad Romanam.C.de inoffi. testamen. l.si mater. & statur his coniecturis, donec probetur contrariũ vt C.de proba l.non nudis.C.de testibus.l.neq; professio.ff.de inoffic. testament. l. si instituta.§.1.& C.de hæredi.insti.l.si pater.

SVMMARIVM.

1 *Cognatio spiritualis quid sit.*
2 *Propinquitates ortæ ex cognatione spirituali, quæ contrahitur in baptismo, quot sint.*
3 *Vir & vxor an sibi comunicent actionem & passionem in materia prædicta.*
4 *Compaternitas in baptismo contrahitur. et an contrahitur in his, quæ baptismum præcedunt.*
5 *Filij duarum commatrum vel compatrum an possint inter se cõtrahere matrimoniũ.*
6 *Cognatio spiritualis & legalis quas personas non excedat.*

¶DE COGNATIONE SPIRITUALI. Rubrica.

TRactauimus.s.de quibusdã impedimentis matrimonij, nunc autem tractaturi de cognatione legali, item de consanguinitate & affinitate, præmittamus de digniori, s. de cognatione spirituali; & ideo ponitur hic rubr.de cognatione spirituali. ¶Videndum est igitur, Quid sit cognatio spiritualis. Quot sint eius species. In quibus sacris hæc cognatio cõtrahatur. Et an filij ante compaternitatẽ, vel post geniti, possint matrimonio copulari.
1 ¶†Cognatio spiritualis est propinquitas s. u attinẽtia proueniẽs ex sacri datione. ¶Ex cognatione spirituali, quæ contrahitur in baptismo, nouẽ propinquitates nascuntur.†Prima inter sacerdotẽ baptizantẽ & baptizatũ, quæ est filiatio. Secunda inter sacerdotẽ & patrem baptizati, & hæc est compaternitas. Tertia inter eundem & matrẽ pue-

ri,& hæc est commaternitas. Quarta inter filios sacerdotis & baptizatũ,& hæc est fraternitas,vt 30.q.1.c.oẽs. & q.3.c. ita.Quinta inter baptizatũ & suscipientem de baptismo,& hæc est filiatio. Sexta inter baptizatum & vxorem suscipiẽtis, & hæc similiter est filiatio. Septima inter baptizatum & filios suscipiẽtis,& hæc est fraternitas. Octaua inter suscipienté & patrem suscepti,& hæc est cõpaternitas. Nona inter suscipientem & matrẽ suscepti,& hæc est cõmaternitas, vt hæc omnia probantur. 30.q. per totum.& q.4.c.si quis vnus. & c.qui spiritualẽ.& c.post vxoris.& j.eodem titul. c.1.& c.Martinus,& c.veniens,& c.tua.

3 ¶ † Circa hanc materiam queri cõsueuit,an vir & vxor sibi cõmunicent actionem & passionẽ? In actione dico,ꝙ sic; vt si suscipio filium tuum de sacro fonte,compaternitas contracta inter te & me mediante actu meo cõmunicaẽ vxori meæ.vt j.cod.tit.c.Martinus. & 30. q.4.c.si qs vnus. Sed nunquid communicant sibi passiones. Verbi gratia.habeo filiũ ex prima vxore,hunc suscipis de sacro fonte,& per hoc quòd patior te agẽte contrahitur inter te & me compaternitas,quæ videtur me mediante cõmunicari vxori meæ secundæ,vnde efficieris mihi & vxori meæ compater,cũ qua prius contraxerã & consumaueram matrimonium.Nam si antequam cũ secunda contraham,vel si post contractum & antequam consumaretur,filius meus genitus ex prima vxore de sacro fonte leuetur,si postea contraham vel saltẽ postea consumem, hæc cõpaternitas non cõmunicatur vxori;neque enim cognatio carnis cognationi spiritus comparatur.vt 30.q.4.c.post vxoris. vt sicut oẽs consanguinei mei efficiũtur affines vxoris meæ,sic omnes cõpatres & cõmatres meæ efficiuntur compatres & commatres vxoris meæ,quam postea duco,vel cum qua postea saltem matrimonium consummo;quia per vnionem carnis sequentem ad vnionem spiritus præcedẽtem,id est ad cognationem spirituale, hoc est ad compaternitatem vel cõmaternitatem nõ transitur,vt in præalleg. c.post vxoris. & ẽm hoc intellige.c.qui spiritualem.Vel dicas cum Hugo.Lau. & Io.quòd vir & vxor communicant sibi actionẽ consummato matrimonio ꝑ carnis copulam,vt cum alter coniugum suscipit filium extranei de sacro fonte, sed non communicant sibi passionem, vt cum filius alterius tantum coniugum suscipitur de sacro fonte.nec refert siue ante,siue post matrimoniũ consummatum. Et est diuersitatis ratio, qa quod agit pars corporis,æquum est vt alteri parti cõmunicetur; sed non sic communicabitur alteri quod in persona filij vnius tantũ agitur, qui alteri coniugum nec carnalis nec spiritualis filius inuenitur,& si sit filiaster in primo gradu affinitatis. Iuxta posteriorẽ sententiam locũ habent vnde ver. Quæ mihi,vel cui natũ mea,fonte leuauit. Heu mihi commater fieri mea non valet vxor. Si qua meæ natã non ex me fonte leuauit.Hãc post fata meę non inde vetabor habere. Ambos cõpatres facit actio,passio non quã. Respuo quæ meum,cuius ve leuat mea natum.Vt mea dicatur, quæ carne mihi sociatur. ¶ † Contrahiẽ compater 4
nitas in baptismo,vt superius dictũ est. Sed nunquid in his quæ præcedunt baptismũ? Videtur ꝙ non,quia baptismus est ianua omnium sacramentorũ.vt 32. dist.c.nullus.§.verum.& s̃.de presbyte. non bapti.c.mini.veniẽs. vnde antequã ponaẽ fundamentũ sacramentorum, nõ videtur ꝙ contrahi possit cognatio spiritualis.argum.1.q.1.c.cum Paulus.& ad hoc accedit decre.j.eodem c.contracto.ẽm vnam lecturam. Sed secundùm hoc signatur contrarium.30.q.1.c.peruenit.& de cons.dist.4.c.in catechismo. Circa hoc dicit Hug.quòd in oĩbus ꝓludijs baptismi contrahiẽ cõpaternitas, & talis q̃ impedit & dirimit matrimonium. Et rñdebat ad illud.c. contractio.quòd puer in catechismo retentus non fuit filius communis concubinarij & concubinariæ,sed tñ modo concubinæ;

næ;& ideo concubinarius pōt cōtrahere matrimonium cum illa,quæ puerum illum tenuerat in cathecismo. nam hoc nec ēt contrahendum matrimoniū impediret.vt 30.q.4.c.qui spiritualem.Et quod dicit litera illius decre. cōtracto. quæ res vix contrahendo matrimonio impedimentum afferret.exponebat ipse.vix,id est,nullo modo. Basianus aūt dicebat in tribus contrahi compaternitatem,quæ impedit & dirimit.in baptismo,cathecismo,& in confirmatione.vt de conse.dist.4.c.in cathecismo.Sed verior videntur sentētia Lau. & aliorum dicentium,ꝙ in præludijs baptismi contrahatur compaternitas, sed non adeo valida vt matrimonia contracta dissoluat,sed impediat contrahenda. Et hoc innuunt verba decre. vix contrahendo matrimonio impedimētū afferret.quia quod vix fit,tñ fit.vt ff.de iudi.l.vix certis ex causis ff.ad vell.l.vl.1.R.Insti.de vsu.& ha.circa prin.Quamuis sit argu. contra ff.ad vell.l.tutor, in 1.rñso. Et ſm hanc sentētiam determinanda sunt illa.c.peruenit.& c.in catechismo.

5 ¶† Restat videre,an filij duarum cōmatrum vel compatrum,inter se contrahere possunt Et est sciendum,ꝙ circa hoc canones diuersimodè loquuntur. Quidam enim dicunt, ꝙ post compaternitatem cōtractā filij, qui nascūtur, inter se contrahere non possunt, vt 30.q.3.c. post susceptum. Sed alius canon posterius editus primum corrigens, dicit ꝙ filij duorum cōpatrū siue ante,siue post cōpaternitatem geniti, cōtrahere pñt, excepta illa sponsa dūtaxat, per quam ventum est ad cōpaternitatem. vt 30. q.3.c.super quibus.& hic canon confirmatur.j.cod.c.1. Sed videtur ꝙ in his consuetudo sit obseruanda.vt j.co.c.1. & c.super eo.Quod satis admitto circa matrimonia contrahenda. nam etiam illos filios,per quos non est peruentum ad compaternitatem, potest impedire consuetudo contraria scilicet in contrahendo. Et sic intelligo illas decret. sed non posset dissoluere iam cōtracta. vt s̃.de spon.duo.c.licet & c.tuas dudū.

6 ¶† In sūmma notandum est, ꝙ cognatio spūalis,sicut & legalis,sicut & publicæ honestatis iustitia,ramos nō habēt; vnde personas,cū quibus cōtracta sunt, non egrediūtur hæc vincula. vnde cum filia filij mei spiritualis cōtrahere possum. quia hoc nusquam prohibetur, & edictū de matrimonio prohibitorium est.vt s̃.de spon.c.cum apud.Item cum filia commatris meæ, non tamen meæ spirituali filia.vt 30.q.3.c.illud.

SVMMARIVM.

1 *Cognatio legalis quid sit.*
2 *Adoptionis quot species sint.*
3 *Adoptari quis possit.*
4 *Legalis cognatio quotuplex.*
5 *Cognatio legalis an impediat matrimoniū contrahendum, vel dirimat contractum.*

¶DE COGNATIONE legali. Rubr.

DIctum est supra de cognatione spūali, sequitur de cognatione legali. Videndū est igitur, Quid sit cognatio legalis. Quot sunt eius species. Qualiter dissoluatur. Et qualiter
1 impediat matrimonium. ¶† Cognatio legalis est,quæ prouenit ex adoptione. Adoptio autē est legitimus actus, per quē qui filius nō est, pro filio habetur, vel nepote, vel vlteriore ſm voluntatē
2 adoptantis. ¶† Adoptionis duæ sunt spēs.vna quæ stat in suo nomine, & dicitur adoptio.Alia quæ trāsit in aliud nomen, & dicitur arrogatio. Adoptio fit imperio magistratus. Arrogatio aucto ritate principis.Dicitur aūt arrogatio, qa is quæ arrogat, rogatur hoc est interrogatur, an velit eum quē arrogat, iustū filiū sibi esse; & is q arrogatur,in-
3 terrogatᷓ an id fieri patiatᷓ. ¶† Adoptatᷓ is,q est in ptāte aliena.arrogatᷓ,q sui iuris existit. Vnde versus. Arrogo q suus est,& hēt meus eē necesse. Pr̄s adopto suum,

suũ, nec patris desinit esse. vt probantur hæc. ff. de adop. l. generalis. Adoptiuus enim non transit in potestatẽ adoptantis, sed habet ius succedendi ab intestato. vt Insti. de adop. §. 1. ¶ † Triplex est
4 legalis cognatio. Vnà superioris & inferioris lineæ inter adoptantẽ & adoptatum, & hæc perpetuã habet prohibitionem. vt ff. de ritu nupt. l. quin ẽt. Et alia collateralis, quæ tandiu impedit, quandiu durat, vt ff. de ri. nup. l. per adoptionem. & hic in c. vno. Tertia est prohibitio, q̃ surgit ex cognatione legali, & illa perpetua est inter adoptatum & vxorẽ adoptãtis. vt ff. de ritu nup. l. adoptiuus. 1. Respon. Dicunt tñ quidã, q́ hodie collateralis cognatio locũ non habet, cũm hodie adoptatus non transeat in potestatem extranei adoptantis. vt C. de adop. l. vlt. Sed puto contra. quia ẽt hodie acquiritur per adoptionẽ ius
5 succedendi. vt in l. prædicta. ¶ † Hæc cognatio legalis nedũ impedit matrimonium contrahendũ, sed ẽt dirimit iam contractum vt 30. q. 3. c. ita diligere.

SVMMARIVM.

1 *Consanguineam sponsæ si quis cognoscit, an contrahatur affinitas.*
2 *Affinitas an per coitum incestuosum, vel fornicarium contrahatur.*
3 *Affinitas, consanguinitas, & publicæ honestatis iustitia, prohibitionem suam producunt vsque ad quartum gradum.*

¶ DE EO QVI COGNOVIT consanguineam vxoris suæ. Rubrica.

SVperius diximus de cognatione spirituali & legali. Nunc dicamus de cõsanguinitate & affinitate carnali. Sed quia plerunq; post matrimonium contractum superuenit affinitas iniquè cõtracta, vt j̃. eo. c. discretionẽ. circa fi. Ideo prius de ipsa videndũ est; & propterea ponitur hic rubrica. de eo
1 qui cog. consangui. vxo. suæ. ¶ † est igitur sciendũ q́ si quis post cõtractũ matrimonium cognoscat consanguineam vxoris suæ, oritur inter ipsum & vxorẽ quædam affinitas, vel publicæ honestatis iustitia, per fornicariũ coitũ contracta. Sed quia nihil superueniens, præter ingressum religionis, rescindere põt matrimoniũ legitimè contractũ. vt no. j̃. de coniu. lepro. in prin. Ideo non sufficiat ad matrimonium dirimendum, etsi exactionem coniugalis debiti interdicat. vt j̃. eo. tit. c. discretionẽ. & c. tuæ. & c. iordane. si vero matrimonium præcedat, quamuis sequantur sponsalia de futuro, impedit matrimoniũ cõtrahendum. vt j̃. eo. c. 1. & 2. ¶ † Sed quæritur, 2
an per coitum incestuosum vel fornicarium contrahatur affinitas? Respondeo sic, vt j̃. eo. c. discretionẽ. & c. tuæ. & 35. q. 3. c. nec eam. Quidam tñ absurdum reputant, q́ affinitas, quæ est legitimum vinculum, oriatur ex damnato coitu. Vnde si velles, probabiliter dicere posses, q́ si ex huiusmodi coitu non oriatur affinitas, nam affinitas est quædam proximitas ex nuptijs prouenient vt ff. de gradi. l. non facile. §. affines. & §. sciendum. oritur tamen publicæ honestatis iustitia. Sed si quis aliquam extraordinaria pollutione polluat, nunquid cum consanguinea ipsius poterit contrahere? Respondeo si citra maritalem affectionem ipsam polluit, non impedit contrahere cum cognata. vt 35. q. 3. c. extraordinaria. sed si maritalis affectio interuenit, vt pote cum sponsalia de futuro præcedũt, & postmodum sequitur extraordinaria pollutio, ex hac oritur publicæ honestatis iustitia, quæ prohibet matrimoniũ contrahi cũ cognata pollutę, & contractũ dissoluit, vt j̃. eo. tit. c. fraternitati. Et est duplex causa diuortij, publicæ honestatis iustitia, quæ surgit ex sponsalibus. & eadem siue affinitas, de quarum altera dubitatur, an nata sit ex pollutione vel pollutionis tentatione, qua compelli non potuit ætatis impediente defectu. vt supra de spon. c. iuuenis. quamuis cũ prima

ma nec verum fuerit matrimonium ex forma cōtractus, nec præsumptum cùm contractus non habuisset effectum. vt
3 s. de spon. c. vlt. ¶†In summa notādum est, q̧ istud quod hic dicitur in plerisq; decre. vt si quis aliquā consanguineam vxoris suæ cognouerit perdat ius exigendi, locū habet in consanguinea vsq; ad quartum gradum. Et idem est, si quę ratur an is qui cognouit aliquā fornicario coitu, possit contrahere cum cognata ipsius. Quia dicēdum est, q̧ non, vsq; ad quartum gradum. hodie enim consanguinitas, affinitas, & publicæ honestatis iustitia, prohibitionem suam producunt vsq; ad quartum gradum, vt j. tit. proxi. c. non debet.

SVMMARIVM.

1 *Probatio per inspectionem oculorū quando fieri debeat.*
2 *Regulæ assignantur quarum instructione genealogia arboris consanguinitatis explanatur.*
3 *Matrimonium olim in septimo gradu contractum an legitimetur hodie per iura concilij generalis, secundum quæ licet contrahere in quarto gradu.*
4 *Leges & constitutiones futuris dant formam negotijs, nō ad præterita reuocātur.*
5 *Matrimonium inter suprascriptos separatum an possit denuo contrahi.*
6 *Consanguinitas an sit in quinto, sexto, & septimo gradu.*
7 *Incestus an in quinto gradu committatur.*
8 *In gradu quæ personæ esse dicantur, et gradum faciant.*
9 *Linea quid sit, & quid sit gradus.*
10 *Affinitas quid sit. & nu. 20.*
11 *Regulæ assignatæ in arbore affinitatis per quas affinitatis gradus & genera dignoscuntur.*
12 *Arbor affinitatis qualiter componatur.*
13 *Matrimonium contractum in secundo genere affinitatis, nunquid stare vel separari debeat, & an isti separati possint iterū matrimonialiter copulari. nu. 14.*
16 *Publicæ honestatis iustitia quæ olim ex fecundis nuptijs nascebatur, an sit sublata.*
17 *An hodie sola publicæ honestatis iustitia locum habeat, quæ oritur ex sponsalibus de futuro.*
18 *Affinitatis genera qualiter cōtrahantur. & nu. 19.*
21 *Affinitas ex nuptijs interdictis nō oritur.*

¶DE CONSANGVINITATE & affinitate. Rubr.

Dictū est supra de cogna. spi. & lega. nunc agendū est de carnali, quæ in consanguinitate & affinitate consistit; vnde ponitur hic rubr. de consan. & affi. ¶Videndum est igitur de prima parte rubricæ, Quid sit cōsanguinitas. Quid linea. Quid gradus. Quot sint lineæ. Quot gradus. Et qualiter computandi. ¶ De secunda parte rubricæ videndum est. Quid sit affinitas. Quot sint affinitatis genera. Quot gradus in singulis generationibus. Et
1 qualiter sint computandi. †Sed quoniā quædam sunt quæ inspectioni subijcienda sunt oculorum, vt agrorum dimensio. vt C. fini regun. l. 2. ff. eo. tit. l. si irruptio. 16. q. 3. c. inter memoratores. Ventris inspectio, vt videatur an mulier sit prægnās, vel non, vt ff. de ven. inspi. l. 1. in prin. Locorum pudicitiæ occulta inuestigatio, dum quæritur an mulier virgo sit, vel corrupta. vt s. de probati. c. proposuisti. 27. q. 1. c. nec aliqua. Itē cùm quæritur an mulier arcta sit, vel non arcta, vt j. de frigi. & male. c. fraternitatis. Idē est, & si quæratur de alia instrumenti infirmitate a natura contracta, vt j. e. tit. c. ex literis. Et idē crederem, si quæratur an vir sit, sectus, vel eunuchus. Item inspicitur quis in partibus inferioribus, dum quæritur de ætate, vt supra de despō. impubc. c. puberes. ff. de mino. l. minor ex aspectu. Nec ob. his. C. quando tutor, vel cura. esse desinat. l. indecorum. Nam verum est, q̧ illa inspectio reprobatur, cum agitur de tutela, vel cura. Item non ob. quod dicitur, q̧ oculus fallitur 27. q. 1. c. nec aliqua.

qua. quia si plerunq; fallatur, sæpius tamen non fallitur. Et propterea vtile æstimaui ponere vtranque arborem, & oculata fide instruere de vtraq;, sicut in subsequentibus apparebit.

Lectioni arboris vacaturū prius nosse oportet, quare arbor fuit sic depincta. Et certe ideo quia vtilē visum est & expediens, gradus & attinentias consanguinitatis oculorum inspectioni subijci; quia segnius irritant animos dimissa per aures, q̃ quæ sunt oculis subiecta fidelibus. vt j. de gradibus. §. vlt. Huius arboris pictura authentica est vt 35. q. 5. c. ad sedē. circa finē tertiæ columnæ. Et licet hæc pictura ascripta sit in decretis, non tñ hic esset superflua, vt cùm ibi, & hic de consanguinitate tractetur, neuter librorū picturę doctrina carere debent. cùm nemini dubiū veniat, q̧ repetita lectio ꝓbat hoc satis validum satisq; esse formosum. vt C. de emendatione iustiniani cod. l. vna. Sed quia oculus plerunq; fallitur. vt 27. q. 1. c. nec aliqua. & ff. de ventre inspi. l. 1. rñ. Idcirco super ipsius arboris expositione doctores inuigilant, & scholares circa intellectū eorum, quæ vident & audiunt aliquantulum elaborent. Et quia in qualibet arbore fructifera & naturali. quattuor attenduntur. truncus, rami, Fructus, frondes. Et in hac arbore scripta eadē considerari oportet. ¶ Appellamus ergo trūcū, Ioachim; sicut. n. arbor naturalis ꝓducit palmites sursum ex lateribus, Ramos extendit, deorsum aūt continet pedamenta. sic & Ioachim sursum lineam erigit ascendētē, & vtroq; latere ramos collaterales emittit, deorsum verò subdit lineā descendentē. Ioachim itaque truncū, lineas collaterales ramos, fructus attinētias, frōdes quasdā dicimus qōnes vel auriculas quæ in antiqua arbore ponebantur. Hac itaq; similitudine denotata, quæ ēt auctoritate canonis comprobatur. vt 34. q. 5. c. tunc saluabitur. in prin. ad lectionē ipsius arboris accedamus. In qua doctrina talia sunt obseruanda. Primò assignentur regulæ, quarū breui instructione genealogia totius arboris explanatur. Secundò arbor ipsa legēda est, & gradus sunt s͠m regulas cōputandi. Tertiò quędā obiectiones discutientur. Quartò notabilia assignentur. Et sic quaternario numero arboris expositio terminetur. Quinque

2 sūt regulæ. †Et prima talis est. Persona adiecta personæ per carnis propagationem gradū adijcit. Et hæc regula locū habet in linea ascendenti, & descendenti. Secūda talis. ¶Quot sunt personę de quibus quæritur cōputatis intermedijs vna min⁹, tot sunt gradus. Verbi gratia. si sunt quatuor personę, dicas ibi tertiū esse gradū inter extremos; si sunt quinque, dic quartū esse gradum, vt semper vna persona subducatur. Et hæc regula locū habet in his personis, quarum vna descendit ab altera, vt est videre in linea ascendēti. & descendēti. ¶Tertia regula talis est. Si personæ, de quibus quęritur, nō descēdāt vna ab altera, sed collateraliter a cōi stipite procedāt, & sint in linea æquali, quoto gradu quæuis istarū distat a cōi stipite, toto gradu differūt inter se. ¶Quarta regula est talis. Si personæ, de quibus quæritur, non descendant vna ab altera, sed collateraliter a stipite cōi procedant, & sint in linea inæquali, quoto gradu distat persona remotior ab ipso trūco, toto gradu distant inter se, vt sp cōputatio fiat ab eo qui magis est remotus ab ipso trūco ad ipsum trūcū. Et hæc duę regulæ locū hñt in collateralibus. ¶Quinta regula est talis. Quoto gradu distat aliqua persona a cōi stipite, toto gradu distat a quolibet descendentiū ab eo. Et hæc regula locū habet vsq; ad lineā æqualitatis. & de hac facit mentionē decre. j. tit. c. vlt. ¶Præmissis itaq; regulis istis, facienda est cōputatio graduū, & vidēdū qualiter & quoto gradu distent interse omnes personæ in arbore constitutæ. His ita dispositis & gradibus in ipso arbore tam animo q̃ oculo ac digito cōputatis, videndū est de obiectiunculis & responsis

responsis ad eas. ¶ Quæritur igitur, quare cellula, in qua est Ioachim, dicat vacua. Et redditur illa ratio, quia pro trunco ponitur, à quo trunco cæteri ramusculi producuntur, & ideo truncus appellatur. Inde est, quod in illa cellula non ponuntur duæ personę, sicut in alijs cellulis. cum respectu diuersorũ diuersa nomina sortiatur. nam quandoque vocatur pater, quandoq; filius, quandoq; nepos, quandoque auus. non potuit ei cōgruũ nomen imponi, sed dicit cellula vacua, dicitur truncus. vt 35. q. 5. c. series. Dicitur ét protheus, propter diuersitatem nominum & proprietatũ, quę illi attribuũtur, vnde illud. Quo tencã nodo mutan te prothea vultum. Ité quæritur, quare Ioachim non possit contrahere cũ filia abaui ex linea transuersali sm regulam illam. persona adita personæ per carnis propagationem mutat vel adijcit gradum. Ad hoc dici consueuit. Quærite quos agitat mundi labor mihi semper. Tu quicunque moues tã crebros cã meatus. vt superi voluite latè. Posset tñ dici, quòd hoc ideo contingit, quia gradus canonicus compositus est, vnde quamuis plures sint distantiæ in personis, eadé tamen videtur attinétia inter Ioachim & sobolé abaui ex parte trãsuersali quæ est inter Ioachim & ipsum abauum, considerato gradu in quo attinet Ioachim ipsi abauo. sicut est videri in banca. si enim plures sedemus in vna banca, licet vnus altius & alter planius, in vna tñ bancá sedemus. Vel planius dicere pôt, cum quæritur de attinétia inferioris ad superiorem, non computatur ascendendo ab inferiori vsque ad summum, vt sic postea à summo fiat descensus ad inferiores. qa sm hoc fieret multiplicatio graduum, sed ascenditur vsq; ad collateralé ipsius de quo quæritur. Vnde in qstione præmissa computaudũ est à Ioachim vsque ad proauũ & proauiam, & sic perueniendum est ad collaterales qui gradum adijciunt. ¶ † Item

3 quæritur, an matrimoniũ olim in septimo gradu contractum legitimeẽ hodie per iura concilij generalis, sm quæ licet contrahere in quarto gradu. vt ĩ. eod. titu. c. non debet. Ita tamé si non per tãtum tempus ante noua iura durauerit quod per noua iura sit quædã dissimulata dispésatio. vt ĩ. qui mat. accu. poss. c. per tuas. Rñdeo matrimonium istud iudicandum est sm antiqua iura, & pro hoc dirimendum, vt probatur in Auth. vt cũ de app. cognos. in prin. coll. 9. † leges. n. 4
& constitutiones futuris dant formam negotijs, non ad præterita reuocantur. vt s. de consti. c. cognoscentes. & C. de legi. & consti. l. leges. † Item quæritur, an 5
isti de quibus proximè quæsitum est, se parati possint inter se contrahere matrimonium? Et videtur quòd non, vt probatur. 35. q. 6. c. ab isto Posset tamen satis tolerari, vt si denuo & de nouo consentiant, valeat matrimoniũ vt ex nũc, nõ vt ex tunc. vt ĩ. de eo qui dnx. in ma. quam pol. p adul. c. 1. & c. veniés. ¶ † Ité 6
quęrit an hodie in quinto gradu, sexto, & septimo sit consanguinitas? Rñdeo est, quantum ad ius succedendi, nõ quãtum ad ius matrimonij contrahendi. imo est ius succedendi vsque ad decimũ gradum legalem. vt 35. q. 5. c. ad sedem, circa princi. Nec obstat, quòd in eod. c. dicitur in fine. vltra septimum non est gradus. sic & hodie dici pôt vltra quartum gradum non est gradus. vt ĩ. codé cap. non debet. Sed ad vtrunque simul rñdeo. non est gradus impediens matrimonium, sed est gradus inducens successionem, vt superius dictũ est. Ité quæritur. pone quod distem à communi stipite quinto gradu, aliqua distat ab eodé ex alio latere per lineam transuersalé tertio, nunquid possum cum illa contrahere? Rñdeo hæc quæstio videtur expedita per quartam regulam superius positam, nam quoto gradu ego remotior disto à communi stipite, toto gradu ab illa minus remota. Nec obst. decret. ĩ. eod. tit. quod dilecto. vbi igitur quod vterque contrahentium distat à communi stipite pari gradu. Quia hic circa dispésationem interpretatio arctatur. Vel

 ibi papa

ibi papa multitudini & obseruatæ consuetudini illius prouinciæ cõsultius defert q̃ aliud in dissensionem & scandalũ populi statuat quadam adhibita nouitate. vt ibi in fin.
7 ¶†Item quæritur an cõmittatur incestus in quinto gradu? Et certè non, quia quod incestus cõmittatur, hoc non procedit ex natura coitus. sed potius ex cõstitutione ecclesiæ quæ statuit certos gradus, & cõstituit in eis fore coitum incestuosum. Sicut & ꝓhibitio matrimonij non ex natura matrimonij, sed ex constitutione procedit ecclesiæ. vt 35. q. 1. c. cum igitur. ¶Itẽ quæritur, cum proauus proauunculus & ꝓpatruus sint in eadẽ linea & in eodem gradu, quare Ioachim magis distet à propatruo & proauunculo q̃ proauo? Respondeo illi dicuntur esse in eodem gradu respectu superioris, non inferioris. Item quæritur, quantum protendatur consanguinitas in linea ascendenti & descendenti? Et videtur, ꝙ in infinitum. vt ff. de ritu nup. l. nuptiæ. 35. q. 1. c. ꝓgeniem. & c. de affinitate. & c. in copulatione. Hodie autẽ indistinctè tam in ascendentibus & descẽdẽtibus, q̃ in collateralibus quartum gradum prohibitio non excedit. vt ĩ. co. tit. c. non debet. Hæc notabilia notabiliter sunt notanda. quia Ioachim cum nulla persona posita in arbore contrahere potest. ¶Item positi in vna parte arboris inter se contrahere nõ possunt, qua sibi adinuicem attinent. Et hoc verum est vsq; ad vltimam lineã æqualitatis, quæ per filium coniungitur Ioachim. Nam sex vltimæ cellulæ ex vna parte arboris nõ attinent omnib' superioribus, sicut oculata fide videri potest. Item illi q sunt positi in vna parte arboris, possunt contrahere cum illis qui sunt ex alia parte exceptis tribus lineis descẽdẽtibus ex illa cellula, in qua continetur pater, mater; nam illi inter se contrahere nõ possunt præter abnepotem, qui cum illis q sunt in linea sororis & fratris Ioachim contrahere potest. ¶Item nota, ꝙ non fuit necessarium arborem ex vtraq; parte depingi, sed ex vna ad modum vexilli. sed forte factum est ex causa venustatis, vel vt sciamus nomina gñis vtriusq; sexus, quia ex vna parte arboris ponuntur nomina descendentium per masculinum sexum, & ex alia descendentium per fœmininum. Item nota, ꝙ quædam sunt lineæ ligatæ filo per transuersum, vt denotetur ꝙ illæ sunt lineæ æqualitatis. Item nota, ꝙ licet Ioachim sicut & quilibet alius habeat quatuor auos duos paternos & duos maternos. & sic si ascenderis in quolibet gradu, duplicabis numerum superiorum. non tamen
8 oẽs illæ personæ hic ponuntur. ¶†Item nota, ꝙ personæ quæ distant æqualiter à communi stipite, dicuntur esse in gradu & facere gradum; quæ autem inæqualiter dicuntur distare gradu. vt 35. q. 5. c porro. & c. parentelæ. ¶Item no.
9 quid sit linea, quid sit gradus. † Linea est ordinata collectio personarum consanguinitate cõiunctarum diuersos gradus continens, & eos à stipite secundum numeros distinguens. Gradus est quædam habitudo siue distantia personarũ adinuicem facta collatione ad communem parentem. Item nota, ꝙ puncta rubea designant gradus canonicos propter excellentiam quandam. Nigra verò gradus legales. De quibus breuiter est notandum, quia in ascendentibus & descendentibus gradibus legalibus locum habẽt duæ primæ regulæ superius positæ, in collateralibus vero talis est regula. Quot sunt personæ collateraliter à cõi stipite descendentes præter ipsum stipitem, tot sunt gradus inter extremos de quorum attinẽtia quæritur. Computationem graduũ hic nõ pono; quia sicut à principio præmisi melius secundum regulas fit computatio ad oculum & ad digitum, q̃ ad intellectum.

10 Sequitur videre de secũda parte rub. s. de affinitate. † Et est sciendum, ꝙ affinitas est attinentia vnius personæ ad aliam proueniens ex copula carnali; qñ enim vir coniungitur carnaliter vxori, oẽs consanguinei

vxoris

vxoris efficiuntur affines viro; & econuerso, omnes consanguinei viri efficiuntur affines vxori. & in eisdem gradibus affinitatis, in quibus gradibus consanguinitatis alteri attinent. Sed inter cognatos viri & cognatos vxoris nulla ex illo matrimonio nascitur attinentia. vt j. eo. tit. c. quod super his. Dicuntur autem affines, quasi ad alterius fines accedentes. Et vt melius ac vtilius ea, quæ ad instructioné huiusmodi arboris pertinent, ad oculum ostédantur, arborem ipsam depictam inserui, ipsam per regulas artificiose diuidens ac distinguens gradibus secundùm regulas côputádis.

In arbore affinitatis doctrina ista seruetur. Priùs ponantur regulæ, quarum artificio genera & gradus affinitatis inueniantur. Secundò arbor côponenda est, vt tam gradus q̃ gña secundùm regulas côputentur. Tertiò qônes quædam notentur, & solutiones adhibeantur. Quartò quædam notabilia assignantur, & sic quaternario numero huiusmodi arboris instructio terminetur. ¶ Quatuor

11 † regulæ in hac arbore sunt ponendæ, quarũ prima talis est. Persona, de qua quæritur, matrimonium côtrahente ac consummante, oritur primum genus & gradus affinitatis iuxta gradum côsanguinitatis inter virum & côsanguineos vxoris, & inter vxoré & consanguineos viri. Hæc regula comprobatur j. eo. tit. c. quod super his. ¶ Secunda regula talis est. Quoto gradu consanguinitatis distat quis a consanguineo suo vel consanguinea, toto gradu affinitatis distat ab eius vxore marito ipsius. Et hæc regula comprobatur. 35. q. 3. c. de propinqs, & c. æqualiter. ¶ Tertia regula talis est. Persona addita personæ per carnis copulam mutat genus, & non gradum. Et hæc regula comprobatur. 35. q. 3. c. contradicimus. §. auctoritate. & c. seq. ¶ Quarta regula talis est. Persona addita personæ per carnis propagationem mutat gradum, & non genus. & hæc regula côprobatur. 35. q. 5. c. porro. Has duas posteriores regulas breui versiculo côprehende. Mutat nupta genus, sed generata gradum. ¶ Positis regulis & iure probatis componenda est arbor, & exponenda, & secũdum artificium regularum gradus affinitatis sunt ex vtroq; latere arboris côputandi, vt per eorum breuem instructioné sciatur, quoto gradu affinitatis viri sororis & suarum descendentiũ attineant consanguineis suarum vxorum. s. fratri & suæ posteritati vsq; ad quartum gradum. & è côuerso, quoto gradu affinitatis attineant vxores fratris & descendentium ab eo vsq; ad quartum gradum consanguinitatis suorum virorum. s. sorori & descenden-

12 tibus ab ea. ¶ † Arborem sic componas. in medio arboris ponatur linea continens quatuor cellulas. In cellulis illis hæc scripta sunt. Primus gradus. Secundus gradus. Tertius gradus. Quartus gradus. Ponitur autem in medio scilicet inter fratré & sororé propter tria, vt detur intelligi q̃ à consanguinitate ortum habet affinitas, & q̃ ex vtroq; sexu virili & fœmineo affinitas contrahatur, & quod gradus affinitatis contrahantur ſm gradus côsanguinitatis, sicut inferius explanabo. Ab vno latere ipsius lineæ ponitur alia linea continés quatuor cellulas. in prima scribitur frater. in secunda fratris filius. in tertia fratris nepos. in quarta fratris pronepos. Ex altero ponetur alia linea continens quatuor cellulas. in prima scribitur soror. in secunda sororis filia. in tertia sororis neptis. in quarta sororis proneptis. Fratre igitur vxorem ducente contrahitur primũ genus affinitatis. & primus gradus inter vxorem fratris & sororem. detur sorori filia, oritur secũdus gradus. Addatur filia filiæ, erit tertius gradus. Nascatur filiæ sororis filia, gradus quartus addetur. Et quod dico in filiabus, idem est & in filijs, sed ex vno latere arboris ponuntur consanguinei fœminei sexus, & ex altero virilis. Ité filio fratris matrimonium côtrahente oritur inter eius vxorem & sororé fra-

tris cum suis posteris primũ genus affinitatis & talis gradus, in quali gradu consanguinitatis inuenitur maritus cũ illis personis. Et idem omnino, si nepos fratris vxorem duxerit, idem in pronepte. Horum igitur vxores continentur in linea illa, q̃ est iuxta frater. quæ linea quatuor habet cellulas. in prima scribitur vxor fratris olim relicta. in secunda vxor filij fratris. in tertia vxor nepotis fratris. in quarta vxor pronepotis fratris. Nec mireris, si in tot narrationib' graduũ nõ dicã mutari genus affinitatis, sed gradus; quia genus non mutatur per carnis propagationẽ, sed gradus, vt ſ. in regulis est præmissum. Et eodẽ modo ex alio latere arborem explanabis. Nam sorore matrimonium contrahente oritur primum genus affinitatis inter virũ vxoris & fratrẽ cum posteris suis. similiter sororis filia contrahente oritur primum genus affinitatis inter virũ vxoris & fratrẽ sororis cũ descendentibus suis. Idem in sororis nepte, Idem in sororis pronepte affinitatis gñe non mutato in variatione successionis, sed gradibus variatis, sicut variatur gradus cõsanguinitatis cum illa persona, qua mediante affinitas est contracta Viros istarum cõtinet illa linea, quæ est iuxta sororẽ, quæ quatuor habet cellulas. in prima scribitur vir sororis olim relictus. in secunda vir filiæ sororis. in tertia vir neptis sororis. ĩ quarta vir proneptis sororis. sunt & duæ auriculæ siue cellulæ ex vtroq; latere arboris positæ. In vna continetur relictus relictæ fratris. in altera relicta relicti sororis. quæ cellulæ solæ sunt, & lineas non hñt. & ponuntur causa venustatis vel ornatus, vt in sequentibus dicam. Exposita arbore, & affinitatis gradibus assignatis, restat discuti q̃ones & solui.

13 ¶ † Pone ꝙ hodie inueniatur aliquod matrimoniũ olim contractum ante constitutionem illam ĩ. eo. tit. c. nõ debet, in secundo gñe affinitatis, nunquid stare vel separari deberet? Ad quod r̃ndeo, matrimonium istud iudicari deberet ſm iura t̃pis illius, in quo cõtractũ est. vt in Auth. vt cum de app. cog. §. 1. colla. 8. Cætera in hac q̃one dicas, sicut dixi in consimili q̃one, quam no. supra

14 in arbore consanguinitatis. ¶ † Item quæritur, an isti de quibus ꝓximè quæsitum est, separati possint iterum matrimonialiter copulari? Et videtur q̃d nõ. vt 35. q. 6. c. ab isto. Ad quod r̃ndeo. Canon iste loquitur in impedimẽto, quod fuit & durat. Sed nos loquimur in impedimento quod fuit, sed esse desijt per cõstitutionem illam. nõ debet. quę tollit secundum & tertium genus affinitatis, & ideo contrahi denuo põt. vt ĩ. de eo qui dux. in ma. quã pol. per adul. c. 1.

15 & c. veniens. ¶ Itẽ † quæritur. duo olim impedimenta ex secundo genere affinitatis surgebãt, affinitatis & publicæ honestatis iustitia. vt 35. q. 3. c. porrò. sed affinitas est sublata, vt superius dictum est, nũquid & publicæ honestatis iustitia? Videtur, quod non; quia de ea nõ fit mentio in constitutione illa. non debet. sed tñ de illa publicæ honestatis iustitia, quæ olim ex secundis nuptijs nascebatur; quod ergo non mutatur quis stare prohibet? vt C. de test. l. scimus. Sed dico, ꝙ illa publicæ honestatis iustitia, quæ olim ex secundo gñe affinitatis oriebatur, sublata est per constitutionem eandem. non debet. nam ibi dicit prohibitionem de cõiugio in secundo & tertio affinitatis gñe minime cõtrahendo sacri approbatione concilij reuocantes. vnde reuocata est quælibet prohibitio, quæ olim ex secundo genere procedebat, propterea in constitutione sequitur. vt sic contrahentes, hoc est in secundo affinitatis genere de cætero liberè copulentur. Patet igitur ex præmissis, ꝙ hodie vxores duorũ fratrum vel duorũ consobrinorum non sunt affines. vnde mortuis ipsarum maritis, põt aliquis vtranq; ducere successiuè. non obstãte canone, cui ẽ hodie derogatũ. 35. q. 3. c. porro. Item reuocata est ꝓhibitio de sobole suscepta ex secũdis nuptijs cognationi viri non copulãda prioris.

ris. vt in dicta constitutione, nō debet.
16 ¶Itē quæritur † an hodie sola publicæ honestatis iustitia locū habet, quæ oritur de spōsalibus de futuro, vel de præsenti, dummodo non consumatur; quia illa ēt ex diuina pagina ortum habuit. vt ibi, non licet tibi sponsam fratris tui vel & alie. nihilominus locū habēt quæ per illam constitutionē. non debet. nō inueniūtur sublata. Hanc qōnem no. s. de sponsa. § ex sponsalibus. ¶Vltimò notabilia videamus. Et primò videndum est qualiter affinitatis genera con
17 trahantur. † Et est sciendum, q̄ aliquo contrahente matrimonium & consumante per carnis copulam, oritur primum genus affinitatis inter virū & cognatos vxoris, & inter vxorē & cognatos viri, j. co. c. quod super his. Secundum genus fit fratre matrimoniū contrahente, vt dictum est, & moriente. demum relicta ipsius cum alio contrahente oritur secundum genus affinitatis inter secundum virū & cognatos prioris, & ē conuerso. aliqua matrimoniū contrahente & consummante, demum moriente, & relicto ipsius cum alia contrahente oritur ƒm genus affinitatis inter secundam vxorem & cognatos prioris. & ad hoc denotandū ponitur in quibusdam cellulis, olim relictus, olim relicta. quasi dicat in arbore antiqua ponebantur hæc verba. relictus relicta. quibus contrahentibus oriebatur ƒm genus affinitatis, quod hodie locū non habet. Vel forte locum habet, quia cōtrahitur secundum & tertiū genus affinitatis, sed prohibitio est sublata, vt j. eo. tit. c. nō debet. Itē fratre contrahente oritur primum genus affinitatis inter eius vxorem & sororem fratris cum sua posteritate. fratre moriente & vxore fratris olim relicta cū alio cōtrahente, oritur ƒm genus affinitatis inter ƒm virum & vxorē cum posteris suis. mortua vxore & relicto illius cum alia cōtrahente oritur inter illam & sororem cum sua prole tertium genus affinitatis; & hoc designat auricula illa, relicta relictæ fratris. Idem dicas in alio latere arboris. nam sorore cōtrahente oritur primum genus affinitatis inter virū sororis & fratrem cū posteritate. mortua sorore & relicto ipsius cū alia contrahente, oritur inter illam & fratrem cum suis descendentibus secundum genus affinitatis. mortuo relicto sororis & relicta ipsius cum alio contrahente oritur inter illū & fratrē cum sua prole tertiū genus affinitatis. & hoc significat illa auricula in qua scribitur, relicta relicti sororis. ¶† Secundò notabis
18 q̄ super cellula illa, in qua scribitur, vxor fratris olim relicta, protenditur filium. s. in quo scriptum est, primum genus affinitatis, & reflectitur ad cellulam illam in qua scribitur, soror, & ab illa cellula soror producitur filum cum eisdem verbis, & reducitur ad eandem cellulam, vxor fratris, vt denotetur q̄ isti inter se sunt affines. Et eo. modo supes cellulā illā, frater, erigitur aliud filum habens eadem verba, s. primum genus affinitatis, & retorquetur ad illam cellulam, vir sororis. Itē ab illa cellula vir sororis, sumitur filium cū verbis eisdem, & reuoluitur ad illam cellulam, frater. ad ostendendum q̄ inter se sint
19 affines. ¶† Tertiò notabis, q̄ affinitas est proximitas personarum ex carnali commistione proueniens omni carens
20 parētela. ¶† Quartò not. q̄ affinitas nō orit ex nuptijs interdictis. vt ff. de gradibus. l. non facile. § sciendū est. Et in quatuor regulis, quatuor qōnibus, & quatuor notabilib⁹ exposita est arbor.

SVMMARIVM.

1 *Species quot sunt impossibilitatis coeundi.*
2 *Impedimēta perpetua coeundi, & quæ matrimonium dirimunt, quæ sint. & num. 5. 6. & 7.*
3 *Senex an possit contrahere matrimonium.*
4 *Matrimonium quod semel tenuit, nulla infirmitate maleficio, vel impedimento superueniente rescinditur.*
5 *Castrati matrimonium an sit nullum.*

Tria

6 *Tria bona matrimonij, quæ alibi appellantur substantia.*
8 *Impotentia coëundi qualiter probetur.*
9 *Vir si proclamat ad iudiciũ dicendo se frigidum & maleficiatum, & mulier dicit eum esse potentem, an iuramento viri credatur.*
10 *Muliere ad iudicium reclamante & dicente virum frigidum & maleficiatum, & viro hoc confitente, an sit dissoluendum matrimonium.*
11 *Matrimonium propter arctationem separatum, an sit reintegrandum, si alter reseratas seras eius.*

¶DE FRIGIDIS ET MALEficiatis. Rubrica.

TRactauimus.§.de quibusdã impedimentis matrimonij, sed quia impossibilitas coeundi impedit matrimoniũ; ideo subijcitur hic rubr. de frigidis & maleficiatis & in potentia coeundi. ¶Videamus igit̃ quot sunt species impossibilitatis, quæ impediant matrimoniũ, & quæ nõ. Itẽ quæ sint impedimenta ex parte viri, & quæ ex parte mulieris. Et qualiter pbetur impos-
1 sibilitas coeundi.¶†Species impossibilitatis duæ sunt. Impossibilitas.n.coeũdi alia naturalis, alia accidentalis. Sed & hæc substinguitur. Nã impotentia siue sit naturalis siue accidẽtalis, aut est perpetua, aut tẽporalis. Naturalis impotẽtia concundi triplex est. in viro frigiditas. arctatio in muliere vel aliud instrumenti impedimentũ à natura cõtractũ, vt j.eo.tit.c.ex literis. Defectus ætatis in vtroq;, vt est in pueris. Accidentalis impotentia prouenit propter duo, propter maleficium, Itẽ propter sectionem seu castrationem. quæ impedimenta in viris, non in fœminis, locum habent.
2 ¶†Perpetua impedimenta sunt frigiditas. Item arctatio, cui ope medicorum subueniri non põt. vt j.eo.tit.c.ex literis. & c.fraternitatis. Sectio seu castratio, maleficiũ quod deleri nõ põt. Temporale impedimẽtũ præstant pueritia. vt j.eo.c.quod sedem. & §.de despon. impu. quasi per to. & 30.q.2.c.1. Item arctatio cui subueniri põt ope medicorum. Item maleficium temporale. ¶Impediunt & dirimunt matrimoniũ vt impedimenta perpetua. Frigidus enim naturalis contrahere non põt, & si contraxerit non tenet matrimonium. vt j.eo. c.1.c.laudabilem. & c.literæ. & 33.q.1. c.1. & 2. Et in hoc casu non dicetur matrimoniũ contractũ dissolui, sed à principio non fuisse. vt in Auth. de nup.§.si verò col.4. Cum.n.duæ sunt causæ matrimonij, propter quas extitit institutũ. vt not.§.de sponsa.§.fuit. & nulla illarum subsit in frigido, meritò matri-
3 moniũ est nullum.†Et per hoc videtur, q. senex nõ possit contrahere matrimonium. Sed contra. C.de nup.l.sancimus. 27.q.1.c.nuptiarũ bonum. in prin. Nec ob.j.eo.c.quod sedẽ.ibi.n.loquitur de his impotentibus, qui perpetuò impedimento laborant. Senex autẽ si naturali calore destituatur, ope tñ medicorũ & virtute medicinarum poterit eius debilitas subleuari, & ad coitum roborari. ¶De maleficio autem sic teneas, q. si matrimonium præueniat, etsi perpetuũ impedit contrahendum & dirimit iam cõtractũ. vt 33.q.1.in pri. & c.si per sortiarias. Quidam tñ dicunt, illud.c.non tenere, quasi non sit aliquod maleficiũ perpetuũ, quod saltẽ per eũ, qui fecit, deleri nõ possit; & ita cum per opus humanũ subueniri possit nõ dirimit matrimoniũ, eo quod non sit perpetuũ vt j. eo.tit.c.fraternitatis, quicquid.n.ligatur solubile est. in Auth. de nup.§.nuptias. Sed contrarium est verum. põt.n. aliquod maleficium esse perpetuum, vt deleri non possit; puta aliquid datum est edendũ vel bibendum, vel mortuus est maleficus, vel perditum est maleficium, vel maleficus nescit delere; in his igitur potest locum habere.c.si per sortiarias. vnde stabunt simul vir & mulier per triennium, & operam dabunt ad carnalem copulam, quæ si interuenire non possit, separari debebunt. vt j.eod. tit.c.

tit.c.laudabilé.& in Auth.de nup.§.per occaſionem. Sed ſi vir poſt diuortium cognoſcat carnaliter aliam, non recon ciliantur priora concubina. vt in prædi cto c.ſi ſortiarias. in ſi.nã põt quis eſſe maleficiatus quo ad vnam, non tñ quo ad alias. ſecus in frigido naturali. Et hæc omnia habent locum, cùm malefi- cia præcedunt matrimoniũ. Cæterũ ſi ſubſequantur, non reſcindunt matri- moniũ ſiue ante maleficiũ fuerit cõſum

4 matũ, ſiue potuerit conſummari;†nul- la.n.infirmitate, vel maleficio, vel im- pedimento ſuperueniente reſcinditur matrimoniũ,quod ſemel tenuit. vt 31. q.7.c.illi qui.& q.5.c.horrendus. & c.ſi quis vxoré. niſi religione præueniente copulã carnalem, vt ſ.de conuerſ.coiu

5 ga.c.ex publico.¶†De caſtratis aũt dñt quidam,ꝙ caſtrati hoc eſt caſtè nati,id eſt frigidi contrahere non poſſunt; & ſi contraxerint, non tenet matrimoniũ, vt ſuperius dictum eſt. Si vero fuerint ſpadones id eſt, ſpata ſecti poſſunt cõ- trahere, in quibuſdam.n.matrimoniũ eſt humanitatis ſolaciũ. vt 27.q.1.c.nu- ptiarum. & ar. ad idem.33.q.5.c.quod deus.Sed verius eſt, ꝙ ſecti matrimo- niũ contrahere non poſſunt, nec valet contractũ,quia ex quo cognoſcere vxo- res non poſſunt,pueris aſſimilantur. vt

6 ĩ.eo.c.quod ſedé.¶†Præterea tria ſunt bona matrimonij, ples,fides,& ſacrm̃, quæ in matrimonio caſtrati locum non habent.vt 27.q.1.c.omne. Ité duæ ſunt cauſæ principales matrimonij. vt not. ſ.de ſponſa.§.cauſæ. quarum neutra in caſtratis inuenitur.Et ꝙ caſtrati matri monium nullum ſit probatur.ff.de iure do.l.ſi ſerua.§.ſi ſpadoni.Secus vbi ali- quis habet vnum teſticulum,hmõi ma- trimoniũ tenet,& ſic videtur poſſe intel ligi.l.ſed eſt quæſitum.§.ſpadoné.ff.de lib.& poſth.& ff.de ædi.edic.l.ædiles. §.officius. nã & hic militat.ff.de re mi- li.l.qui cũ vno. & propterea dicit lex. ſpandonum multa ſunt genera. vt ff.de

7 ver.ſigni.l.ſpadonum.¶†De arctatione verò teneas & obſerues, qđ legitur.ĩ. eo.c.fraternitatis. Quidã tñ dicunt,ꝙ arctatio matrimoniũ nõ diſſoluit, vt ĩ. e.ti.c.cõſultationi.Sed qđ ibi dicit,Ro mana eccleſia tñ conſueuit in ſimilibus iudicare, vt quas tanquam vxores ha- bere non poſſunt, habeant vt ſorores. ſubaudi conſueuit iudicare conſulen- do & mouendo,nõ diffiniendo vel ſen- tentiando. ¶Quid ſi vir generare non poſſit,vel mulier cõcipere,nunquid ma trimoniũ contrahere poſſunt? Reſpon- deõ ſic, nam quamuis in matrimonio taliũ vtraq; cauſa matrimonij locum non habeat,de quibus not.ſ.de ſpon.c. cauſæ; ſufficit tamen alterã non deeſſe.

8 ¶†Nunc videndum eſt de modo proba tionis, qualiter probetur impotentia coeundi.Et eſt ſciẽdũ, ꝙ ſi mulier di- xerit virũ ſuum frigidæ naturæ eſſe, vt coire non poſſit,& ſe matrem fieri vel- le adiecerit, ſtabit cũ illo vſq; ad trien nium,vt in Auth. de nup.§.ſi per occa- ſionem.ĩ.eo.tit.c.laudabilem. & ſi per tm̃ temporis data ad hoc opera coire non poſſit, fiet diuorcium. ſi tñ vterq; iurauerit cum ſeptima manu propin- quorum. vt 34.q.1.c.requiſiuit. & hoc appellatur verũ & iuſtũ iudicium. vt ĩ. eo.tit.1.c.laudabilé. Sed ſi poſt diuor- tium contigerit cum alia contrahere, reintegranda eſſent priora concubina. vt in c.requiſiuit.conuicto de periurio viro per contrariũ factũ.vt ĩ.eo.c.1. Et idem tempus ſeruabitur in maleficiato ad probandũ impotentiã coeuntis, niſi per minus téporis conſtare poſſit. vt ĩ. eo.ti.c.laudabilé.eo ſaluo ꝙ ſi propter maleficiũ ſeparetur matrimoniũ, ſi ſe- paratus cũ alia cõtraheret, non repare tur primũ matrimoniũ,vt in c.ſi per ſor tiarias in fine. Sed ſi mulier dicat virũ coire nõ poſſe, vir aũt dicat contrariũ, viri ſtandum eſt veritati. vt 33.q.1.c.ſi quis acceperit.niſi mulier velit ſe ꝓba- re virginé per aſpectũ corporis. vt ſ.de proba.c.propoſuiſti.Sed quid ſi dubite tur, an præcedat maleficium vel ſubſe- quatur matrimoniũ, ꝓſumetur ſubſecu tũ eſſe vt ar.C.de ædil. acti. l.3.De ar- ctatione,

ctatione, & sectione ꝓbabitur per aspe-
9 ctum. ¶†Sed pone, ꝙ vir proclamet ad iudicium dicens se frigidum vel maleficiatum. mulier e cõuerso dicit eum potentem & se ab eo cognitam, nunquid in hoc casu standum est iuro viri, eo ꝙ caput est mulieris? Rñdeo non, quia actor est,& actore non probante &c. vt 6.q.5.c. actor.ŝ.de causa possessio.c.cũ ecclesia.ŝ.de iureiu.c.vlt. & ei, qui dicit;incumbit probatio.ff.de probat.l.ei qui.Item timendum est,ne multi sic dicerent, si ad proprium iuramentum se crederent ab vxoribus separãdos. Item
10 fauor matrimonij repugnat. ¶†Itẽ mulierc ad iudicium proclamãte, & dicente virum frigidũ & maleficiatum & sic impotentem, & viro hoc confitente,timetur de colludio.vt ŝ.de eo q cognocõsan.vx.suæ.c.super eo.& ideo eis tantum non creditur,sed adijcitur septima manus propinquorum,vt ŝ.dictum est. nihilominus ergo creditur soli viro in qõne præmissa contradicente vxore.
11 ¶†Item quid si propter arctationem separatum sit matrimonium,& tandẽ mulier nubat alteri, qui referat seras eius, nũquid reintegrabitur matrimonium? Ad quod breuiter respondeo.si mulier non erat cognoscibilis primo, sicut secundo;puta quia diuersæ naturæ & conditionis homines erant, tunc non integratur. sed si cognoscibilis erat primo, cuius simili commiscetur, apparet sententiam diuortij per errorem latam,& ideo reintegrabitur matrimonium primum.vt ĵ.eo.c.fraternitatis.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum quod sit,& à quo fieri possit. & an matrimonium impediat.*
2 *Matrimonium quando interdicat ecclesia & quare,& nu.3.*
4 *Matrimonium clandestinum interdicitur. sed contractum tenet.*
5 *Viri vel vxores nunquid peccent exigendo debitum, vel reddendo in diebus solennibus vel in locis sacris.*

¶DE MATRIMONIO contracto contra interdictum ecclesiæ. Rubr.

POST impedimenta matrimonij quæ & cõtrahendum impediunt, & dirimunt iam contractum, agitur hic de quodam impedimẽto. quod & si impediat contrahendũ, non tamen dirimit iam contractum.& ideo subijcitur hic rubri.de matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ.¶Videndũ est igitur,quid sit interdictũ eccle.Quis illud facere possit. Quibus modis fiat.
1 Et quis sit interdicti effectus. ¶†Interdictum ecclesiæ in hoc casu est prohibitio contractus matrimonialis. ¶Tale autem interdictum põt epus facere, ad quem spectat cognitio cãrum matrimonialium,vt ĵ.de excess.prælа.c.accedentes. quia cum matrimoniũ sit magnum sacramentum in ecclesia Dei,vt ŝ.de biga.c.debitum.qõnes,quæ super matrimonijs mouentur, sunt ad epum deferendæ.vt 24.di.c. perlectis. si tamen de consuetudine approbata archidiaconi cognoscant de casib⁹ matrimonialibus, vt ŝ.de rest.spo.c.literas. vel archipresbyteri.vt ŝ.de consangui.& affi.c.ex literis. possunt & ibi prohibere aliquibus, ne simul matrimonialiter copulentur. ¶Aliqñ interdicit ecclesia gñalr matrimonium cõtrahi ex causa,tale interdictum impedit contrahendum, & dirimit iam contractum.vt 35.q.3.c.cõtradicimus. Aliquãdo interuenit ecclesiæ prohibitio simpliciter & sine constitutione. & illud interdictum non sufficit ad irritationem matrimonij, etsi cõtra interdictum facientibus pœnitentia imponatur,vt ĵ.eo.c 1.& 2. nisi subsit causa perpetua.& tunc matrimonium irritabitur non propter interdictum, sed propter causam. quæ si non subsit, & si contra interdictum contrahi non debeat,non tamen est cõueniens vt ob id solum sacramentum coniugij dissoluatur. vt ĵ.eo.tit.c.ex literis.in fin. ¶†In
2 summa notandum est,ꝙ tempore feriarum

rum nõ interdicitur contractus matrimonij quod solo consensu contrahitur. vt 27.q.2.c.sufficiat.quócunque. n. tempore potest matrimoniũ contrahi. vt s.de ferijs c.capellanus.Sed interdicitur solennitas nuptialis, vt ibidem.& 33.q.4.c.non oportet, cum sequẽtibus eo. ¶Interdicitur & traductio solennis, vt j.eo.tit.& q.ea.c.nec vxorem ducere. Addit frater Ray.in summa sua de copula carnali, forte inhærens canonib' dicentibus, q tempore orationibus nõ debet quis cognoscere vxoré suam. vt
3 33.q.4.per totum.† Sed tu dicas, q illud quandoque est præceptum, quãque consilium. Præceptum est, quòd illis diebus non cognoscat vxorem suam cã exercendę libidinis: nam cum priuatis diebus venialiter peccaret vir, ẽm nos taliter cognoscendo diebus solennibus peccaret mortaliter. Consilium verò est, vbi vult cognoscere causa ꝓlis, vel causa vitandę fornicationis. Et hæc oĩa intelligas in exigente. nã exactus quocunque tempore reddere debet. vt 27.
4 q.2.c.si tu abstines 33.q.1.c.2. ¶†Interdicitur & matrimoniũ clandestinũ, sed contractum tenet, saluis pœnis quæ imponuntur contrahentibus & proli. vt s. de clandestina despon.c.cum inhibitio.
5 ¶ Sed nunquid † peccant viri vel vxores exigendo debitum vel reddendo in diebus solẽnibus, vel in locis sacris? Ad quod rñdeo, quòd exactus semper reddere debet: nisi cautè & sine periculo adulterij possit differre, exigere aũt nõ debet. Vñ dicit apostolus. Nolite fraudari inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi. Et iterum. Reuertimini in idipsum ne tentet vos sathanas ꝓpter incontinẽtiam vestrã. Hoc aũt dico ẽm indulgẽtiam, nõ ẽm imperium. Et Augu.christiano cũ vxore sua aliquando licet conuenire, aliqñ non licet propter dies processionis & ieiuniorum; aliquando conuenire non licet, quia etiam à licitis abstinendum est, vt facilius impetrari possit quod postulatur. Item quotiẽscunque. aut dies natalis dñi, aut reliquæ festiuitates aduenerint, nõ solum concubinarum consortio, sed à proprijs vxoribus abstinẽdum; vt probãtur hæc 34.q.4.c.apostolus. christiano.& c.quotienscunque.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum genera quot sunt. & numero 2.3.& 4.*
2 *Filij legitimi qui sunt.*
3 *Filij legitimati qui dicuntur.*
4 *Filij naturales qui censeantur.*
5 *Filij naturales quibus modis legitimẽtur.*
6 *Legitimatus à Papa an admittatur ad omnia, ad quæ admittuntur alij legitimati.*
7 *Legitimare non est contentiosæ iurisdictionis sed voluntariæ, sicut manumittere, adoptare, & emancipare.*
8 *Legitimatus simpliciter à Papa & informa communi, an videatur legitimatus ad dignitates.*
9 *Legitimatus à Papa ad dignitates, an de episcopali intelligatur.*
10 *Filiationis probatio.*
11 *Filij vt legitimi nascantur, sufficit bona fides vtriusque coniugũ vel saltem alteris.*

¶QVI FILII SINT LEgitimi. Rubr.

TRactauimus s. de matrimonio & eius impedimento, sed quia proles est vnum de bonis matrimonij, vt 27.q.1.c.omne.& vna de causis, ꝓpter quas matrimoniũ est institutũ, vt no.s.de sponsa.§.causæ. Vñ subsequẽter & de filijs tractatur, & ideo ponitur hic rub. qui fil. sint legitimi. ¶Videamus itaque quot sunt genera filiorum. Qui filij sint legitimi, & q non. Et
1 qualiter illegitimi legitimẽtur ẽm ius canonicũ & ciuile. ¶ † Filiorũ quinque sũt genera. alij legitimi, alij legitimati, alij adoptiui, alij arrogati, alij natu-
2 rales. ¶†Legitimi filij sunt, q ex legitimis mrimonijs ꝓcreanẽ, vt Instit. de patria po.in princi. ff. de his q sui vl alieiur. sunt l.itẽ in potestatem.& l.filium.

Hi etiā dicuntur liberi.vt 32.q.4.c.liberi. Et hoc puto verum,siue matrimonium sit verum,siue putatiuum, dūmodo contrahentes solenniter contrahāt; & impedimētum ignorent.vt ī.eodem
3 c.cum inter Ioannem.† Legitimati sunt illi,qui illegitimi nascuntur, sed aliquo superueniente beneficio ꝓ legitimis reputantur.vt.ī.cod.tit.c.tanta.& vt in sequentibus dicam,de adoptiuis & arro-
4 gatis dixi.s.de cogna.legali. † Naturales sunt,qui ex concubinis nascuntur.vt 32.q.4.c,liberi. Vel subdistingue melius.Filiorū alij sunt legitimi nō naturales,vt adoptiui,& arrogati,Alij sunt legitimi & naturales,vt ex legitimis matrimonijs ꝓcreati,siue veris,siue putatiuis.vt superius dictū est. Alij sunt naturales & nō legitimi,vt nati ex cōcubinis indubitato affectu retentis; hi ab intestato succedunt parētibus vnà cū matribus in duabus vncijs.vt C.de naturali liber.Auth.licet patri. Alij spurij,vt nati ex dānato coitu; hi in nullo succedūt,imò nec pasci à parētibus debēt, vt ī Auth.quibus mod.na.effic.sui.§.antepenult.ī.cod.tit.c.per venerabilē in fin. 32.q.4.c.dicat. Sunt & alia genera filiorum.nam sunt alij spirituales, vt 30.q. 1.c.oēs.& q.3.c.1.& 2.Dicuntur etiam filij secundū legem veteris testamenti, qui ex ancillis & patronis de voluntate vxoris nascūtur.vt 56.distinct.c. Ismael & 32.q.4.c.recurrat.Et quod dixi s.ꝙ filij nati ex legitimis matrimonijs dicūtur liberi,fallit quia natus ex ancilla & seruo,vel ex ancilla & libero, quamuis matrimonialiter coniunctis,non tamen est liber.vt.32.q.4.c.liberi.& nihilominus verum est matrimonium inter seruos,vt s.de coniugio seruo.c.1.Item cōtingit quòd nati ex iustis nuptijs liberi non sunt,vt cùm aliqui casualiter in seruitutem rediguntur. vt not.s.de natis
5 ex libero ventre.§.casualiter. ¶ † Octo modis legitimantur filij naturales.Primo,si quis concubinam suam duxerit in vxorem,legitimatur filius naturalis,nō spurius.vt ī.cod.tit.c.tanta.& c.gaude-

mus. Secundò, si pater tradat filium naturalē seruitio curiæ ciuitatis, de qua ipse oriundus existit,vel curiæ ciuitatis metropolitanæ,vt Institu.de nup.§.vltimo.Tertiò,si pater naturalis filiam suam copulauit in matrimonio officiali curiæ ciuitatis,de qua ipse oriundus est, vel ciuitatis metropolitanæ.vt C. de naturali.li.l.4.Quartò,si ipse naturalis seipsum offerat,cum non supersit legitima proles.nam aliàs non liceret ei se offerre,& sic liceret patri seipsum offerre.vt in Auth.qui mo.na.effi.sui. §.& iste modus.col.7.Quintò si pater deficiente legitima prole & matrimonio quo impedimento cum concubina offerat preces principi, & princeps eas admittit.vt i Auth.qui.mo.na.effi.sui. §.illud.col.7.Sextò, si pater in suo testamento dixerit naturales legitimos, vt in Auth.quib.mo.na.effi.sui.§.si verò nec.coll.7.Septimò,si pater in instrumento publico vel ꝓpria manu confecto habente subscriptionem triū veraciū testiū dixerit naturales legitimos. Octauò,si vni ex filijs præbuerit hoc testimoniū. nam hoc sufficit alijs ad legitimationem vt in Auth.vt liceat matri & auiæ.§.ad hoc.col.8.Est & nouus casus legitimandi, cū papa legitimat ali-
6 quem. ¶ Sed † cùm per superiores modos legitimati admittantur ad actus legitimos & successionem,nunquid legitimatus à papa admittetur ad prædicta? Ad hoc dixerunt quidam,ꝙ papa non habet potestatē legitimandi quo ad actus seculares & successionem. sed eo ipso ꝙ quis legitimatur ab eo in spiritualibus, legitimari videtur in temporalibus.ne sit absurdum ꝙ legitimatus ad spiritualia,illegitimatus ad temporalia censeatur.arg.ad hoc.ff.de interdic. & relega.l.relegatorū.§.vlti.ff. de senat.l. q indignus.ff.de ser. expor. l.cui pacto. Is igitur,quē papa legitimat,intelligitur legitimatus ad temporalia per consequentiam quādam.vt ī. eodem titulo c.per venerabilem. quædam enim per consequentiam obtinemus.

mus. vt ff. de pœ. l. moris. in princip. C. si aduersus transa. l. 2. C. de dila. l. si qn. C. de tempo. in integ. restitut. l. petendæ. Nec mireris, nam quamuis papa non exerceat iurisdictionem cōtentiosam in temporalibus, præterquam in casibus. vt s. de app. c. si duobus. supra de iudi. c. nouit. j. eod. c. causam quæ.
7 †Legitimare tamen non est contentiosæ iurisdictionis, sed voluntariæ, sicut manumittere, adoptare, & emancipa-
8 re. vt ff. de offi. procons. l. 2. & 3. ¶†Sed quæritur an videatur legitimatus ad dignitates is, quem papa simpliciter legitimat, & in forma communi. Respon
9 deo non. ¶†Item quid si ad dignitatem legitimet, nunquid de episcopali intelligitur? Videtur q non, hęc enim indulgentia ad episcopatus vel archiepiscopatus non solet extendi, sed ad personatus alios & dignitates minores vt arg. s. de concess. præbend. vel ec. c. dilectus filius. nam & citra episcopatum sunt aliquæ dignitates. vt s. de fi. presbytero. c. nimis. ad quas intelligo per indulgentiam huiusmodi dispensatum; quia hęc indulgentia odiosa est, cùm deroget iuri communi; & ideo restringenda. vt ff. de libe. & posthu. l. cum quidam. & s. de cōsa. & affi. c. q dilecto. & s. de trans
10 lat. præla. c. licet. ¶ † In summa notandum est, q ad probandam filiationem prodest parentū professio. vt ff. de probat. l. etiam matris. ff. de libe. agno. l. 1. §. Iulianus. j. eo. c. per tuas. ff. de proba. l. vlt. Item affectio. vt s. de præsump. c. afferte. C. de rei vx. ac. l. 1. §. si verò. 33. q. 3. c. ea vindicta. C. de inoffic. testa. l. si mater. ff. de ritu nup. l. non solum. Hæc præsumptionem inducunt pro filio, nec tamen ad successionem sufficiunt. vt C. de testa. l. neq; professio. & l. si pater & C. de proba. l. non nudus. Sicut & è conuerso, si pater filium negat, patris negatio præsumptioné inducit contra filiū, non probationé. Vnde negationi non statur, vt ff. ad carboni. l. 1. §. si quis. ff. de lib. ag. l. 3. ff. de inoff. testa. l. si insti-
11 tuta. §. 1. ¶Item nota † q quantum ad hoc, vt filij legitimi nascantur, sufficit bona fides vtriusq; cōiugum, vel saltim alterius, vt. s. credat matrimoniū fore legitimum, vt j. eo. tit. c. ex tenore. Quidam tñ dixerūt, q si alter parentū sciat impedimētū matrimonij, & alter ignoret, filius natus ex his legitimus erit quo ad ignorantē, illegitimus quo ad successioné scientis impedimentū arg. ad hoc 32. q. 2. c. solet queri & c. aliqñ. C. sol. ma. l. si ignorans. C. de incestis nup. l. qui contra. ff. de tributo. l. 3. Sed hoc non placet. nam hoc monstruosum esset aliquē pro parte fore legittimū, pro parte illegitimum, vt j. eo. tit. c. venerabilem. Sicut alibi lex dicit, absurdum esse si aliquis dicatur partiū liber, & partim seruus. vt ff. de liber. causa. l. si duobus. Sed verius est, vt dicat, q si ambo parentes ignorāt vitiū, vel alter, locū habet quod primò dixi; sed si ambo scirent impedimentū matrimonij, vel ignorarent & clā cōtraherent non facta denunciatione in ecclesiā, tunc asfectatores ignorantiæ videntur, & eorum ignorantia filios non excusat, vt s. de clandesti. despon. c. cum inhibitio. Quod intelligas esse verū, cū matrimonio inest impedimentum cognationis, vel alicuius pximitatis, eo q illa inhibitio dicit. si quis verò hmōi clandestina vel interdicta coniugia inire præsumpserit in gradu prohibitio ét ignoranter, proles de tali coniunctione suscepta prorsus illegitima cēseatur. ¶Cęterum si alter contrahentiū sciat impedimentū alterius quo ad matrimoniū contrahendum, & nihilominus cum eo solenniter cōtrahat, solennitas vitium abolet; vnde matrimonium erit legitimum, & proles legitima & libera, dummodo mater nō sit ancilla, vt s. de coniugio seruo. c. proposuit. vt s. de natis ex libero ven. c. vno. vt s. de seruis non ordi. c. dilectus. Sed si alter conditioné alterius ignoraret, & clā contraheret, adhuc puto prolē nasci legitimam, ar. ff. so. ma. l. si cum dotem. §. vl. non obstante prædict. constitutione. cum inhi-

 bitio

bitio quæ loquitur in impedimento cognationis, vt dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Querela in officiosi testamenti dicitur mista inter ciuilem & criminalem.*
2 *Matrimonium accusare qui possunt.*
3 *Extranei an admittantur ad accusandum matrimonium.*
4 *Repulsus ab accusando matrimonium, an admittatur ad denunciandum.*
5 *Parentes an admittantur ad testificandum in quæstione matrimoniali.*
6 *Mariti ius de accusando adulterium in quibus constat.*
7 *Absens per scripturam matrimonium accusare non potest.*
8 *Accusare matrimonium ex quibus causis quis repellatur.*
9 *Accusatio non habet locum in contrahendo matrimonium.*

¶QVI MATRIMONIVM accusare possunt. Rubr.

HActenus tractauimus de matrimonijs & eorum impedimentis, nunc de diuortijs tractaturi, quia diuortiũ accusatio solet præcedere, de accusatione matrimonij pmittamus; & ideo subijcitur hic rubr. qui matrimoniũ acc. poss. vel in ipm testificari. ¶Videndũ est igitur, qui matrimonium accusare possunt. Et qui in ipsum testificari valeãt. Et qualr accusatio sit facienda. ¶Vnũ tñ præmitto, q̃ ſm iura canonica & in foro ecclesiastico impropriè dicitur accusatio. qm̃ hmõi petitio vel actio, etsi de crimine fiat, non tñ est criminalis; sed quasi mista inter ciuilẽ & criminalẽ. vt š. de proc. c. tuæ.

1 † Sic & querela inofficiosi testamenti dicitur mista inter ciuilẽ & criminalẽ. vnde plerunq; vocatur querela. vt ff. de inof. te. l. 1. co q̃ qui querelã proponit, petitionẽ hæreditatis exercet. vt ff. de inoff. test. l. quę de inofficioso. Aliqñ dicitur accusatio, vt C. e. ti. l. cum qui. Sic & contra consecrandum excipitur. & si de crimine excipiatur, non est tamẽ qđ criminalis; vnde in his casibus interuenit procurator, etsi per principales secutius procedunt. vt š. de procur. c. tuæ. Ĵ. de accu. c. super his. & de hac materia plenius tractaui supra de proc. §. danš.

2 † Pñt accusare matrimoniũ soli viri, & non alij. vt cum agitur de aliquo perpetuo impedimento, qđ peccato subiectũ nõ est, puta de frigiditate naturali, maleficio, vel arctatione. nõ enim interest aliorũ hoc agere, nisi eorũ qui cum aliquo ex impedimentis superioribus sunt coniuncti, & in tali coniunctione constituti non peccant; vnde consulitur, vt si quis non possit habere coniugẽ vt vxorem, saltẽ habeat vt sororẽ. vt 3. q. 2. c. requisisti. supra de frigidis & male. c. consultationi. Et idẽ puto, vbi error conditionis alterius effectũ matrimonij impediuit. Nã & tunc nullus impetere põt matrimonium tale, nisi is qui deceptus existit, vel alius ipsius nomine, q̃ si sciẽs conditionẽ alterius semel consenserit, tollitur actio. vt supra de coniu. seru. c. ppositũ. Itẽ vbi agitur ad separationẽ mutuæ seruitutis pp adulteriũ ab altero commissum, solus maritus vel sola vxor agere põt. nulli⁹ alterius interest, nisi illius torus maculatus est, nam viri adulteriũ ẽt vxorẽ coinquinat, & ẽ conuerso. vt 32. q. 1. c. in cõiugio. Põt & dissimulare si velit, dummõ cõiunx in adulterio nõ persistat, quia tũc secus. vt 32. q. 1. c. si quis. & in alio. c. si quis vxorẽ. Põt & remittere adulteriũ iam cõmissum. vt supra de iureiu. c. quẽadmodũ. imò & post diuortiũ põt sibi adulterũ recõciliare. vt 32. q. 1. c. q̃ autem. supra de conuer. coniu. c. gaudemus. C. ad le. Iul. de adul. auth. sed hodie. Sed si agatur de consanguinitate, vel affinitate, seu de cognatione spũali, vel publicæ honestatis iustitia; quia hmõi coniunctiones nephariæ sunt & coitum incestuosum inducunt, licet viro vel vxori matrimonium accusare, licet & parentibus, qui si defuerint pximiores, admittuntur. 3

3 tútur.† Et est ratio, quare isti extraneis præferantur, quia parentes & proximi suã genealogiam tum testib⁹ & chartis, tũ ex recitatione maiorũ, scire laborent, vt j.co.ti.c. videtur. Et q parentes præferantur extraneis, in hoc casu probant leges. ff. ad le. Iul. de adul. l. 1. §. vlt. & l. si maritus. quibus cessantibus accusare, extranei admittuntur, aliàs non. vt C. ad le. Iul. de adul. l. quamuis. licèt enim hæc actio vel accusatio sit popularis, vt j. eo. c. cum in tua. tñ repellitur quis ab accusando propter turpitudinẽ quæstus. vt j. co. c. significante. Item & si suspectus habeatur, eo q præsens fuit tẽpore denunciationis, & cùm sciret impedimentum tacuit. vt j. co. tit. c. cum in tua. Olim præscriptio. 20. vel. 18. annorum repellebat accusatores matrimonij, hodie verò cõiuncti taliter nulla longinquitate defenduntur annorũ. vt s. de consang. & affinita. c. nõ debet in fi.

4 † Sed nunquid is, qui repellitur ab accusando matrimonio, admittetur ad denunciandum? Rñdeo videtur quòd sic ad denunciationem canonicã, quæ attenditur circa peccatum committendum: nam ad illã quilibet vt s. de cog. spiri. c. tua. ad quam admittitur etiã is qui accusare non potest. s. de iureiur. c. quemadmodum. in fi. In qua qualiscunque noticia sufficit. vt 22. q. 5. c. hoc videtur. in qua turpido propria non obsistit. vt s. de spon. c. præterea. quã iuramentum præcedens non impedit. vt 13. dist. c. nerui. Ad quã si quis se iuramento astrinxerit non faciendam, iuramentum temerarium reputatur. vt in prędicta decretali. quemadmodum. Hæc in denunciatione euangelica, quæ circa peccatũ commissum attenditur, non cõtingunt. vt notabo de ea j. de accu. c. inquisitioni. Puto tñ q is, qui ab accusando repellitur, ad denunciandũ non admittatur. ne per vnam viam expulsus ingrediatur per aliam, quod esse nõ debet. vt s. de procu. c. tuæ. ff. pro socio. l. ideoq;. ff. de cõditioni. instit. l. quæ sub conditione.

5 ¶† Itẽ quæritur, an in qõne matrimoniali admittãtur parentes ad testificandũ? Rñdeo si quæratur an matrimoniũ contractũ stare possit, vel nõ, ratione cõsanguinitatis vel affinitatis admittantur. vt j. eo. tit. c. videtur. 35. q. 6. c. 1. Idem si agatur de cõtrahendo, & ad impediendum ne contrahatur opponatur cognatio in casu, quem habes j. cod. tit. c. cum in tua. Si vero agatur, an matrimoniũ sit contractũ, an nõ, tũc locum habet dic. dec. j. de test. c. super eo. Probatio aũt corum, qui super consanguinitate vel affi. testificantur, fieri debet cũ iuraméto duos articulos cõtinente, vt dicant ita se à maioribus accepisse, & credere ita esse. vt s. de testi. c. quotiens Hodie tñ necessariũ est, q is, qui testificatur super gradibus parentelæ, viderit aliquos in aliquo gradiũ cõstitutos. vt s. de testi. c. licet ex quadam in fi. ¶ Cũ igitur ad diuortiũ pp adulteriũ & si forsan oporteat agentẽ inscribere, vt designet in scriptis nomẽ, locũ, & tps, & omnia quæ cõprehẽduntur. 2. q. vi. c. libellorũ. ad talionẽ tñ non debet se aliquatenus obligare. ne forte cũ in probatione defecerit, intẽtionis suæ consequatur effectum. vt s. de procu. c. tuæ. Põt tñ maritus accusare vxorẽ de adulterio iure tñ mariti j. 60. dies computandos à tpe diuorcij. vt ff. de adul. l. is cuius. Sed iure extranei ẽt post hos dies, dum tñ non excesserit quinquennium. vt ff. ad l. Iulij. de adul. l. mariti. §. præterea. sed ad tori separationem ẽt post illud tempus auditur. vt 33. q. 2. c. admonere.

6 ¶† Ius aũt mariti seu priuilegium j. 60. dies, in quatuor cõsistit. Primò, quia ex sola suspitione adulterij ream facit vxorẽ, vt 4. q. 4. c. nullus §. aliqñ. C. de adul. l. quãuis. j. de adul. c. maritis. Quod intelligo in suspitione vel præsumptione violenta. vt 32. q. 1. c. dixit. s. de præsumpto. c. literis. Secũdò, quia præfertur alijs volẽtibus accusare. vt in prædicta l. quãuis. & ff. eo. ti. l. si maritus. Tertiò, qa non inscribit, saluo eo quod dicit illa decre. tuæ. s. de procu. Nouo tamen iure, cum maritus

agit

agit ad pœnam legalem in foro secula-ri cõtra vxorẽ inscribere tenetur. vt in Auth. vt liceat matri & auiæ. §. causas. Quarto quia de calumnia nõ punitur. nisi euidens sit calumnia. vt C. de adul. l. iure mariti. ff. eod. tit. l. is cuius. §. vlt. sed f'm canones non videtur, ꝙ pœna talionis locũ habeat siue criminaliter agatur. vt 33. q. 5. c. hæc imago. siue ciuiliter. vt s. de procu. c. tuæ. Vbi aũt de perpetuo impedimento agitur siue a coniugibus siue ab extneis, simpl'r petitio formanda est, vel petitio facienda, vt denuncietur matrimoniũ nullum, &
7 coniuncti nepharie separentur. † Per scripturã aũt absens matrimoniũ accusare non põt vt j. eo. tit. c. à nobis. 2. q. vlt. c. per scripturã. nec denũciare, vt j.
8 de accus. c. inquisitioni. ¶ † Repellitur aũt ab accusatione qui pñs fuit tpe denunciationis, & sciens impedimentum tacuit, pręterq̃ si ex legitima cã ad eum nõ potuit denunciatio peruenire. vt j. eo. ti. c. cũ in tua. vel si timens probatione destitui non accusauit vt 2. q. 7. c. plerisq́; vel nisi ideo tacuit, quia vidit aliũ accusantẽ, quem vult docere præuaricatum fuisse. vt ff. de præuari. l. 2. Sunt & aliæ causæ, pp quas repellitur quis ab accusatione matrimonij, quę sunt gñales, & cões in omnibus accusatoribus: & prosequentur hæ j. de accusa.
9 ¶ † In summa notandũ est, ꝙ in matrimonio contrahendo nõ habet locũ accusatio; non. n. accusari põt quod nondũ existit. vt s. de despon. impu. c. ad dissoluendũ. sed habet locũ denunciatio. Item sponsalia de futuro contrahenda leuiter impediuntur, vt si dicatur illam, de cuius spõsalibus agitur, a cognato futuri spõsi fuisse præcognitã. nã stabitur in hoc simplici assertioni sic dicentis. Sed post spõsalia contracta per hoc non impeditur matrimonium contrahendum, nisi probetur saltem per famã loci. vt s. de consangui. & aff. c. super eo. Sed ad separandũ matrimoniũ iam cõtractum necessariũ esset, hoc legitimè ꝓbari, vt s. de co. q cogni. cõsan. vx. suę. c. de illo,

SVMMARIVM.

1 *Diuortium quid sit, & vnde dicitur.*
2 *Diuortium ex quibus causis fiat.*
3 *Matrimonium quod semel tenuit consummatum, non dirimitur nisi morte.*
4 *Diuortium in quibus casibus non est permissum.*
5 *Maritus an teneatur reddere debitũ vxori pendente accusatione de adulterio.*
6 *Maritus an post sententiam diuortij possit adulteram sibi reconciliare inuitam.*
7 *Differentia fornicationis carnalis a spirituali.*
8 *Diuortium fit propter contumeliam creatoris. & nu. 11.*
9 *Matrimonium quãdo dicatur claudicare.*
10 *Probatio quando fienda ꝙ infidelis non vult cohabitare fideli, vel cohabitans blasphemat vel trahit fidelẽ ad mortale peccatum.*
12 *Matrimonium aliud initiatum, aliud ratum, aliud consummatum.*
13 *Vxor separata per sententiam à viro propter fornicationem, an si vir fornicatur, possit illum repetere.*
14 *Coniuges si fornicantur vnus spiritualiter & alter carnaliter, nunquid hinc inde compensatio fiat.*
15 *Vir qui occultè adulteratur an possit vxorem manifestè adulterantem accusare, & dimittere sine peccato.*
16 *Adulter vel adultera dignè de adulterio pœnitens an possit accusantem repellere.*
17 *Diuortij sententiam quis ferre possit.*

¶ DE DIVORTIIS. Rub.

Dictũ est s. de accusatione matrimonij. sed qa accusatione præcedente & legitima cã probata solet fieri diuortiũ, idcirco post tractatũ de accusatione matrimonij subijcit hic rubr. de diuor. ¶ Videamus igit' q d sit diuortiũ. Quis possit ferre sententiã
1 diuortij. ¶ † Diuortiũ est viri a muliere, vel mulieris a viro legitima separatio. Legitima ideo dico, qa quos Deus cõiunxit, homo non separet, s. violenter sine

sine lege absq; ratione. Non.n.hō sepa rat, quos pœna damnat, quos reatus ac cusat, quos maleficiū coarctat vt 32.q. 2.c.quos deus.¶Dicitur aūt diuortiū a diuersitate mentiū; quia hi, qui matrimoniū distrahūt, in diuersas ptes eunt.
2 vt ff.de diuor.l.1.¶†Plures sunt causæ diuortij sm iura ciuilia. vt in Auth.de nup.§.per occasionem. & in Auth.vt li. ma.& auiæ.§.quia vero. sed dicimus iu ra illa nō tenere.& idē dico in omnibus alijs legibus, ex quibus habetur diuortia seu repudia fieri posse, præter causas canonicas, quas inferius prosequemur. Nā matrimonia iure poli non iure fori reguntur.vt 2.q.3.§.hinc distinguendū. ¶Duæ verò sunt causæ legitimæ, pter quas fit diuortiū quo ad torū & mutuā seruitutē.non quo ad fœdus seu vincu-
3 lū matrimoniale;†quia si semel teneat & matrimoniū fuerit consumatū, nō dirimitur nisi morte vt 32.q.7.c.interueniete diuortio.& c.licitè. in Auth.de nup. §.deinceps.s.religio & fornicatio. De religione diximus satis.s.de conuer.cō iu. Fornicatio aūt, propter quā pōt fieri diuortium, duplex est. corporalis &
4 spiritualis.†Ob fornicationē corporalem licitè dimittitur vxor, vel vir. vt 32.q.1.c.dixit dominus. & q.7.c.licite. Hoc tn̄ fallit in 7.casibus. Primus est, si & is qui agit, de fornicatione conuincitur. vt 32.q.6.per totū.j.eo.tit.c.significasti. tunc.n.mutua crimina pari compensatione delētur, vt in præallegatis. iuribus.vt j.de adul.c.intelleximus, vt ff.so.matr.l.viro atq; vxore.ff.de adul. l.si vxor.§.si iudex. Secundus, si vir vxorem prostituat.vt s.de eo qui cog.consangui.vx.suæ.c.discretionē. Tertius, si mulier credens maritū mortuū, nubat alteri. quam maritus rediēs tenetur recipere sine fornicationis exceptionē, vt 34.q.3.c.cùm per bellicā. Quartus, si quis falso simulans se maritum, lectū illius intrauit, & cognouit vxorē. vt 34. q.2.c.in lectū. Quintus si mulier fuerit vi oppressa. vt 32.q.5.c.proposito. qđ intelligo in vi absoluta, non in cōditionali.omnes.n.causationes apostol' amputauit. vt 32.q.7.c.oēs causationes. Sextus, qn maritus reconciliat sibi vxorem adulterā, vel eā publicè adulteratem retinet nihilominus in consortio maritali. vt 32.q.1.c.1.& 2.& 3.& C. ad l.Iul.de adul.l. crimē adulterij. Septim', licet rarò occurat, est ille quē po-
5 nit finis decre.j.eo.c.gaudemus.¶†Sed quæritur si maritus accusat vxorem de adulterio, durāte accusatione vxor petit debitum, nunquid vir tenetur reddere, & si voluntarius reddet, nūquid sibi præiudicium parat, & irregularis efficitur? Ad quod rn̄deo. si notoriū est mulierem adulterium commisisse, vir nec exigere debet debitū nec reddere, nec mulieri restitui. vt j.eo.c.significasti. ut si vir fuerit fornicatus, vt ibidē. & vt supra dictū est.§.primus, Si aūt voluntarius exigat vel reddat debitū, & sibi præiudicium parat. vt ar.s.de coniu.ser uo.c.propositū.& irregularitatē incurrit.34.di.c.si cuius vxorem.& 32.q.1.c. 1. & c. si quis vxorem. Si verò adulteriū mulieris non sit notorium, vir non exiget, sed reddet exactus; quia ante sententiā non debet vir priuare vxorē suam iure suo, vt j.e.tit.c.porro & s.vt lit.pen.c.laudabilem. & 8.q.4.c.nō ne.
6 ¶†Item quæritur an maritus pōst sententiam diuortij possit adulteram sibi recōciliare inuitam? Videtur q̄ sic. arg. C.de legi.& cōsti.l.quod fauore. Item innocens non priuatur iure quod habet in persona nocentis. sed ē cōuerso. vt C.ad.l.Iul.de adul.auth.sed hodie. nec sententia proderit mulieri, contra quam lata est. vt ff.de excep.rei iudi.l. euidenter.nec pœna præstabit immunitatem. vt ff.de interdic. & relega.l.relegatorum.§. vlti. Contingit & alias, q̄ vnus coniugum habet seruitutem in altero, altero ammittente. vt supra de conuer. coniug.c.quidam intrauit. 27. q.2.c.qui dormierit. Itē nisi vir posset reconciliare inuitam vxorem, daretur mulieribus occasio fornicandi. Nā aliquæ hodie habētes maritos fornicarentur

tur, vt sic separatę à viris nunquã cohabitarent eisdem. sed tollenda est materia fornicandi, vt ĩ.eo.tit.c.quanto. in fi. Pro muliere aũt facit sententia, cui standũ est, nisi per superiore fuerit reuocata. vt 6.q.4.c.quod semel. contingit aũt casualiter, ꝙ sententia quodam modo prodest ei, contra quẽ lata est; vt si plures sint rei debẽdi insolidũ, fertur sententia contra omnes, iam ex re iudicata non põt insolidũ agi aduersus singulos, vnde si vnus parte soluit, liberatur. vt ff. de re iudi. l. Paulus. 2. Puto in q. præmissa virũ posse reconciliare vxorem ẽt inuitam. ¶ † Est & fornicatio spiritualis; quia non solũ mechatio est illius, qui carnẽ suam coinquinat, sed ẽt qui simulachrũ facit. vt 28.q.1.c.nõ solum. Differt aũt fornicatio spiritualis à carnali in quattuor. Nam carnalis semel commissa sufficit ad diuortiũ inducendũ; spiritualis nõ, nisi is qui fornicatur in fornicatione perfistat, & nõ pœniteat vt in prædicto c.nõ solũ. Item pp fornicationẽ spiritualẽ aliqñ soluitur matrimonium ipso iure, vt cum contractum est matrimoniũ inter duos infideles, vnus conuertitur, alter persistit in fornicatione spũali, nec vult cohabitare; vel vult, sed cũ contumelia creatoris, vel saluatoris, vel vt cõiugẽ trahat ad mortale peccatũ, vt ĩ.eo.c.quanto. 28.q.2.c.si infidelis. Itẽ consulitur innocẽti cohabitare fornicãti spiritualiter, vt 28.q.1.c.iam nunc. & c.sic.n. sed in fornicatione carnali prohibetur. vt 32.q.1.c.1.2.& 3. Itẽ si is, qui spiritualiter fornicatur, ad fidẽ redeat, alter cõpellitur conuersum recipere, & sibi reconciliare in casu quem habes ĩ.eo.ti. c.gaudemus, in fi. quod in fornicatione carnali non cõtingit. põt.n. innocens si vult sibi reconciliare fornicantẽ carnaliter, sed nõ cogitur. vt 32.q.1.c.de benedicto. Et ꝙ proximẽ dixi fidelẽ cogi reconciliare conuersum, intellige verũ esse, si fidelis ab infideli nõ recessit iudicio ecclesię, alioquin secus, vt ĩ.eo.ti.c. de illa, sm quã intelligi põt finis illius decre. gaudemus. Vel dicas indistincte compelli, vt dicit illud.c.gaudemus. ad quod trahitur hodie decre. illa. Et intelligo, ꝙ matrimonium reconciliatũ erit nouũ matrimoniũ, vt probatur. ĩ. eo.c.gaudemus.§.quod si conuersum. Nec mireris, ꝙ quis ad nouum matrimonium compellatur; hoc.n. contingit fauore religionis; contingit hoc idẽ & aliàs. š.de eo. qui du. in ma. quam pol. per adul.c.propositũ. ĩ.de adul.c.1.36. q.2.c.tria. Et in casu pmisso is, qui reconciliat sibi conuersum, nõ contrahet bigamiã; quia etsi secundò contrahat, non tñ contrahit cum duabus, nec diuidet carnẽ suam in plures. ¶ † Fit igitur diuortium propter contumeliã creatoris, quia cõtumelia creatoris soluit ius matrimonij in eo, quod relinquitur. vt ĩ.eo.tit.c.quanto. & 28.q.2.c.infidelis. Sed & nihilominꝰ in eo, qui relinquit; matrimoniũ.n. quo ad substantiã claudicari non potest. nam si est matrimoniũ, oportet vt sit inter duos. vt ex diffinitione matrimonij probatur, vt notatur. š.de spon.§.sequitur. Quamuis videatur quibusdã respectibus claudicare, quia qñ vnus tenetur ad seruitutẽ, alter nõn, š. de conuersi.coniu.c.quidã intrauit. š.de eo qui cog. cõsangui. vxo. sue. c.transmisisse. ¶ † Item & alio respectu dicitur matrimoniũ claudicare, qa vnꝰ tenet ad mrimoniũ cõtrahendũ, alter non, vt š.de eo. qui duxit in ma. quã pol. per adul.c.propositũ. š. de despon. impube. c.cõtinebatur. & c.de illis. & ĩ. de adul.c.1.36.q.2.c.tria. Sed quo ad essentiam, sicut dixi, claudicare nõ põt. Dicitur aũt matrimonium solui circa eũ qui relinquitur, hoc est circa fidelẽ; qa ille solus cõtrahit sine peccato in tribus casibus, s. cum infidelis qui in infidelitate remansit & non vult cohabitare conuerso ad fidem, vel vult non tñ sine cõtumelia creatoris, vel vt trahat fidelẽ ad mortale peccatũ. Alter aũt qui in matrimonio peccat odio nominis christiani sine peccato non cõtrahit, vel ecclesia nõ curauit dicere de infideli; qd enim

enim ad nos de his qui foris sunt, vt 2. q. 1. c. multi. & ideo dixi tñmodo de fi-
10 deli. †Sed qualiter de hoc fiet fides, ꝙ ĩfidelis nolit cohabitare fideli, vł cohabitans blasphemet, vel trahat fidelẽ ad mortale peccatum? Rñdeo per testes, & propterea vt de secũdo matrimonio dubitari nõ possit, laudo fideli vt testes adhibeat cũ infidelis requisitus cohabitare recusat, vel cum cohabitans blasphemat, vł trahit ad mortale peccatũ. Alioqui si de secundo matrimonio cõtingeret dubitari, deficeret nõ ius, sed probatio. vt ff. de testa. tu. l. duo sunt Ticij. & probatione deficiẽte ecclesia militans, quæ qñq; fallit & fallitur, vt j. de sententia excom. c. à nobis. iudicaret ẽm probata. vt no. simile supra de clandest.
11 desponsa §. ideo aũt †Quod autẽ dixi matrimonium solui contumelia saluatoris, locum habet in matrimonio contracto inter duos infideles. quod & si sit verum, non tñ est ratum. verũ ideo est, quia matrimonium est apud omnes gentes, in Christo enim Iesu neq; liber neq; seruus est a sacramentis ecclesiæ remouendus, vt s. de coniugio seruorũ. c. 1. Ratum, idcirco non est; quia dissolubile in tribus superioribus casibus.
12 Vnde matrimonium aliud iniciatum, aliud ratum, aliud consũmmatũ. Iniciatum per consensum. Ratum hoc respectu, quia indissolubile, quia cõtractum inter fideles quod non soluitur nisi in casu religionis, vt s. de conuer. coniugati. c. ex publico. Et dicitur ratum, ad differentiam illius matrimonij, quod inter infideles contrahitur. vt superius dictum est. Aliud cõsũmmatum, s. per carnis copulam. Dicitur autem consũmmatum, id est perfectum & completum quibusdam respectibus, quia non licet alteri intrare religionem altero inuito, & propter quasdam significationes matrimonij consummati, vt not. de hoc. s. de
13 biga. §. quattuor. ¶Sed †quæritur, pone ꝙ vxor separetur per sententiam a viro propter fornicationem spiritualem vel carnalem, postea vir similiter fornicatur, nunquid mulier potest virum repetere cum effectu, sententia non obstante? Videtur ꝙ sic, ar. s. de iureiu. c. tua nos, il 2. j. de adulte. c. intelleximus. & quia mutua crimina &c. vt no. s. eo. §. primus. Sed contra, sententia bene lata nõ retractetur vt 6. q. 4. c. quod bene semel diffinitum est. Item mulier per sententiam seruitutem amittit, quã habebat in viro; vnde seruitus amissa non renascitur. vt ff. de solu. l. Stichum. §. aream. Itẽ & si exceptio criminis tollatur per replicationem criminis, vt s. eo. c. significasti. & in prædicta decre. intelleximus. & 32. q. 6. per totum. exceptio tñ rei iudicatæ per subsequens crimen nõ tollitur. In hac quæstione scripsit frater Ray. in summa sua se credere, ꝙ ecclesia ex officio suo compellere debeat virum ad vxorem redire. arg. j. eo. tit. c. ex literis. Puto tamen contrarium, vt j. eod. tit. c. de illa. s. de conuer. coniug. c. vltimo. Nec ob. illud. c. ex literis. nam ibi non fuit facta segregatio per sententiam, sed per prouidentiam ad tempus, vt interim episcopus inuestigaret, an ex colludio mulier cõfiteretur adulterium; vnde postea detecto colludio segregatio reuocatur seu
14 finitur. ¶†Sed pone quòd vnus coniugum fornicatur carnaliter, alter spiritualiter & ante sententiam, nunquid fiet compensatio carnalis & spiritualis fornicationis? Videtur ꝙ sic. nam istæ fornicationes & similes sunt, & idẽ operantur quo ad diuortium. vt 28. q. 1. c. idolatria & c. iam nunc. & multo fortius idem operari debent quo ad reconciliandum, quia proniores debemus esse ad coniugendum quàm ad separandum ar. s. vt lite non contest. c. 1. in fi. Sed contra. istæ fornicationes diuersarum specierum sunt, & res diuersarum specierum in compensationem non veniunt; quia species cum quantitate non compensatur. vt ff. de pigno. act. l. si conuenerit. Puto quòd compensatio fiat.
15 ¶Item †pone ꝙ vir adulteretur occultè, vxor autem manifestè, nunquid vir.

potest eam accusare de adulterio, ac dimittere sine peccato? R̃ndeo nõ; quia vxori nõ deficit ius excipiendi, sed probatio vt ff. de test. tu. l. duo sunt Ticij. arg. ad hoc 32. q. 5. per totum. Si autem vir egisset pœnitentiam, vxor autẽ impœnitens in adulterio perseueraret, se-
16 cus esset. vt 32. q. 1. c. 1. 2. & 4. ¶ † Sed pone ꝙ adulter vel adultera digne de adulterio pœnituit, nunquid ex hoc poterit repellere accusantem? Videtur ꝙ sic. quia vt ait Greg. iam non debet in eo vel ea despici quod fuit; quia incipit esse quod nõ fuit, vt 50. di. c. ferrum. imo post Christi consortium adultera non vocetur. vt 32. q. 1. c. non erit. Puto tamen contrarium cõ ꝙ pœnitẽtia non tollit accusationem. vt 33. q. 2. c. amouere. & multominus exceptionem, qa facilius tollitur actio q̃ exceptio, arg. ff. de superficie. l. 1. §. ꝙ autem. & ff. de reg. iu. l. & inuito. §. cui damus. Praeterea ꝙ vir dimittat vxorem adulteram, lex est. vt 2. q. 1. c. dicit dominus. & qđ legis est, in pœnitentia non deletur; sicut nec in baptismo. vt 26. di. c. vna tantum. Quod enim peccatum non est, solui inter peccata credi non debet. vt 26.
17 dist. c. deinde. in fi. ¶ † Item ep̃us ferre debet sententiam diuortij, cum matrimonium sit magnum sacramentum in Christo & ecclesia. vt s. de biga. c. debitum. & ad ep̃um maiores causae sunt referẽdae vt 25. di. c. perlectis. ad eum spectat cognoscere de matrimonio & iudicare, vt dictum est. Si tamen archidiaconi, vel archibresbyteri hoc habeant ex consuetudine vel priuilegio, poterunt & ipsi vel alij de matrimonio iudicare. vt s. de rest. spo. c. literas. supra de consanguinitate & aff. c. ex literis.

SVMMARIVM.

1 *Donatio propter nuptias quid sit.*
2 *Donatio propter nuptias quae fit vxori à marito non indiget insinuatione.*
3 *Donatio propter nuptias a quo, & cui fiat.*
4 *Donatio propter nuptias quare inducta.*
5 *Donatio ante nuptias in quo differat a donatione propter nuptias.*
6 *Fructus donationis propter nuptias an spectent marito vel vxori.*
7 *Donatio inter virum & vxorem constante matrimonio an sit prohibita.*
8 *Donatio inter virum & vxorem quot modis renocetur.*
9 *Dos quid sit.*
10 *Dotis species quot sunt.*
11 *Dos profectitia reddit ad patrem mortua in matrimonio filia, liberis non existentibus.*
12 *Liberorum est prima successio.*
13 *Dotis lucrum vel damnum ad quem pertinent.*
Aestimatio facit venditionem.
14 *Dotem lucratur maritus, & vxor donationem propter nuptias ex pacto conuento.*
15 *Pactum de lucrando dotem quando locum habeat.*
16 *Parapherna quid sit & vnde dicatur.*
Paraphernalia priuilegiũ habẽt sicut dos.
17 *Dos an exigi possit constante matrimonio.*
18 *Vxor tenetur alere virum egentem.*
19 *Dos cui restituenda.*
20 *Dos quando restituenda sit.*
21 *Maritus an impensas in rebus dotalibus factas repetat.*
22 *Maritus in dote reddenda non condemnatur, nisi inquantum facere potest.*
23 *Inter dotem & donationem propter nuptias in quibus aequalitas seruetur.*

¶DE DONATIONIBVS inter vitum & vxorem. Rubrica.

DIctum est supra de matrimonijs & de impedimẽtis eorum & diuortijs. sed quia post diuortiũ seq̃t dotis & donationis restitutio, vel amissio; idcirco post tractatũ de diuortijs sequitur hic rubr. de dona. inter vi. & vxo. & de dote post diuor. resti. ¶ Videamus igitur quid sit donatio pp̃ nuptias. Quid donatio ante nuptias. Quid donatio post nuptias. Quid dos. Quot sint spẽs dotis. In qb⁹ casib⁹ vir dotẽ, & vxor

vxor lucretur donationem pp nuptias. Et qn̄ dos constante matrimonio repe
1 tatur. Cui & qn̄ sit restituenda. ¶ † Est aūt sciendum, quòd olim dicebatur donatio ante nuptias, eo quòd ante nuptias fiebat; hodie verò dicitur propter nuptias, quia fit hodie ante nuptias & post, & ideo meritò ꝑpter nuptias nuncupatur, vt nomen consonet rei. vt Instit. de donatio. §. est & aliud. Vocatur & antiferna idest donatio cõtra donationē ab anti. quod est contra, & ferna qđ est donatio. Mulier. n. facit primò donationē ꝑpter nuptias, id est dotē constituit. Vir aūt facit aliam donationē vxori. vt C. de dona. ante nupt. l. cū multæ. Vocatur & spõsalicia largitas, vt in Auth. vt spõ. largi. in rubri. & C. de dona. ante nup. auth. eo decursum. Vocatur & dotalicium, vt ĵ. eo. tit. c. plerun-
2 que. ¶ † Hæc donatio quæ fit vxori à marito, non indiget insinuatione, quãuis excedat quingẽtos aureos. vt C. de dona. ante nup. Auth. eo decursum. qđ proderit mulieri, non uiro; qa si pactū factū sit de dote & donatione lucrãdis, mulier in donatione lucrabit̄ vltra qngentos aureos, vir aūt non lucrabitur in dote vltra quingentos. vt in prædicta auth. eo decursum, in Auth. vt sponsali. largi. responso primo, & in Auth.
3 vt fratrum filij. §. illud quoque. ¶ † Donatio ꝑpter nuptias fit à spõso vel alio eius nomine sponsæ, vel alij ꝓ ea. ff. de iur. dot. l. perfectissimi, responso. 1. & §. ꝙ si qs patri. & §. ꝙ si quis curator. & §. sed si patri. & sic intelligo ĵ. eod. ti. c. &
4 si necesse & c. nuper. ¶ † Inducta est donatio ꝑpter nuptias, vt per eā in dote consultum sit mulieri; qa soluto matrimonio, per donationē, idest per res donatas, quæ alienari non pñt, prouidebit̄ mulieri, vt salua sit ei dos; quia & de ea poterit satisfieri mulieri; soluto autem matrimonio sicut dos ad mulierē, sic & donatio ꝑpter nuptias redit ad virū. vt ĵ. cod tit c. donatio. §. sanc. in Auth.
5 de æquali dot. ¶ † Et nota, ꝙ licèt dixerim, idem esse donationē ante nuptias & post nuptias, est tñ inter vtranq; differentia; quia si donatio fiat ante nuptias, põt excedere quantitatem dotis, & ĵ. subsistere. vt C. de pac. conuen. sup dote. l. ex morte. sed vbi iam contracto matrimonio fit donatio, non debet excedere quantitatem dotis vt C. de dona. ante nuptias. l. cum multæ. §. si igit̄
6 dote iam præstita. ¶ † Illud autem non omitto, ꝙ si mulieri tradatur donatio, & ipsa in possessionē inducatur eiusdē, non tñ fructus ipsa percipiet, sed vir ad sustentationem suæ vxoris & familiæ; aliàs si maritus perciperet fructus dotis, & vxor fructus donationis, iam non diceretur quòd maritus dotem recipiat ad sustentanda onera matrimonij, cùm tantū ei abesset, quãtum adesset, vt ĵ. eod. in c. ꝑ vestras, & ĵ. de usu.
7 c. salubriter. † Aliæ aūt donationes ꝑter istas, de quibus superius dictum est, prohibitæ sunt inter virum & vxorem, ne mutuo amore se spolient. ut ff. de donatione inter virum & vxorem. l. 1. Sed hoc in ea donatione obtinet, & donatarius locupletior, & donator efficitur pauperior. vt ĵ. cod. tit. c. donatio. Sed si donator non fiat pauperior, donatarius verò cõstituatur locupletior; vt si maritus hæres ab aliquo institutus non adeat, vt vxori substitutæ locum faciat. & idem in legato relicto marito postmodum restituendo vxori. Nam si maritus statim vxori restituat animo donandi, valet donatio. vt ff. de donat. inter vir. & vxo. l. si spõsus. §. si maritus. & §. similiter. Itē & si maritus rogatus sit restituere hēditatē vxori certa quantitate deducta, si restituat nulla facta deductione, & hoc animo donandi, valet donatio. vt ea. l. §. si qs rogatus. Itē si maritus vxori donet rē alienā, nō efficitur pauperior, sed vxor efficit̄ locupletior; qa incipit usucapere, valet donatio, vt ff. eo. tit. l. si constante. Et ē cõuerso si donator efficiat̄ pauperior, donatarius aūt nō fiat locupletior, valet donatio. vt habes đ hoc multa exēpla. ff. eo. tit. l. si spõsus. §. cõcessa. & l. quod autē.

 §. si

§.si maritus.Quamuis aũt donatio inter virum & vxorem facta cõstante matrimonio non valet, tñ si talis donatio maneat in vita donatoris,eius obitu cõfirmatur.vt ĩ.eodem titu.c.donatio.& C.cod.titu.l.1.& 3.siue fiat donatio cã mortis eo animo,vt non statim efficiat donatarij, sed demum mortuo donatore;siue eo animo fiat,vt statim fiat ei⁹, cui donatur.vt ff.eod.tit.l.si interim.§.
8 1.& 2.& l.si is seruus. ¶ † Hæc donatio, quæ fit inter virum & vxoré, tribus modis reuocatur, tacitè, & expresè, & si præmoriatur is qui donatum recipit. vt ĩ.eod.tit.c.donatio.Tacitè reuocatur donatio,si diuortium fiat.vt ff.eod. tit.l.cum hic status.§.si diuortiũ, & cũ socer nuncium repudij mittit nurui cui donauerat.vt in eod.l.cum hic status.§. si socer.Expresè reuocatur donatio ꝑ pœnitentiam,quam supremã accipere debemus.vt in l.cũ hic status.§.primo. Item si res donata alienetur.vt C.cod.
9 tit.l.si maritus tuus. ¶ † Nunc videndũ est de secũda parte rubri.Dos est quædã donatio facta à parte mulieris parti viri pro oneribus matrimonij sustinendis,& quasi est patrimonium mulieris.
10 vt ff.de min.l.denique.§.ꝑinde.¶ † Species dotis sunt duę,alia profecticia,alia aduenticia.Profecticia est,quæ à patre pro filia, ab auo pro nepte,vel de bonis eorum proficiscitur,vel quam alius de mandato ipsorũ cõstituit.vt ff.eod. titu.l.profecticia. Aduenticia est quã mulier dat pro seipsa,vel alius à patre vel aliquo ascendentiũ,siue frater, siue
11 auunculus,vel quiuis alius.†Profecticia redit ad patrem mortua in matrimonio filia.vt C.so.mr̃imonio.l.dos. quã legẽ intellexit Martinus.s.liberis nõ extantibus,q̃ si extarent in dote sue cederent.Nã dos est proprium patrimoniũ mulieris,vt dictum est per l.illam
12 denique.†& liberorũ est prima successio.vt Insti.de hære.quæ ab intesta.desc.§.sinautem. Sed Bulg.intellexit illã. l.dos.indistinctè, siue extent liberi,siue non.sileat enim ob liberos dotis retentio.vt C.de rei vxor.actio.l.vna.§.sileat.facit pro ipso.ff.de iur.dot.l.iure successi.Item alia C.de bonis quę.lib.l. 2.Item & alia.ff.de pac.dota.l.si pater. 1.respon.Nã ibi dos retinetur ex pacto liberis extantibus.quod superuacuum esset, si vera esset sententia Mar.vt ff. man.l.2.rñdeo.1.Ad l.illam,quę dicit primã esse causam successionis liberorum,taliter rñdetur. Pater nõ repetit dotem iure successionis,q̃a tunc filij ꝑferẽtur,sed petit iure potestatis, vel ex pacto; fingitur.n.stipulatũ esse,vt probantur hæc C.de rei vxor.act.l.vna.& auth.ibi signata.Sed licet ẽm iura obtineat sententia Bul.tñ ẽm consuetudinem præualet sententiam Mar. † Fit & 13
alia distinctio dotis.Dos alia æstimata,& alia inæstimata. Si æstimata det, tam lucrum quàm damnũ pertinet ad maritum,sicut ad rei emptorem. Nam æstimatio venditioné facit.vt ff.de iur. do.l.plerunque. & l.seq.ff.pro empt.l. litis.Et hoc verum est,quod æstimatio venditionem faciet,nisi æstimatio fiat, vt sciatur tpe repetitionis inquantum res fuerint diminutæ.vt C.de iur.do.l. si inter. Si aũt inęstimata detur.tũc dãnum & emolumentum rerum ad mulierem spectant.præter fructus qui cedũt marito ꝑ oneribus matrimonij sustinendis.vt C.de iure dot.l.ꝑ oneribus.
14 ¶ Lucratur † maritus doté,& vxor donationem propter nuptias ex pacto cõuento.vt C.de pac.conuen.l.ex morte. & auth.ibi signata quę incipit.ęquitas. in Auth.de æqualitate dotis.§.hoc igitur.colla.7.C.de dona.ante nup.l.vlti. §.pactis.Itẽ ex consuetudine, vt ĩ.cod.
15 tit.§.sane. † Et no.q̃ vbi pactũ interuenit de lucrando,locũ obtinet pactum,siue alter moriatur,siue monasteriũ ingrediatur.vt C.de episc.& cle.l.deo nobis. Itẽ de delicto adulterij.vt ĩ.cod. c.plerũque.in Auth.vt lice.ma.& auię. §.quia verò,colla.8.saluo eo , quòd in casu vnus succedit alij C.vnde vir &
16 vxo.l.prima.¶ † Diximus s̃.quid si dos, nũc dicamus qd sit parapherna.& vnde dicatur.

dicatur. Paraferna, ideſt quod habet
mulier præter dotē, dicta à para quod
eſt iuxta,& phema quod eſt dos. Vnde
dicitur parapherna hoc eſt iuxta dotē,
habet.n.parapherna priuilegium ſicut
dos.qa ſicut bona mariti obligata ſunt
mulieri pro dote,ſic & pro rebus para-
phernalibus. vt C.de pac.conuen.ſuper
17 dote.l.vltima. ¶†Dos conſtante matri
monio in caſu repetitur.ſ.cum maritus
ad inopiam vergit ſm quoſdam, vt C.
de iur.do.l.vbi.& in Auth.de ęqualita.
do.§.vlt.colla.7.vel eſt ſequeſtranda,
cùm vir ſuſpectus habetur, q fit eā diſſi
paturus. vt ff.ſoluto matrimo.l.ſi cùm
dotem.§.ſi maritus.in fine.j.e.tit.c.per
veſtras.ī.de ſequeſtra.poſ.c.vl.ff.de ap
18 pel.l.Imperator.in fi.†Sed hæc ſenten-
tia nō placet.nam & vxor tenetur alere
virum egentem. vt ff.de iure dotium.l.
mutus.§.manente.Nec obſtant luges ſu
perius allegatæ, quæ dicunt vxorē poſ-
ſe repetere dotem viro ad inopiam ver
gente,quia vel ſunt correctę per Auth.
de æquali.do.§.illud.colla.7.vel opor-
tet illas intelligi & determinari per il-
lam, vt dicamus vxorem poſſe repetere
dotem conſtante matrimonio viro ver
gente ad inopiam,vt dicunt leges vete-
res, & malè gubernante res ſuas,ac ma
lè vtente ſubſtātia ſua.vt dicit.d.Auth.
vt ſic non ſufficiat virū ad inopiam ver
gere quo ad dotē repetendā conſtante
matrimonio, ſed requiratur & aliud.ſ.
q & dilapidet bona ſua. Hæc fuit ſentē
tia Alibe.& Azo.& hanc ſequi videtur
decre.j.co.tit.c.per veſtras.Nā & ſi ma
ritus ille ad inopiā vergebat,non tñ bo
na ſua dilapidabat. vnde ſi dotē habuiſ
ſet,repeti nō debuiſſet. & agens pro do
te nō debuit exceptione repelli. Et pro
pterea ſentētia conſulſi reuocatur.Nec
obſtat q dicitur in eadē decreta.per ve
ſtras.de cautione præſtanda,vt dos ſal-
ua eſſet,quia hoc fiebat ex prouidentia
ſuperioris.non ſm legem,quæ dicit,ſa-
tis poſſe credi marito dotem cui credi-
tur & committitur corpus vxoris.vt C.
de pac.conuen.l.hac lege.Vnde pro do
te ſoluenda fideiuſſores vel mandato-
res dari non debent.vt C.ne fideiuſ.vel
19 man.l.1.& 2. ¶†Si vxor viro præmoria
tur dos reſtituenda eſt patri.ſ.profecti-
cia. vel à liberis eſt retinenda. vt no.ī.
eo.tit.§.aduenticia.Si vero diuortium
fiat viuente patre & filia, dos reſtituen
da eſt patri & filiæ. vt ff.ſo matri.l.2.&
l.poſt dotem.vel ſaltem filiæ.vt j.eo.c.
1.& ī.de coniug. ſeruo.c.propoſuit. &
ī. de pigno. c. ex literis. Si verò dos
eſſet aduenticia, eſſet tñ mulieri red-
denda. vt ff.ſolu.matr.l.quoties.§.1.&
in tali dote poſſunt intelligi decre. præ
20 allegatę. ¶†Nunc reſtat videre,qn dos
reſtituenda ſit.Et eſt ſciendum, quòd ſi
dos, in poſſeſſionibus. hoc eſt in rebus
immobilibus conſiſtat,ſtatim debet re-
ſtitui matrimonio ſoluto.Si verò in re-
bus mobilibus,puta pecunia, veſtibus,
vel animalibus,tunc.j.annum. vt C.de
rei vxo.acti.l.vna.§.cum autem.fructus
autem ſi ante matrimonium ſint perce-
pti,augent dotem; ſi poſt,viro cedunt.
21 vt ff.de iure doti.l.dotis fructus. † & ſi
maritus impenſas fecerit in rebus dota
libus neceſſarias, imputabit, & dotem
minuent; vtiles repetet actione manda
ti,vel negociorum geſtorum; volunta-
rias tollet abſq; immutatione prioris
ſtatus rerum. vt ff.de impenſis in re.do
ta.fac.l.1.2.& 3.cum alijs ſequentibus.
22 ¶In ſumma notandum eſt, q maritus
in dote reddenda non condemnatur ni
ſi inquantum facere poteſt. ideſt,habi-
ta ratione ne egeat, vt ff.de regu.iur.l.
in cōdemnatione.& ff.de re iudi.l.ſunt
23 qui. & ll.ſequen. ¶ Item † inter dotem
& donationem propter nuptias. æqua-
litas in quatuor obſeruatur. in conſti-
tuendo;in pacto lucrando;in augendo;
& in quātitate.ſed in hoc vltimo mem-
bro æqualitas ſecundum conſuetudi-
nem non ſeruatur.hæc probantur.j.eo.
c.vlt.§.ſanè.C.de pac.conuen.ſuper do
tem.l.ex morte.& auth. ſuper ea ſigna-
tis.quarum vna incipit.æqualitas,alte-
ra,augmentum.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Contrahere secundas nuptias an sit licitum.*
2 *Secundò nubentes an sint benedicendi.*
3 *Pœnæ legales, quæ inferuntur nubentibus infra annum luctus, non tenent de iure canonico.*
4 *Peccans legis auctoritate non peccat.*
5 *Matrimonia reguntur iura poli, non iure fori.*
6 *Bigamia an sit peccatum, & pœna.*
7 *Secundæ nuptiæ contrahi non debent, nisi certum sit de morte primi mariti, vel primæ vxoris.*
8 *Mulier quæ cum alio nupsit putans virum suum mortuum esse, illo redeunte ad priorem redire tenetur.*
9 *Dispositio.l.uxores.ff.de diuortijs non habet locum de iure canonico.*

¶DE SECVNDIS NVPTIIS. Rubrica.

TRactatu est.ſ.in genere de matrimonio. Nũc tractatur in specie scilicet de secundo matrimonio, & ideo subijcitur hic rubri. de secũdis nupt. ¶Videamus igitur, an secundæ nuptiæ permittantur. Et an secundo nubentes benedicendi sint. Et an nubentibus.j.tempus luctus pœna vel infa-
1 mia irrogetur. ¶†Est autem sciendum, q secundæ nuptiæ & tertiæ & vlterius permittuntur, dummodo nullam legitimum subsit impedimentum. Vnde Hiero. Nõ damno bigamos, nec trigamos, & si dici potest octogamos. vt 31.q.1. c.aperiant. Et dominus septemuirũ non damnauit. vt 31 q.1 c. q si dormierit. vnde secundæ nuptiæ vtroq; testamento permittuntur. vt ſ.eadem.c.au.& q.
2 1.c.deus. ¶†Secundò nubentes nõ sunt benedicendi. vt j.co.c 1.& c.vir autem. Quod ideo prohibitũ est, ne sacramentum iteretur. vt in decre. vir autẽ & 1. q.1.c.quod quidã. de cõ.dist.4.c.ostenditur.& 32.q.7.c.quemadmodum. Vel forte hoc statutum est ad exhortationem continentiæ. alias quare nõ possit iterari benedictio nuptialis, cum alia sacramenta iterentur, scilicet pœnitentia, extrema vnctio, manus impositio, ordinatoria vel reconciliatoria vt 1.q.
3 1.c.manus. ¶†Infamiæ & aliæ pœnæ legales, quæ inferuntur nubentibus.j.tẽpus luctus, & quæ continentur. C.de secun.nupt.l.1.& in auth.ibi positis. quarum vna incipit. hisdem pœnis. & alia incipit. item ca. locum ſm iura canonica non habent; licentia enim Apostoli indistincta est & absoluta quę dicit. Mulier mortuo viro soluta est à lege viri, nubat cui vult tm̃ in domino. vt j.eod. tit.c.super illa.& c.cum ſm apostolum, idest nubat ſm domini voluntatem homini.s.fidei christianæ. vt 28.q.1.c.caue. & c.non oportet. nubat ſm statuta ecclesiæ, cui dominus locum dedit statuẽdi de his vt 38.q.2.c.sic.n.neq;. Vnde per licentiam apostoli infamia abo letur. vt j.c.tit.c.super illa, & cõtrahẽs eius auctoritate pœnam non meretur.
4 vt C.ad leg.Iul.de adul.l.gratus. †Qui enim peccat, nõ peccat legis auctoritate. vt 23.q.4.c.q peccat. 33.q.5.c.noluit & 26.dist.c.deinde. Leges autẽ contrariæ præsertim in his, hoc est matrimonijs, non dedignantur sacros canones imitari. vt j.eo.c.vlt.ſ.de iud.c.clerici. in Auth.vt clerici apud proprios.§.pe
5 nul.col.6.†Matrimonia enim reguntur iure poli, non iure fori.7.q.3.§.huic distinguendum. Et propterea dici potest, q omnes prohibitiones, quæ fiunt ex aliqua causa spirituali, præter causas canonicas de matrimonio nõ cõtrahendo. j.tempus luctus propter sanguinis turbationẽ. vt ff. de his qui no.inf.l.liberorum.§.1. vel ne maligna suspitio præstetur & festinantia nubendi. vt in Auth.de restitu.& ea quæ pa.§.vnum si quidem.coll.4.vel ne dubitetur de prole, an sit primi, vel secundi mariti. vt C. de diuor.& repudi.l.in consensu.§.si verò. Item de matrimonio nõ contrahendo inter tutorẽ & pupillum propter administrationis subuersionẽ. C.de interdict.ma.inter tu.& pu.per totum. Item de ma-

de matrimonio inter rectorem prouinciæ & prouincialem propter timore im pressionis. vt C. si rector ꝓuin.l.vnam. per canones corriguntur. Vel dici pōt, ꝙ si prohibeantur matrimonia in casibus illis contrahi ex causis superius assignatis, contracta tamen tenent cùm legitimus interuenerit consensus, vel nullum canonicum subsit impedimentum.

6 ¶Sed opponitur, †dictū est supra, quod ex secundis nuptijs nulla pœna vel infamia irrogatur; sed nonne contrahitur bigamia quæ hominem ad ordines & ecclesiasticas dignitates reddit indignū? Respondeo sic. Sed certe bigamia non est peccatum. vt 31.q.1.c.aperiant.& c. sequen.& 26.di.c.deinde. nec ex pœna prouenit aliquem promoueri non posse, sed ex defectu & ex alijs causis, quas no.s̃.de temp.ordin.§.monogamus. Itē non est pœna non ordinari, quia non sublimitate graduum, sed in amplitudine charitatis acquiritur regnum Dei. vt s̃.de tempo.ordi.c.ad aures.in fi.

7 ¶† In summa notandum est, ꝙ non debet aliquis vel aliqua secundò contrahere, nisi certū sit de morte primi mariti, vel primæ vxoris. vt supra de spon. c.in præsentia.ĩ.cod.tit.c.dominus. in Auth. vt liceat ma. & auiæ.§.quod autem.coll.8. quod signatur.C. de repudia.l.vxor. vel nisi cōstet verisimiliter. vt supra vt lite non cōte. c.qm̄ frequen

8 ter.§.si vero.†Vnde si mulier credēs virum mortuum cum alio contrahat, ab adulterio excusatur, dummodo viro redeunte, confestim ad ipsum redeat. vt

9 34.q.1.c.cum per bellicam. † Lex autem, quæ dicit virum in quinquennio expectandum. vt ff. de diuor.l.vxores. secundum iura canonica non tenet.

¶Finitur liber quartus.

SVMMARIVM.

1 *Accusatio quid sit.*

2 *Accusare qui possint, & in quibus casibus sit permissa accusatio.*

3 *Intellect. ad l. si fœmina, C.ad S.C.Turpillianum.*

4 *Accusari qui possint.*

Papa & Imperator sunt supra ius, & legibus sunt soluti.

Papa superiorem non habet nisi solū Deū.

5 *Accusationis forma.*

6 *Accusator an debeat se inscribere, & ad pœnam talionis obligare.*

7 *Libellus an semper sit necessarius in accusationibus.*

8 *In notorijs nec accusator requiritur, nec ordo iudiciarius obseruatur.*

9 *Ordo est ordinem non seruare in notorijs.*

10 *Agitur quatuor modis de crimine.*

11 *Accusationis quis sit effectus.*

12 *Accusatus de crimine & absolutus, non potest super eodem iterum accusari.*

13 *Accusatio quando refricari possit.*

14 *Procurator quando admittatur in criminalibus.*

15 *Inquisitio quid sit, & quæ sit eius natura, & qualiter in ea procedatur. & nu. 17. cum seq.*

Ea quæ domi fiunt per domesticos probari oportet.

16 *Differentia an iudex ex officio descendat ad inquirendum, an aliquo procurante inquisitionem.*

17 *Inquisitio vbi fieri debeat.*

18 *Inquirendus an sit citandus in formanda inquisitioni.*

19 *Testis esse non potest qui semel inter accusatores apparuit.*

20 *Forma iuramenti testium in causa inquisitionis.*

21 *Inquisitus conuictus qualiter puniendus.*

22 *Index inquirens qualiter ꝓcedere debeat, si nihil probatum sit aduersus eum contra quem inquiritur nisi de sola fama.*

23 *Inquirere si velis superior, reus autē dicit nolo vt inquiras, sed præfigas terminum accusare volentibus, & accusatore deficiente paratus sum me purgare, an sit audiendus reus, an verò iudex.*

24 *Reus an possit probare innocentiam et excusationē per familiares & cubicularios.*

25 *Auditore inquisitionis repulso, an alius sit admittendus, vel iudex ex officio ꝓcedat.*

Crimina

¶Incipit liber quintus.

¶DE ACCVSATIONIBVS, inquisitionibus, & denunciationibus. Rubrica.

PRoxime tractauim' de accusatione mrimonij, & d' diuortijs, quæ frequenter fiunt adulterij ratione. & ex hoc nacta oportuna occasione de accusationibus in genere nũc tractemus. Ideo subijcitur hic rubr. de accusationibus, inquisitionibus, & denunciatio. ¶Vnde videndum est, quid sit accusatio. Quis possit accusare. Quis possit accusari. Quæ sit forma accusandi. An accusator inscribere teneatur. An sine accusatione quis valeat cõdemnari. Et an semel absolutus possit iterum accu-
1 sari. ¶†Accusatio est alicuius criminis
2 delatio. ¶†Potest autem accusare quicunq; non prohibetur. sicut dicimus in testibus. vt ff. de testi. l. 1. In procuratoribus. vt ff. de procur. l. mutus. Et in matrimonijs. vt supra de spõsa. c. cũ apud. ¶Prohibentur accusare aliqui pp sexum, vt mulier vt 2. q. 1. c. prohibentur. & ff. eo. tit. l. vlt. Hoc fallit in quibusdã casibus. ff. e. tit. l. 2. ff. ad leg. Iul. ma. l. in q̃õnibus. Insti. de suspe. tu. §. consequẽs. Item cum prosequũtur iniuriam suam vel suorum, semper admittuntur. Qui autem suorum nomine intelligãtur, habes. ff. eo. tit. l. 1. & 2. Item admittitur mulier secũdum iura canonica. vt 2. q. 1. c. prohibentur. §. mulierem. f. in crimine fraudatæ annonæ. Item in crimine symoniæ, vt j. eo. tit. c. tanta. Et idẽ dici potest in alijs criminibus exceptis. & idem in crimine dilapidationis. Et qa exceptũ est, vt videtur. vt 2. q. 7. c. quapropter. quia æquiparanť crimini fraudatæ annonæ, ad cuius accusationẽ admittitur fœmina, vt superius dictũ est. Et in his casibus, in quibus admittitur mulier ad accusandum, nec inscribit ad pœnam, nec incidit in Turpillianum. vt ff. ad Turpil. l. 1. §. accusationẽ & l. mu-
3 lier. †Nec ob. l. si fœmina. nam ibi loqtur de fœmina, quæ destitit ab accusatione pacto corrupta. Item prohibetur accusare pupillus propter ętatem. vt 2. q. 1. c. prohibentur. & ff. eo. tit. l. qui accusare, in fi. in quibusdam casibus. vt ff. eo. tit. l. 2. §. pupillus. Adultus autem ꝓhibetur accusare curatorem. vt ff. de auct. præstan. l. datur. Item alij propter magistratum vt cõsules. vt 2. q. 1. c. ꝓhibentur. ff. eo. tit. l. qui accusare. qa nec ipsi in ius vocari possunt. vt ff. ad le. Iu. de adul. l. si maritus. Quod de hijs magistratibus intelligo qui merũ habent imperium, secus in modicis. vt ff. de iniurijs. l. nec magistratibus. Alij propter sacramentum, vt milites qui iurant nõ se euitaturos mortem propter rempublicam. vt 2. q. 1. c. prohibentur. nisi suã vel suorum iniuriam prosequantur. vt C. qui accu. nõ poss. l. nõ prohibẽtur. & l. si crimen. Alij pp delictum, vt criminosi & infames, qui tamen admittũtur in exceptis criminibus contra infames. vt 2. q. 1. c. in primis. circa fi. ad accusandum, non ad testificandũ, nisi illa adminicula interueniãt, de quib' j. de simo. c. licet Hely. & c. per tuas. Alij propter suspitionẽ turpis quæstus, vt qui duos reos in diuersis iudicijs habet iudicio nondum finitio, vt C. qui accu. nõ pos. l. cũ rationibus. tertiũ. n. accusare nõ põt, nisi suam vel suorum iniuriã prosequatur. vt ff. ad leg. Iul. de adul. l. inter liberos. §. vlt. & ff. eod. tit. l. hos accusare. §. lege Iulia. Item qui ob accusandum, vel non accusandum, nummos accepit. qui incidit in legem Iuliam repetundarum vt ff. ad legem Iul. repe. l. ead. §. vlt. & in le-

in legem Corneliam. vt 2.q.1.c.cõcussionis.¶ Alij propter conditionem suã, vt liberi contra patronos. Alij pp paupertatem, vt qui minus quàm quinquaginta aureos habent in bonis. vt 2.q.1.c.prohibentur.& ff.eod.tit.l.qui accusare.& l.alij.& l.nonnulli. Item illi non admittunt ad accusandũ, q ad sortilegos magosque concurrunt. vt 2.q.8.c.quisquis. Hi tñ oẽs si suã vel suorũ iniuriã psequãtur, admittuntur. vt in l.multoties. aliàs prohibentur. vt ff.co.tit.l.hi tñ.& 4.q.vlti.c.omnibus. & in criminibus exceptis, vt in crimine læsæ maiestatis, hæresis, simoniæ, fraudati census, fraudatęq annonæ, dilapidationis; vt in l.prohibentur.15.q.3.c.sanè. & c.nemini ꝯ.de simo.c.tanta.& in his admittunt contra clericos infamatos. vt 2.q.1.c.in primis, circa fi. vel si suã aut suorum iniuriã prosequãtur. vt s.de testi.c.de cætero, aliàs non admitterent etiã in exceptis criminibus, cùm generaliter phibeant laici et bonæ famæ & clerici infames clericos accusare. vt 2.q.7.p totũ.& maximè in c.ipsi apostoli.& c.testes. Sed instabis. In quo ergo sunt crimina excepta? Rñdeo, qa infames, de quibus superius dictum est, admittitur contra laicos infames, & contra clericos infamatos. vt dixi p c.in primis: & hoc in accusatione. Itẽ qa admittunt in testimoniũ cõtra clericos interuenientibus illis adminiculis, de quibus ponunt decre.illæ ꝯ.de simo.licet Hely.& c.per tuas. Si ergo legitimus non fuerit accusator, non fatigetur reus. vt ꝯ.eod.c.1. Nisi forte, ut ei purgatio indicat ppter infamiã, vt ꝯ.co.ti.c.veniẽs. in fi.s.de confessis.c.1.in fi.2.q.6.c.presbyter. vel saltẽ superior ex officio suo inquirat, vt ꝯ.de collu.c.crimina ꝯ.eo.tit.c.qualiter.¶ Itẽ sunt & alij, q ob reuerentiã personarũ illos, qbus reuerentiã debent, nõ accusant, vt liberi, liberti, beneficiati, serui, familiares; qbus, si hoc fecerint, imponuntur variæ pœnæ. vt ff.co.ti.l.q accusare in fi.& l.hi tñ.§.1.C.eod.tit.l.iniquum.& l.si qs ex familiaribus.& l.contra ecclesiam. vt 12.q.2.c.liberti.& c.octaua. Idẽ in clerico beneficiato. vt s.de postu.c.vl. Item socij & participes criminum non admittuntur. vt s.de testi.c.veniens C.de liberali causa.l.si filium. nisi forte denunciatiuè vel exceptiuè agatur. vt s.de testi.c.qm ꝯ.de adul.c.significasti. ¶ Item ab alio delatus alium accusare nõ põt. vt 2.q.1.c.prohibentur s.de testi.c.vlt. ita vt nec etiã suum accusatorem accuset, de pari vel minore, secus in crimine maiori. vt 2.q.11.c.neganda. Condemnatus aũt in crimine, cùm sit infamis, alium accusare non poterit, nisi suã iniuriã prosequatur. vt ff.co.l.qui iudicio. Quod verum est quod accusare nõ põt, si nouã velit accusationem in extraneum inchoare, secus si in suum accusatorem. nam põt, si per sententiã nõ amiserit libertatẽ & ciuitatẽ. vt ff.de pube. iudi.l.is qui. parcendum est enim ei, q prouocat⁹ voluit se vlcisci. vt ff.de bon. liber.l.qui cum maior.§.si libertus.

4 ¶ † Accusari aũt non possunt aliqui pter excellentiã dignitatis. vt Papa & Imperator, ipsi enim s.ius sunt & legibus soluti sunt. vt s.de concess.præben. c.proposuit C.de legi.c.consti.l.digna vox. Papa enim superiorem nõ habet, nisi solum Deum. vt 9.q.3.c.nemo aliorum. nisi in crimine hæresis. vt 40.dist. c.si Papa. Item magistratus non accusatur. vt not.s.eo.tit.§.item alij propter magistratum.

5 ¶ † Forma accusationis hæc est. concipietur libellus accusationis continens ea quæ leguntur.2.q.vlt. c.per scripta.§.libellorum.in prin.& in Auth.de exhibẽ.re.§.suscepto.& ꝯ hoc not.s.de libel.ob.in fi.

6 ¶ † Debet autẽ accusator inscribere, & se ad pęnã talionis obligare, idest, ad talẽ pœnã qualẽ accusãdo inferri intendit. qa calumniãtes ad vindictã poscit similitudo supplici. vt 2.q.vlt.c.quisqs.& q.3.c calumniator.& .c.qui nõ pbat. Quidam excipiũt quosdã casus s.cum qs accusat de leui crimine. vt ff.co.ti.l.leuia. Itẽ cum mulier accusat. vt dixi s. co.ti.§.3. Itẽ i cri-

mine apostasię.vt C.de apo.l.apostatis.Itē cum accusatur christianus,ꝙ iudæam duxerit in vxorē. vt C.de iudæ. l.ne quis. Itē cùm maritus accusat mulierē de adulterio iure mariti.vt 4.q.4. c.nullus.§.aliquando.C.ad leg. Iul.de adul.l.quamuis.& l.iure mariti. Itē in accusatione falsæ monetæ.vt C.de fal. mo.l.1.Itē si tutor accusat.vt C.qui ac eu.non pos.l.2. Itē cùm quis ex necessitate accusat.vt hæres volens vindicare necem defuncti.vt ff.qui.vt indig.l.tutor.Itē in crimine abigeatus.vt C.de abige.l.vna.Itē cùm per officiales crimina nunciantur.vt C.q accu.non pos. l.ea quæ.Sed est sciendum,ꝙ si accusator non inscribat,ex natura tñ accusationis pœna calumniæ venit.vt C.eod.
7 tit.l.vltima. ¶ † Itē est sciendum, ꝙ in accusationibus non semper necessaria est libelli conceptio,vt in leui crimine. vt ff.de accusa.l.leuia. Item in notorio.vt C.eo.ti.l.ea quę.4.q.4.c.nullus.
8 §.aliquando.† In notorijs enim nec accusator requiritur,nec ordo iudiciariꝰ obseruatur, vt s.de fil.presby.c.qm.j. eod.tit.c.euidentia.j.de purga.ca.c.cū dilectus.2.q.1.c.scelus.& c.qui lotha-
9 rius. † Nam in talibus ordo est, ordinem nō seruare.vt s.de iureiuran.c.ad nostram.secus in manifestis & non notorijs.vt 11.q.3.c.eorum.s.de diuor.c. porro. Item plerunque de crimine agitur, nec est necessaria libelli cōceptio, sed sine accusatore ad pœnam proceditur.vt ff.ad l.Iul.de adul.l.1.§.si publico.ff.de proba.l.pe. C.de testi.l.nullū. Instit.de suspec.tu.in §.præterea.Item in calumniatore tempore sententiæ,postea non.vt C.de calum.l.1.2.q.3.c.euphemium §.notandum.ff.de bo.liber.l. qui cum maior.§.si libertus.Et idē dñt quidā in falsō.vt C.ad leg.Cor.de fal. l.vbi.Sed nos intelligimus legem illā, cùm principaliter de falso agitur,non incidenter; aliàs aūt generaliter ad pœnā ordinariam de crimine agi non pōt sine accusatore & sine libello.vt ff.de mun.& ho.l.rescripto.§.si qs accusatorem.2.q.1.c.nihil.Ordinariā ideo dixi.qa plerunque agitur fm iura canonica de crimine ciuiliter non ad pœnam ordinariam.& tunc nec accusator nec
10 libellus est necessarius. † Vnde notandū est,ꝙ in foro ecclesiæ quatuor modis agitur de crimine,per accusationē, inquisitionem,denunciationem, exceptionem. Nec obstat j.eod.tit.c.super his.nam verum est,ꝙ crimē tribus modis valet opponi.vt ibi dicit.sed quatuor modis agitur,vt dictū est.nam per inquisitionē agitur de crimine, nec tñ tunc crimen opponitur. In primo ergo modo & accusator & libellus est necessarius,nisi in casibus vt superius dictum est.in tribus casibus sequentibus nō.vñ accusationem præcedere debet inscriptio.vt j.eod.tit.c.super his. Quod fallit casualiter vt superius dictum est.Inquisitionē clamorosa insinuatio.vt j. eodem tit.c.qualiter.j.de simo.c.licet Hely.& c.per tuas. Denunciationē charitatiua monitio.vt j.eod.c.2.& in decreta.licet Hely.& c.per tuas.2.q.7.c. accusatio. & c. siquis erga. Exceptionem ad exordinariā pœnam obligatio. sed contra electum confirmatum exci-
11 piatur.vt j.eod.tit.c.super his.¶ † Effectus accusationis est depositio. Inquisitionis ab administratione remotio.Denunciationis pœnitētia vel correptio. Exceptionis consecrandi exclusio.vt j. eod.tit.c.super his.In casibus tamen ex denūciatione sequitur amotio.vt cùm quis agere non potest pœnitentiam,eo retento quod vitiosè quæsiuit.& super quo denunciatus est, vt in simonia in ordine.vt 1.q.1.c.siquis.& q.7.c.requiris. Item in dignitate & beneficio simoniaco.vt 13.dist.c.nerui. In re furtiua vel violenta.vt 14.q.6.c.si res aliena. Idem in re per dolum quæsita, quam reddere quis tenetur vt violenta. vt s.de restit.spo.c.sæpe contingit.
12 † Siquis autem accusatus de crimine fuerit absolutus, non potest super eodem iterum accusari.vt infrà eodem titu.c.de his, siue enim crimen remissum sit à par-

sit a parte recidino dolore iterari non debet.23.q.4.c.si illic.siue per abolitio nẽ nomen rei deletũ sit, alias accusatio nem repetere non pôt. vt 2.q.vlt.in fin. siue crimen remissum sit per in integrũ restitutionẽ. vt 2.q.3.c.euphemiũ.§.no tandum. siue accusatore non probante reus sit absolutus non pôt accusatio refricari. vt ff.naute.caupo.stat.l.licet.§.
13 vlt. † nisi in duob⁹ casibus,cũ posterior accusator docere paratus est priorẽ ac cusatorem præuaricatum fuisse.vt ff.de prænarica.l.3.vel cum posterior primã accusationem se docet ignorasse. vt ff.
14 de accusa.l.si cui.§.hisdem. ¶†In summa sciendum est, ꝙ in causis criminalibus principales requiruntur personæ, nec interuenit procurator, vt 5.q.3.c. in criminalibus.& ff.de publi.iu.l.penul.§.ad crimen. Fallit hoc in quibusdã casibus. In crimine iniuriarum,vt 3.q.9.§.nisi.Item admittitur procurator ad excusandum. vt ĩ.eo.ti.c.veniens & 23.q.5.c.reos.Item cum de crimine agi tur non criminaliter,vt s̃.de procura.c. tuæ.ĩ.eo.tit.c.super his. de sen.& re iu. c.cum I.& A. Item in leuibus criminibus.vt ff.eo.l.leuia. Item si crimen non excedit pœnã relegationis vt ff.an per aliũ causa appella.exer.va.l.vnã. Item in crimine suspecti tutoris.ff.de procure.l.non solum.§.vlt. Item cum quis ac cusat aliũ de ingratitudine.vt ff.de pro cura.l.sed hæ personæ.§.patronus.Item in popularibus actionibus interuenit ꝓ curator ad agendũ.vt ff.de procura.l.licet in popularibus.sed nõ ad defendendũ. vt ff.de popula.actio.l.qui populari.Item dominus defendit seruũ in crimine. vt ff.de accusatio.l.si cui.§.vlti. Quidã tñ dixerunt, ꝙ semper in crimine pôt interuenire procurator ex parte rei. post litem contestatam vt 5.q.3.c. reos.Sed illud locum habet in procura tore dato ad allegandas causas absentiæ, non causas causæ. vt ff.de procu.l.
15 seruũ.§.publicè.¶†Videamus de secun da parte rubricæ.s.de natura inquisitio nis,& qualiter procedatur in ca. In pri mis no.est differentia inter inquisitionem,quæ fit contra singularẽ personã, & illam quæ fit tam in capite,q̃ in mem bris, quia in prima requirit̃ ordo ille, quẽ habes.ĩ.eo.tit.c.qualiter. In secun do casu de plano & sine strepitu fieri ha bet, vt ĩ.eo.tit.c.olim.Vbi autem agitur de statu ecclesiæ,requiruntur testes tales quales in ecclesia inueniũtur. Et est rõ,quia ea quæ domi fiũt per domesticos probari oportet. vt C.de repu.l. consensu.s̃.de testi.c.veniens. vbi verò contra singularẽ personã, tunc legitimi adhibentur. vt s̃.de senten.& re iudi.c.
16 cũ I.& A.¶†Item nota dñiam an iudex ex officio suo descendat ad inquirendũ, an aliquo procurante inquisitionẽ. Nã in primo casu inquisitor facit iurare illum,contra quẽ inquirit,vt super eo de quo inquirit ad interrogata rñdeat, vt ĩ.eo.tit.c.cùm dilectus. In secundo casu non faciet illũ iurare, sed promotor inquisitionis probabit illud, sup quo literæ sunt obtentę,si ex delegatione inquirit̃.vel corã ordinario,si ordinarius inquirit;& si nõ probauerit,tũc promo tor vel adiutor inquisitionis punietur, vt ĩ.tit.prox.c.cũ dilectus. Itẽ & aliam dñiam notabis, qua cùm inquisitor ex officio suo ꝓcedit publicatis attestationibus, denuo ab alijs testibus inquiret, vt 2.q.1.c.notũ.2.q.5.c.habet hoc proprium. & c.Mennam. Cum aũt aliquo adiuuante inquisitionem,non sic;time-
17 tur.n.de subornatione.¶Fieri aũt†debet inquisitio in loco, in quo persona de qua inquirendũ est, conuersatur. vt 22.q.1.c.paratus. 24.q.1.c. pudenda.s̃. de electio.c.postquã.s̃.de præsumpti.c.
18 quosdam. † Citabitur is contra quem inquirendum est, & significabuntur ei crimina,de quibus est inquirendum, vt 5.q.2.c.si primates. & ĩ.eo.tit.c.qualiter.§.debet.Is aũt,contra quem inquiritur,poterit opponere contra inquisitionem de suspecto. vt ĩ.eo.tit.c.ad petitionem. Item poterit opponere ꝙ sit criminosus. vt 2.q.7.c.iudicet. Poterit opponerę contra testes. vt ĩ.eo.tit.

c.cùm oporteat. & c.qualiter.j.de simo.c.licet.Hely. & c.per tuas.nam ibi cùm de crimine excepto inquiritur, est speciale vt criminosi admittantur. Si ergo inquiratur de nõ excepto, nõ admittetur. vt 2.q.1.c.deus.s.de testi.cogen. c.præterea.35.q.6.c.episcopo. Poterit obijcere ad dicta testium. vt j.eo.tit.c. qualiter.§.debet. poterit excusationes suas pponere. vt j.eo.c.cum dilectus. Poterit opponere in personam denunciantis,& literas impetrãtis. vt j.eo.ti. c.cũ oporteat. & c.dilectus. Inquisitor faciet iurare illos, qui denũciauerunt.
19 vt in decre.licet Hely. † Secus est, cùm agitur per modum accusationis; quia qui semel apparuit inter accusatores,
20 testis esse nõ põt.vt j.eo.c.cũ.P.† ¶ Forma iuramenti testium in causa inquisitionis diuersa est a forma illa, quæ in causis alijs obseruatur. Nã in alijs causis testis iurat dicere veritatem de his, quæ vidit & quæ in præsentia eius dicta sunt. vt 3.q.9.c.testes.§.de his quæ, & c.cohortamur. Sed in causa matrimoniali cũ de consanguinitate agitur, forma iuramenti testis est. quia iurabit testis de his, quæ nouit circa parentelam, vel credit, & quod à maioribus accepit.vt s.de testi.c.licèt.& in his casibus, in quib9 agitur in figura iudicij & sunt partes, testis dicet tam pro vna parte q̃ pro altera. nã cõis est.vt 14.q.6.c.non sane. In inquisitione verò forma iuramenti testis est. vt super crimine dicat plenam veritatẽ.vt in decre.licet Hely. Si verò super statu ecclesiæ inquiratur, tunc forma iuramenti testium duplex est. nã aut iurat veritatẽ dicere de his quæ scit vel credit in ecclesia reformãda exceptis occultis. vt j.eo.ti.c.olim. vel q̃ respondebit ad interrogata.vt j.
21 eo.tit.c.cùm dilectus.† Sed si is, contra quem inquiritur, conuincatur, qualiter puniendus sit, à nonnullis in dubium reuocatur eo, q̃ circa hoc diuersimode loqui videntur. Ad hoc dico, q̃ si contra prælatum inquiritur administratio nem habentem, certa est pœna scilicet ab administratione remotio exemplo vicini.vt j.eo.tit.c.qualiter. tunc ergo non erit arbitraria. Nam facti quidem qõ in arbitrio est iudicantis, pœnæ verò persecutio non eius voluntati mandatur, sed legis arbitrio reseruatur. vt 2.q.3.c.euphemium.§.notandum.& accedunt ad idem.ff.de verbo. signific.l.si qua pœna. & ff.ad Turpil.l.1.§.primo. Si vero fiat inquisitio cõtra prælatũ nõ habentẽ administrationẽ, tunc est arbitraria pœna. Nam tunc sm merita personæ & qualitatem excessus, pœnam poterit iudicantis discretio moderari. vt j.eo.tit.c.inquisitionis.in fi.1.respõso. & arg.j.de simo.c.de regula. & c.dilectus. Sed hæc fallunt in criminibus enormibus. quæ ordinis executionẽ suscepti aut retentionẽ beneficij ẽt post peractam pœnitentiam impediunt. vt est videre in homicidio, & simonia, in ordine, & beneficio, vt j.eo.c.inquisitionis.In his.n.& consimilibus sic esset, sicut in accusationis iudicio procedendũ.vt dicit illa decre.inquisitioni. Quæ autẽ sint enormia delicta, & de effectu ipsorum,no.s.de tempo.or.& qual.or.
22 §.circa.¶ Sed † quid si nihil probatũ sit aduersus eũ, contra quẽ inquiritur, nisi de sola fama? Si crimen, de quo inquisitum est, perseuerantiã habet facti, admoneat eũ ordinarius primò seorsum, posteà corã testibus; & si infamia perdurret, suspendet eum vsq; ad satisfactionem condignã, vt j.de purga.cano.c.si quis presbyter. Et in eo casu intelligo, q̃ presbyter infamatus debet suspendi. non.n.dico q̃ statim propter infamiam debet suspendi, nisi enormitas delicti scandalum hoc exposcat, vt j.de purga.cano.c.inter sollicitudines. Cæterũ si omnes testes dicunt eum innocentẽ, non suspendetur, nec onerabitur purgatione, nisi ex abundanti hoc fiat ad tollendam infamationem facti.vt 2.q.5.c.
23 habet.& c.mennam.¶ † Itẽ quid si suspe rior velit inqrere, reus aũt dicat nolo vt inqras sed pfigas terminũ accusare volẽtib9, & accusatore dficiẽte paratus sum me

sum me purgare. nũquid audietur reus, an iudex? Videtur ꝙ reus, quia qđ reus petit, ordinarium est; quod dicit iudex, est extraordinarium, & iudex potius ordinario q̃ extraordinario iure procedere debet vt 2.q.1.c.multi. in fi.& ff.de mino.l.in causæ. Puto potius inquirendum, quia purgatio sequitur inquisitionem.ar.j.de purga.cano.c.inter sollici-
24 tudines.¶† Sed quæritur, an reus possit probare innocentiam suam & excusationem per familiares, & cubicularios? Rñdeo sic; vt 11.q.2.c. manifestæ. & 2.q.7.c.cũ pastoris. Itẽ quid si alienus, qui non est de diœcesi, impetret inquisitionem, hoc supprimens in impetrãdo, potest præsumi ipsum non charitatiuè moueri, cum non intersit ipsius. ¶ Item
25 † quid si repellatˀ adiutor inq̃sitionis, nunquid alius admittetur, vel iudex ex officio suo procedet? Rñdeo admittetur alius, vt j.eo.tit.c.cum oporteat. & argu. ff.de inoff. testa.l.posthumus.§.
26 1.† Crimina.n.semel audita indiscussa præteriri non debent. vt j.de collu. dete.c.crimina. nec refert vndecunq; claruerint. vt 24.q.3.c.ecce. Item inquisitio nititur ex officio superioris, & ideo iterari põt. vt 2.q.5.c.habeat hoc pro-
27 prium.& c mennam. ¶† Itẽ quid si infamia ortum habeat ab inimicis; nũquid inducet inquisitionem? Rñdeo non, vt j.eo.tit.c.qualiter.& c.inquisitioem.in fin.11.q.4.c.in cunctis.& 2.q.4.c.omnibus.j.de purgatio.cano.c.cum in iuuentute. Sed cum difficile sit ortũ infamiæ probare, cùm ipsa fama a certo auctore procedat. vt de conse.dist.4.c.sanctũ est. Satis dici potest, ꝙ etsi esset inquisitio, non tñ cessabit purgationis iudicium, vt j.eo.c.inquisitionis in fi. ¶ De-
28 bet autem † descendere superior ad inquirendum cum canonicis ecclesiæ suæ. vt 86.dis.c.si quid vero. 15.q.7.c.si qđ. Intelligo hic ecclesiam scilicet maiorem hoc est cathedralem, vt j.de verbo.sign.c.cum clerici. Sed si abbas vel alius prælatus inferior ab episcopo sit infamatus, puto in inquisitione & alios prælatos diœcesis canonicis adiungendos. vt 18.q.2.c.si quis abbas. ¶ In sum-
29 ma notandum est.† ꝙ infamia orta ad denunciationem paucorum, non inducit inquisitionem, vt j.eo.tit.c.inquisitionis in fi. Vnde is, contra quem mandatur inquisitio fieri, poterit excipere. vt dicat inimicos esse denunciatores. Itẽ ipsum denunciasse super eo, de quo ante fuerat infamatus, vt j.eo.ti.c.cùm oporteat. multa enim falsa principi referuntur. vt 2.q.5.c.biduum, in fi. sub tali.n. conditione commissio facta videtur, vt si infamia & clamor ꝓcesserint, vnde de hoc est primitus inquirendũ, vt in illa decr.cũ oporteat. Nec obstat. j.eo.c.vlt. vbi ad denunciationẽ qñq; mandatur inquiri; quia, si superior mandat inquiri, exceptio prædicta nihilominus salua manet. ¶ Nunc restat videre de tertia & vltima parte rubricæ, s.
30 denunciationibus.† Est igitur sciendũ, ꝙ ad denunciandũ tenentur omnes ꝑm quosdam vt 2.q.1.c.si peccauerit. & q.7.c.quia propter 11.q.3.c.tam sacerdotes.45.dist.c.sed illud. quod & Hug. cõcedit. Sed dura est hæc opinio, & multos constituit transgressores. Et proptere alij benignius dicunt, ꝙ illud mandatum euangelicum, si peccauerit &c. non extenditur nisi ad illos, qui in magistratu sunt positi. siue sint clerici siue laici. arg. ad hoc 33.q.4.c. duo ista noĩa 17.q.4.c.ꝑsbyterorũ. quo ad alios aũt est consilium. Et hoc verũ est in peccato cõmisso, secus in committendo, nam quo ad illud omnibus est præceptũ, vt 22.q.5.c.hoc videtur. quicũq; ergo habet familiarẽ, tenetur corrigere. vt 33.q.4.c.duo ista nomina.23.q.5.c.nõ putes. Et qđ intelligatur præceptiue quo ad prælatos, cõsultiuè quo ad priuatos.
31 est arg.23.q.4.c.1. ¶ † Sed dubitatur an infames & criminosi admittanˀ ad d̃nunciãdũ. Et videtur ꝙ sic, quia omnes ad hoc ex præcepto tenentur ꝑm vnam opinionem. Et ꝙ infames admittantur, arguitur ex multis iuribus. 24.q.1.c. quisquis. ꝰ. de sponsa. c. præterea. & vbi ad

vbi ad correctionem agitur, non requiritur tantus rigor, vt in præd.c.hoc videtur.
32 † vbi de bona fide agitur, nõ conuenit de iuris apicibus disputare, vt ff. manda.l.si fideiussor.§.quædam. Sed è contra videtur, quia tñ honesteriores personæ admittantur. vt 35.q.6.c.epo sinodo.& non infames. vt supra de test. cog. c.præterea. Nam & ad populares accusationes non admittuntur nisi personæ integri status, vt ff.de popula.ac. l.popularis. Scripserũt Io.& Tan.quod quilibet admittitur ad denunciandum. dummodo bono zelo denunciet supra de sentent.& re iudica.cum I.& A. Sed licet admittantur infames & irregulares, non tamen criminosi; cum.n.criminosi non correxerint sua crimina, præ-
33 sumit ꝙ zelo denuncient aliena. † Has summas approbo, vt tamen inter denunciationem & denũciationem distinguas; quia denunciatio, quæ fit de peccato commisso, est euangelica. sed illa quæ fit de cõmittendo, est canonica. Ad hanc canonicam quilibet admittitur, vt supra de cogn.spi.c.tua.ad hanc qualiscunq; notitia sufficit. vt in c.hoc videtur. in qua turpitudo propria non obsistit. vt ſ.de spoli.c.præterea.quam non impedit iuramentum præcedens. vt 14. di.c.nerui. Ad quam non faciendam si quis se iuramento astrinxerit, iuramentum non tenet. ſ. de iureiu.c. quemadmodum. quæ omnia in denunciatione euangelica non contingunt, vt superius dictum est. Qnamuis autem possit quilibet, dummodo non criminosus, vt superius notandum est, peccatum denunciare cõmissum. vt in Auth. qũo opor. episc.§.licétiam, colla.1. & in Auth.de non alie.aut permu.§.vlt.colla.2.& circa accusationem solennia. vt 4.q.4.c. nullus.§.aliquando.& C.de accu.& inscript.l.ea quæ. tamen nunciatores his quæ nunciant, assistere debent. vt ff. ad Turpill.l.ab accusatione.§.nũciatores. & C.de accusa.& inscript.l.singuli. & si non probauerint, quod denunciant, punientur. vt ĵ.tit.proxi.c.cum dilectus.

SVMMARIVM.

1 *Accusatorum temeritas tribus modis detegitur. & tribus pœnis subijcitur.*
2 *Calumniari quid sit, & quid præuaricari, & quid tergiuersari.*
3 *De calumnia qualiter quis conuincatur.*
4 *Præuaricator quis dicatur.*
5 *Tergiuersator quis sit, et qualiter puniatur.*

¶DE CALVMNIATORIB⁹. Rubrica.

DIctum est supra de accusationibus & accusatoribus. sed quia plerũq; accusatores calumniantur. Idcirco subijcitur hic rubr.de calũ. ¶Videamus igitur, quid sit calumniari. Qualiter quis de calumnia conuincatur. Et qualiter puniatur. ¶† Est autem
1 sciẽdum, ꝙ accusatorum temeritas tribus modis detegitur, & in tribus, pœnis subijcitur. Aut enim calumniantur, aut
2 pũaricantur, aut tergiuersantur. ¶† Calumniari est falsa crimina intendere. Præuaricari vera crimina abscondere. Tergiuersari in vniuersum ab accusatione desistere. vt 2.q.3.c.euphemium. §.notandum.ff.ad senatusc. Turpill.l.1. Rñ.1. Et ꝙ dixi, calũniari est falsa crimina intendere, subandi scienter & animo calumniandi. vt ĵ.eo.tit.c.2. ¶Calumniatoribus pœna lege iulia irrogatur. vt ff.eo.tit.l.1.§.1. Nam calumniantes ad vindictam poscit similitudo supplicij. vt no.ſ.tit.proxi.§.debet autem
3 accusator inscribere. ¶† Conuincitur quis de calumnia secundum quosdam eoipso ꝙ non probat quod intendit. vt 2.q.3.c.calumniator.& c.qui non probat.C.de adno. diuer. iud.l.1.ff. de testi.l.3.§.idem diuus Adrianus.C.de famo.libel.l.1.in fin.C.ad leg.Iulia.de vi publi.l.si quis ad se.& C.de fruct.& lit. ex.l.non ignoret. Sed non est ita, quia non protinus calumniari videtur, qui non probat quod intendit; vnde eius rei inquisitio spectat ad iudicem, qui

reo absoluto animi destinatione. arg. ff.de verb.signifi.l.fugitiuus. quia post sententiam absolutionis hoc non liceret. vt C.de cal.l.1.de accusatoris incipit consilio quærere, qua mente ductus ad accusationem processit, & tunc condemnabit eum, vel absoluet, quorũ alterum ex forma sententiæ apparet. vt 2.q.3.c.euphemium.§.notãdum.ff.eo.titu.l.1.§.1.potest enim esse, ꝙ accusator qui non probat, iustam habuit causam veniendi ad crimen. vt C.eo.tit.l. qui non probasse. Si verò iudex de hoc non inquisierit durante adhuc primo iudicio, postea non potest. vt C.eo.tit.l.1. nisi noua contra accusatorem eundemq; calumniatorem accusatio instituatur. vt C.ad aduo.diuer.iudi.l.1. Vel potest in continenti reo absoluto condemnare calumniantem, præhabita tamen inquisitione; quia quæ incõtinenti fiunt, inesse videntur. C.de pac.l.petens.ff.si cer.pe.l.lecta. Et no.ꝙ vbi certa est pœna imponenda accusato, si conuincatur, certa est & imponenda accusatori calumnioso, quia eadem. sed vbi incerta esset illa, quæ imponenda esset accusato, tunc accusatori in calumnia comprehenso imponetur tanta & talis pœna, quãta & qualis pro crimine obiecto ab accusatore solet imponi. vt C.e. tit.l.vlt.ff.ad senatuscon.Turpil.l. & in

4 priuatis. ¶† Præuaricator autem dicitur, quasi varicator qui diuersam partem adiuuat prodita causa sua, quod nomen Labeo à varia concertatione tractum ait: nam qui præuaricatur ex vtraque parte consistit, quinimo ex altera. Hic autẽ extra ordinem solet puniri. vt 2.q.3.c.euphemium.§.notandũ.in verbo præuaricator.& ff.de præuarica.l.1.& 2. ¶† Hic autem tergiuersatur, qui terga vertit accusato, & circa abolitionem ab accusatione desistit. Hic incidit in Turpill. & extra ordinẽ punitur. vt 2.q.3.c.euphemium.§.notandum. in verbo.si quis.& ff.ad Turp.l.1.§.si quis autem.

SVMMARIVM.

1 *Simonia quid sit.*
2 *Simoniã vnde dicta.*
3 *Simonia committitur tribus speciebus muneris.*
Munus aliud ab obsequio, aliud à manu, aliud a lingua.
4 *Simonia volũtate sola cõmittitur. et nu.9.*
5 *Casus in quibus munus à manu in spiritualibus licitè intercedit.*
6 *Obsequium spirituale an possit sine vitio præstari & pacto.*
7 *Exennia an inducant simoniam.*
8 *Modica quantitas pro re spirituali ex pacto data an inducat simoniam.*
9 *Simoniacus furi comparatur.*
Vsuram quæ inducant.
10 *Simonia an committatur si aliquid detur pro calice seu vestibus benedicendis.*
11 *Simonia in quolibet ecclesiastico ministerio exercendo committi potest.*
12 *Cautio an ante promotionem alicuius exigi possit sine vitio simoniæ.*
13 *Superioris autoritas vitium tollit.*
14 *Dare intelligitur qui quod sibi detur remittit.*
15 *Simonia est crimen enorme.*
16 *Simoniacus à quolibet accusari potest.*
17 *Missam cantare potest quilibet peccator præter simoniacum.*
18 *Iura canonica quare simoniam & fornicationem prosequantur.*
19 *Suspensi & excommunicati excluduntur à participatione sacramentorum.*
20 *Simoniacus qualiter debeat puniri.*
21 *Accusatus de simonia, pendente accusatione, officium suum exequi prohibetur.*
22 *Beneficium simoniacè adeptus tenetur ad omnes fructus perceptos & percipiẽdos.*
Fur semper est in mora et ad dãna tenetur.
Possidens sine titulo tenetur ad damna & lucra percepta & percipienda.
23 *Pecunia simoniacè data cui sit restituẽda.*
24 *Prælatus aliqd ab ecclesia per simoniam extorquens duplicatum restituit.*
25 *Simoniam an inducat omnis pactio in re spirituali interueniente.*

Pactum

¶DE SIMONIA. Rubr.

INter cætera crimina ecclesiastica, simonia primũ obtinet locũ. Nam simoniaci velut primi & præcipui hæretici ab omnibus fidelibus sunt respuendi. & omnia crimina ad comparationẽ simoniacæ hæresis quasi pro nihilo reputantur. vt 1. q. vlt. c. patet. & quia vsitatum est tantum malum. vt 1. q. 1. c. reperiuntur. & ideo exaggerandum. vt ff. de pœ. l. aut facta. §. vlt. Idcirco præmisso de accusatore & eius calumnia, statim ante alia crimina ponit de simonia. vnde subijcitur hic rubr. de simo. & ne aliquid pro spiritu. exigatur, vel promittatur. ¶Videndum est igitur, quid sit simonia. Vnde dicatur. Quibus modis cõtrahatur. Qua pœna simoniacus puniatur. Et quæ contra eum possit dispensatio adhiberi. ¶Simonia † est 1
studiosa cupiditas voluntas emendi, vel vendendi spirituale, vel spirituali annexum, quod spirituale censetur. Ius enim percipiendi prouẽtus præbendales spirituale non est, sed dicitur annexum spirituali. hoc est canonię propter res temporales, quæ ex illo iure proueniunt. f. fructus. Sic & ius percipiendi prouentus ratione prælaturæ, spirituale non est, sed dicitur annexum spirituali propter tpalitatẽ, quæ inest ipsi perceptioni. Et ideo, si quis emat vel vendat spiritua le pp annexum spirituali, neutrum inemptum vel inuenditũ derelinquit. vt 1. q. 2. c. si quis obiecerit. Sic & ius patronatus vendi non potest. vt s. de iure pa. c. de iure & c. quia clerici. tñ dicitur spirituali annexum, vt in decre. de iure. & s. de iudi. c. quanto. propter quãdam considerationem, quia cadit in laicum & a laico possidetur vel quasi. cũ nullũ ius spirituale a laico possideaẽ præter illud, & præter ius funerãdi. vt ff. ius funerandi. vt ff. de mortuo infe. l. 1. & præter ius eligẽdi, si ex priuilegio cõpetat. vt s. de iure patro. c. nobis. & propterea non dicitur ius spirituale, sed annexum spirituali. accedit ad ista supra de rerũ permu. c. quæsitum. Præmissa aũt diffinitio vel descriptio simoniæ probatur.
2 1. q. 1. c. qui studet. ¶† Dicitur simonia à Simone mago primo in nouo testõ sceleris huius auctore. ipse. n. voluit emere gratiã sancti spiritus à B. Petro. sicut & Gyesi in veteri testõ voluit vendere gratiam sanitatis Naaman Syro. Vnde propriè loquẽdo emptor spiritualium dicitur simoniacus venditor gyziacus vł gyziecus. Sed vsus hominũ habet vt vterq; simoniac' appelleẽ, & de vtroq;
3 legitur. 1. q. 1. c. qui studet. ¶† Committitur autem simonia tribus specieb' muneris. Vnde beatus, qui excutit manus suas ab omni munere. non dixit solũmodo à munere, sed ab omni munere; quia munus aliud ab obsequo, aliud à manu, aliud à lingua. Mun' ab obsequo est seruitus

uitus indebite impensa. munus a manu pecunia est. munus à lingua fauor est. vt 1.q.1.c.sunt nonnulli. † Itē cōmittitur
4 simonia sola volūtate vel intentione; sicut & vsura, vt j.de vsu.c.consuluit.14.q.3.c.si fœneraueris. In hoc tñ distiguēdum est, sicut distinxerunt doctores antiqui. quædā sunt prohibita, quia simoniaca, vt vendere vel emere sacramēta; hæc.n.ideo hodie prohibentur, quia in veteri testamēto erant ꝓhibita & simoniaca, emi vel vendi dona sancti spiritus. vt 1.q.1.c. q studet. vnde venditores colūbrarū eiecti sunt a domino de tēplo. vt 1.q.3.c.ex multis. Quædā aūt sunt, quæ in veteri testamento nec erāt prohibita nec simonica; quia prohibita per constitutiones, vt vendere vicariā, castaldionatū, œconomatū, aduocatiā, & hmōi. vt j.co.tit.c.ad nostrā. 1.q.1.c. siquis episcopus & q.3.c.saluator. hæc emi vel vendi est simoniacū, quia prohibitum. Et in his non sufficit sola voluntas, sed requiritur vt interueniat actus. Et nota, ꝙ in his, quibus simonia cōmittitur, sola voluntate nullo pacto, sed effectu animi præcedente, non est necessaria resignatio spiritualium quæ conferuntur, & temporaliū quæ præstantur, sed sufficit delinquentibus per solam pœnitentiā suo satisfacere creatori, & eos pro simonia hmōi non teneri. vt j.co.ti.c.vlt.& ſm hoc intelligo decre. j.
5 co.tit.c.tua nos. ¶ † Sunt aūt casus, in quibus munus a manu licitè intercedit in spiritualibus. Primūs est, cùm quid spontè datur & gratis offertur, vt 1.q.1.c.quidquid inuisibilis.& c.q̄ pio, in fi. & c.placuit.& j.co.tit.c.dilectus filius. A.in fi. Secundus cū omnia illa concurrunt, quæ distinguntur j.c.c.etsi qōnes. Tertius pro operibus spiritualibus ab eo collatis, qui ad hoc ex officio non tenetur. vt 12.q.2.c.charitatē. Quartus pro operibus spiritualibus, ad quas qui confert, ex officio tenetur; vt cū episcopus consecrat ecclesiam vel visitat, quia tunc pōt exigere moderatā procurationem, vt j co.c.cùm sit Romana.s̄.de rescrip.c.cum ex officijs.10.q.3.c.relatum. Sed quamuis sic dixerint antiqui, & sic scripserit frater Raymū. in summa sua, tñ non audeo dicere, ꝙ pro actu visitandi vel consecrandi episcopus exigat, & hoc propter canonē.1.q.1.c.statuimus. sed pro labore vix. 12.q.2.c.charitatē. Sed oppones. canon ille loquit, cū epus non per suæ ciuitatis parochias fatigatur; si ergo in sua ciuitate visitat, vel cōsecrat, videtur ꝙ nō debeat exigere procuratione, cùm non laboret; & tñ cōtrarium est, vt s̄.de censibus exac.& procura.c.venerabili. Ad quod rñde. & si minus laboret eundo ad ecclesiā ciuitatis causa visitandi vel consecrandi, q̄ eūdo ad ecclesiā in diœcesi cōstitutā, laborat tñ, & ideo cessat obiectio. Quintus, cū eleemosyna datur pro vita æterna & peccatorū remissione. vnde peccata tua eleemosynis redime. Sextus pro redimenda vexatione, q̄ in rebus spiritualibus iniustè infertur, vt j.c.ti.c.dilectus. Et concordat, redimētes tps carissimi, qm̄ dies mali sunt. Sed videtur obstare j.c.tit.c.querelā. ibi.n. vtrunq; prohibetur emi & redimi ecclesiam. Sed ibi exponitur redimi. idest pro pecunia resignari, item non obstat. j.co.ti.c.nemo. quia ibi nō redimitur vexatio, sed emitur absolutio. Vel pōt sic dici, ꝙ redemptio rei spiritualis permittitur vexato iniustè & redimēti, ꝓhibetur vexāti & pro vexationis cessatione recipiēti. ¶ In munere ab obsequio distinguit; qa aut obsequiū est corporale aut spirituale. Si corporale sit obsequiū & honestū, vitiū non inducit. vt cū quis seruit suo episcopo corporaliter ĩ rebus licitis & honestis, puta eūdo Romā pro ipso, aduocando, vel procuratoris officiū gerēdo ꝓ negotijs eius, vel ecclesiæ suæ; vbi ergo dignus dignū & honestū pstat obsequiū ꝓ bñficio vel ordine, cessat vitiū
6 simoniç; & hoc innuit à cōtrario sēsu canō illc. 1.q.1.c.sūt nōnulli. in verbo. munus ab obseq o est seruit⁹ ĩdebitè impēsa. Si verò indign⁹ dignū, vel dign⁹ indignū pstet obsequiū, nō caret vitio simo-

 niæ.

12 tul.c.ad nostram. ¶ † Sed nunquid ante promotionem alicuius pōt ab eo cautio exigi sine vitio simoniæ? Rñdeo nō, sed postea sic. vt 8. quæst. 3. c. talia. 1. q. 1. c. quàm pio. dūmodo pactū nō præcedat, 8. q. 3. c. Artaldus. postea verò prꝫstabit cautio, quæ ex antiqua consuetudine approbatur. vt 63. dist. c. qa sancta. sed à superiori pōt exigi & recipi cautio siue ante, siue post ordinationē subiecti, vt ī. de electio. c. significasti. 23. disti. c. quanquā. 28. dist. c. de Siracusanæ. 100. dist. c. optatū. & ī. de iureiur. c. nullus.
13 † auctoritas. n. superioris vitiū tollit. vt ī. de pac. c. cùm pridē ī. de præben. c. nisi ī. de transa. c. statuimus. ff. de his q not. infa. l. furti accipe. §. qui iussu. Item nota ꝙ sicut simoniacū est mediante pecunia vł pacto rē spiritualē acquiri; sic & resignari; vt ꝫ. eod. tit. c. querelam ī.
14 de testi. c. veniens. † dare enim intelligitur, ꝙ quod sibi debetur, remittit. vt 8. q. 3. c. talia. ff. de calu. l. quin etiā ff. de cond. cā da. l. si mulier. licèt sit arg. contra ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. l. 1. §. cū debitor C. ad velle. l. 1. ff. quæ in frau. cre. l. si pignus. Et eodē modo simoniacū est ob pecuniam reconciliare, vel nō reconciliare. vt ꝫ. co. tit. c. nemo. & c. ad aures. Nec mireris, si duo contraria in idē recidūt. Nā hoc cōtingit aliàs, vt cū recipit pretiū ad accusandū, vel nō accusandum. denunciandū, vel non denunciandū, testificandum vel non testificandum, eligendū vel non eligendū, hæc. n. omnia eadem lege puniuntur. vt 1. q. 1. c. qui cū & l. eadem. §. lex Iuli. & 2. q. 1. c. prohibentur. accedit ad ista. 1. q. 1. §. qui aūt pecuniam. Sed obstat canon. 1. q. 1. c. sunt quidam. ibi dicitur, sunt qdā qui violentia vel fauore non permittūt ecclesias ordinari, hos etiā decernimus vt sacrilegos iudicandos. Sed ibi subau
15 dio, nihilominus simoniacos. ¶ † Est aūt sciendum, quòd simonia est crimen enorme, vt ī. de accu. & inqui. c. crimen exceptum. vt C. de epis. & cle. l. si quen-
16 quam. 15. q. 3. c. sanc. ¶ † Ad accusationē simoniaci qlibet admittiꝫ ad accusandum. vt ꝫ. co. tit. c. tanta, dummodo is qui accusatur sit malæ famæ. vt 2. q. 1. c. in primis. & de hoc plenius not. ī. de accusatio. §. itē illi nō admittuntur.
17 ¶ † Quilibet peccator missam cantare pōt, præter simoniacū. vt ꝫ. eo. tit. c. tanta. & præter alios enormiter delinquētes vel mediocriter, dummodo eorum crimina notoria nō sint de iure, vel de facto. vt ī. de tēpor. ordi. c. vltimo. & ī. de renūcia. c. nisi cū pridem. in princip. hi enim oēs sunt suspensi quo ad se, & quo ad alios. Vel dic solum simoniacū etiā occultum suspensum esse quo ad se & quo ad alios, & notoriū fornicatorē. vt 32. dist. c. nullus. & c. prꝫter hæc & §.
18 verū. † Et si quæratur, quare iura canonica sic insequantur hæc duo. s. simoniā, & fornicationem? Respondeo simonia est morbus cancrosus. & ideo ferro ignito opus est. est etiā malum vsitatū. vt 1. q. 1. c. reperiūtur. Itē fornicatio est cōmune vitiū. vt 50. dist. c. qa tua sanctitas. in fi. & ideo pœna ex acerbari debuit in vtroque. vt ff. de pœ. l. aut facta. §. vltimo. Et quod ꝓximè dixi, qlibet peccator pōt missam cantare præter simoniacū, sic intellige qlibet nō ꝑcisus
19 qlibet toleratus. † Et sic tollitur obiectio de suspensis & excōicatus, ꝙ excludunt à participatione sacramētorum. vt 3. q. 4. c. engeltrudam ī. de excep. c. à nobis. ꝫ. de cle. ex. mi. c. si celebrat. Item omnis peccator pœnitens. & sic nō ob. quod dici solet. ꝙ cōstitutus in mortali peccato suspensus est quo ad se. vt. 1. q. 1. c. sacerdos. qđ locū hēt in nō enormibus ēt occultis, & nō mediocribus ēt occultis, & non mediocribus notorijs. nam enormia occulta, & mediocria notoria, & post peractam pœnitentiā executionem ordinis detinēt impeditā. vt ī. de renun. c. nisi cum pridem. 50. di. c.
20 de his ī. de tempo. ord. c. vlt. ¶ † De pœna simoniaci sic dicendū est. Aut qs est simoniacus in ordine, aut in beneficio suscepto. Si in ordine, suspensus est ipso iure, vt ꝓximè dictū est; habet. n. charactere furtiuum. vt. 1. q. 1. c. ordinatio-

nes.habet characterem vitiosum.vnde ordo intus ortus occidit.vt 1.q.1.c.qui busdã narrantibus ĩ.eo.tit.c.accusatũ. & c.quotiens. Qualitercunque de hoc crimine constiterit siue per modum accusationis, siue per modũ inquisitionis, siue denunciationis, sequitur pœna depositionis. primũ ꝓbat ꝭ.de accu.inq. & denun.c.super his. Secũdũ ꝭ.de accu. inquisi. & c.de tertio.not.de accus.§. effectus. Symoniacus aũt in dignitate vel beneficio conuictus per accusationẽ deponitur, ꝑ inqsitionẽ amouetur. vt ꝭ.de elec.c.per inquitionẽ.& idẽ per denunciationẽ. Et est ratio, qa nõ posset agi pœnitentia illa vel illo retento. vt 13.distin.c.nerui.& vt in prædicto.§. effectus. Et quod dixi in simoniaco in ordine, q͂ suspẽsus est ipso iure, puto locum habere in simoniaco in dignitate, q͂ executionẽ dignitatis retinet impeditã; vnde qdquid facit gerendo officium dignitatis suspensus, agit & decipit animas subiectorũ, vt ꝭ.de elect.c.dudum Rothomag.& idẽ dico in beneficio curã animarũ habente; qa de his duobus idẽ iudiciũ est habendũ, ut continet in ꝑdicta decre.& argu.ꝭ.de filijs presby. c.vlt.¶ Si verò aliquis sit simoniacus in receptione simplicis beneficij, vel in collatione beneficij cuiuscunque, aut eius delictũ est occultũ, aut notoriũ de iure vel de facto. In primo casu simoniacus est ipso iure suspensus, sicut & q libet in mortali peccato constitutus.vt 1.q.1. c.sacerdotes. In secundo quo ad se & quo ad alios, vt ꝭ.de temp.or.c. q͂sitũ.

21 † Nã & accusatus de simonia ꝓhibet exequi officiũ suũ accusatione pẽdẽte. vt ĩ.eo.tit.c.accusatum. Itẽ quid de his qui per simoniã recipiunt, vel recipiuntur ad monachatum? Rñdeo, si per modum accusationis deuicti fuerint, deponuntur tã recipiẽtes, quàm recepti. sed si per inquisitionẽ de his constiterit, recepti amouentur à locis & in monasterijs arctioribus collocãtur ad pœnitentiã peragendam. recipientibus aũt iniũgitur pœnitentia, & donec eã peregerint ab executione ordinũ suspendũtur. vt ĩ.eod.tit.c.dilectus filius A. Sed instabis, quare priores illi vel abbates nõ remouentur ab administratione et per modum inquisitionis, cum hæc sit pœna ordinaria simoniacorũ prælatorum? vt no.ꝭ.co.tit.§.de pœna. Rñdeo, illud locum habet in simonia commissa in dignitate in qua administraut; secus in simonia cõmissa in beneficijs conferendis, vel monachis recipiendis, in quo casu locũ habet decre.dilectus. Vel ibi multitudo erat in eã, & vtile nõ erat monasterijs veteres amoueri prelatos

22 vt ꝭ.de renun.c.1. ¶† Sed quæritur an is, qui beneficiũ simoniacè acquisiuit, teneatur ad oẽs fructus, quos recepit & qui recipi potuerunt? Rñdeo sic, est.n. fur & latro. vt 1.q.1.c.ordinationes. & ideo sicut fur semper est in mora, & ad damna tenetur C.quod met.causa l.1.C.de condi.furt.l.vlti.& C.de furt. l.subtracto. & ad oẽs fructus, vt violentus.vt ꝭ.de resti.spol.c.grauis. Generaliter enim sine titulo possidens tenetur ad omnia damna, & lucra, & percepta, & percipienda.vt ff.de rei vẽ.l.si nauis §.generaliter. Et idem est, si habeat titulũ, sed talem qui pro nõ titulo sit habendus.vt C.de agrico.& cen.l.quemadmodum.ff.quod met.caus.l.sed par-

23 tus. ¶† Sed quæritur, cui restituetur pecunia simoniacè data? Rñdeo ei in cuius iniuriam data est, hoc est ecclesiæ. vt ĩ.eod.titul.c.consulere.& c.audiuimus & c.de hoc autem.& ar.ad idẽ 17. q.4.c.siquis in atrio 27.q.1.c.siquis rapuerit.in Auth.de sanctis.episco.§.sed neque coll.9. Ei vero, qui pecuniam dedit, inuenitur ex misericordia restitui. vt ĩ.eo.tit.c.veniens. sed forte illud locum habet, cùm redditur ei qui monasteriũ est ingressus per simoniam, consideratur.n.ne alteri monasterio, ad qđ transferendus est, fiat onerosus. vt 16. q.6.c.de lapsis.27.q.c.siquis rapuerit.

24 † Prælatus autem aliquid ab ecclesia per simoniam extorquens duplicatum restituit, vt in prædicta decret. audiui.

audiuimus. secus si p er impressioné, q a tunc reddet quadruplicatũ. vt 18.dist. c.qm quidam.1.q.1.c.concussionis. Dicitur autẽ concutere, qui prætextu officij comminãdo aliqd ab inuito extorquet. vt ff.de concus.l.1.& 2.24.q.1.c.
25 militare. ¶†Sed sciẽdum est, q̃ nõ omnis pactio, quæ in re spirituali interuenit, simoniam inducit, & ideo pœnam non meretur. Nam si possessio detur ecclesię, vt in ea oratorium construatur, nõ committitur simonia, vt s.de restit. spolia.c. olim. quia in traditione rei proprię licet pactum apponere. vt ff. de pactis.l.in traditionibus.s.de condi.ap posi.c.verum. Itẽ non committitur simonia, si detur licentia cõstruendi oratorium sub pacto census. vt 12.q.2.c. Eleutherius.s.pe religiosis domi.c.constitutus & c.accedit.j.eo.tit.c.ex insinuatione.talia.n.pacta spiritualia repe tũtur, sicut & illud.s.de præben.c.significauit.s. de ser. non ordi.c.nullus. de
26 elec.c.significasti.15.q.1.c.2. ¶†Quid, si quid exigatur s̃m loci consuetudinẽ in exequijs mortuorum, puta cerei, & denarij, vel in benedictione nubentiũ, puta panis & vinũ cerei, & mãtile. sicut in plerisq; locis hoc de more seruatur? Item in consecrationibus episcoporum manutergium aqua & mantile? R̃ndeo exactionẽ in talibus reprobandã esse. sed nihilominus debitã fore solutionẽ vnde superior ex officio suo cogere potest ad solutionem. nam compescendi sunt, qui maliciosè nituntur laudabilẽ consuetudinem immutare. vt j.eo.tit.c. ad apostolicam. Quędam enim ex debito præstanda sunt, ad quæ actio non datur. vt no.s.de postulan.§.restat. sic & prandij exatio iuxta morem reprobatur. vt j.eo.tit.c.Iacobus. sic & in multis alijs actibus spiritualibus consuetudo non excusat exactionem pro intronizandis episcopis, vel abbatibus, seu abbatissis in sede ponendis, vel pro quibuscunq; alijs personis inuestiendis. Item pro danda absolutione vel pro quibusdã alijs, sicut quilibet studiosus per se notare põt. vt 1.q.1.c.saluator.c.si quis prębendas.& c.vendẽtes. vt j.e.tit.c.cũ in ecclesiæ.c.ad aures suas.c.in tñ.c.an
27 diuimus.c.ad apostolicã. ¶†Vltimo videdũ est, an in simonia valeat dispensari, in quo distinguo. quidã sunt simoniaci, quidã simoniacè promoti vel ordinati non tñ sunt simoniaci. Cũ simoniacis alius a papa dispensare non põt. vt 1.q. 1.c.erga simoniacos. vt j.eo.tit.c.nobis in fi. papa verò ex plenitudine potestatis dispensare põt. vt j.eo.tit.c.dilectus filius A.& 1.q.5.c.quicũq;. Cũ simoniacè promotis & nõ simoniacis põt epus dispensare. vt j.eo.tit.c.nobis.1.R.& c. ex insinuatione.s.de elec.c si alicuius. 1.q.5.c.præsentiũ.j.eo.ti.c.de simoniacè, & c.de regularibus. Et q̃ dixi posse dispensari cum simoniacè promoto, vel ordinato; verũ intelligo resignato eo, quod simoniacè est quęsitũ, vt in decre. si alicuius, & 1.q.5.c.qcũq; in prin. Et quod dicunt iura illa in beneficio & dignitate, puto & in ordine locũ habere, vt resignetur executio, caracteri.n.renunciari nõ põt, eo q̃ animę est infixus. Quidam tñ dixerunt, papam non posse dispensare cum simoniaco in ordine, & hoc tali ratione; quia necessaria est renũciatio, sed simoniacus in ordine charactcri renunciare non põt, executioni non, quia illã non habet. Ad qđ r̃ndeo, põt renunciare quantũ in eo est offerendo se perpetuę depositioni. vt 21.dis.c.
28 nunc aũt. ¶†Itẽ quod dixi posse epum dispensare, intelligo si nõ episcopo, sed alicui de suis comitibus pecunia data fuerit; qa si sibi, simonia sua cũ indignũ redderet & dispensare nõ posset, & hoc innuit canon ille 1.q.5.c.præsentiũ. in prin. vbi dicit per pecuniã non episcopo, sed cuidã principũ eius datam. Sed videtur, q̃ episcopus ẽt cum simoniacè promotis, qui simoniaci non sunt, dispẽsare non possit. vt j.eo.tit.c.nobis. ibi enim in principio ponitur qõ de promoto simoniacè, non simoniaco. & in fin. respondetur, q̃ cum ipso non valet episcopus dispensare. Ad quod respondeo quòd

deo, qđ in fine illius decre. dicitur. non referas ad principium, & ad primum casum. in quo certum est, posse episcopũ dispensare, vt superius dictũ est; sed referas ad casum, quo ponebatur in decret. sm veterem compilationem, quæ est hodie intercisa, in qua tractabatur de verè simoniaco. Et quod dicitur ibi & qđ dictũ est per simoniacã prauitatẽ &c. sic exponẽ vt dictũ est in princ. de-
29 cre. sed in parto decisa. ¶† Est aũt sciendum, q͂ is dicitur simoniacè ordinatus vel promotus, non tñ est simoniacus, quo ignorante & ratum non habente à consanguineis familiaribus & amicis commissa est simonia, vt probatur per iura inducta super eo. §. vlt. videdũ est. & probatur. ĩ. eo. c. sicut. Vbi vero pecunia datur in dispendiũ promoti ab his qui nocere potiùs, q̃ cõferre intendunt prorsus ignorante promoto & ratum, cùm ad eius notitiã venerit, penitus nõ habente, promotio ipsius nequaquã afficitur. vt ĩ. eo. tit. c. nobis. & multo minus afficitur, si eo prohibente pecunia
30 detur. vt ĩ. eo. tit. c. sicut. † Nihil. n. dãni sentire debuit, qui prohibuit. vt ff. de nego gestis. l. si duobus in fi. ff. de procu. l. Põponius. §. vlt. ff. man. l. si pro te.
31 C. de nego. gest. l. vlt. ¶† In casibus tñ nihil operatur prohibitio. vt ff. de reli. & sumpti. fune. l. at si quis. §. si me prohibente. ff. de libe. causa. l. 2. ff. de appell. l. non tñ. Aliqñ plus operatur expressa
32 contradictio, q̃ tacitus dissensus. † Et est ratio, quia plerunq; qui tacet præsumitur consentire. vt 54. dist. c. si seruus. C. de nup. l. siue proponis. ff. solut. ma. l. 2. s̃. qui clerici vel vo. c. insinuante. s̃. de spon. c. ad id. s̃. de despõ. impube. c. literas. s̃. qui ma. accu. poss. c. insuper. Quãuis regula iuris contrarium dicat, qui tacet non consentit, nec &c. ff. de reg.
33 iur. c. qui tacet. † Aliquando plus operatur absentia, q̃ contradictio. vt est vi dere in sententia. vt ff. de re iudi. l. duo ex tribus. ff. de arbi. l. si in tres. Item in electione, vt s̃. de electi. c. quod sicut. c. venerabilis. c. bonæ memo. s̃. Cremonen. s̃. de postul. c. bonæ. il secundò. ¶ Et
34 not. † q͂ dispensatio fit aliqñ semiplenè, vt cũ dispensatur cũ aliquo, vt in minoribus tñ valeat ministrare. vt s̃. qui cle. vel vo. c. 2. & 1. q. 1. c. si quis hæretica. Plenè, vt cum permittitur ad sacerdotium, & non vlterius promouere. vt s̃. qui cleri. vel vouen. c. 1. & 1. q. 7. c. cõuenientibus. Et plenius, vt cùm permittitur alicui, vt fiat episcopus, & non primas, vt 12. dist. c. nos consuetudinẽ. Plenissimè. vt cũ ad omnia dispensatur, vt 23. q. 4. c. ipsa pietas. ¶ Item quæritur,
35 † nunquid põt episcopus dispensare in simonia cõmissa in exequijs mortuorũ, in benedictionis nubẽtiũ, in cœmiterij concessione, in crismate recipiendo, in sacrorum vasarum vestimentorũ benedictione, & consimilibus minoribus speciebus simoniæ? Creditur, q͂ sic post peractam pœnitentiã, eo q͂ non prohibetur, argu. ad hoc. ĩ. de senten. excom. c.
36 nuper. † Nec ob. 1. q. 1. c. erga. quia loquitur in simoniaca dignitate. sic loqui-
37 tur decre. ĩ. eo. tit. c. nobis. in fi. ¶† Quæritur an sacerdos peccet vel simoniã cõmittat, missam pro denarijs celebrãdo, vel alia officia exequẽdo? Ad quod rñdeo, si sacerdos non teneatur ad illud, pro quo pecuniã recipit, & sumptus ei desunt, nec peccat nec simonia committit vt 1. q. 1. c. duces, vel iudices. Nam & operas suas locare põt ad tempus, vt ĩ. eo. ti. prox. c. v l. dum tñ in celebratione missæ vel aliorum officiorũ principalẽ intentionẽ suã ad remissionem dirigat obtinendã, secundariò aũt habere põt respectum ad denarios, quos percipit. Illa autem officia, ad quæ tenetur, pro pecunia celebrare non debet, sine pecunia nõ celebraturus, alioqui simoniã cõmittit. vt 1. q. 3. c. vendentes; sed & si non tenetur ad illa, habet tñ aliàs sumptus suos pro denarijs illa exeq, aut si-
38 moniacũ est, aut auarũ. † verũtñ si laici consueuerunt dare oblationes, & subtrahãt, puto laicos cõpelli posse laudabilẽ cõsuetudinẽ cõseruare. vt ĩ. e. tit. c. ad apostolicã, in fi. Et sic ad dãdas oblationes.

tiones. vt 16.q.1.c.statuimus & 32.dist.
39 c.pręter hæc,in fi.¶Item quæritur,† aliquis cõfert bona sua ecclesiæ purè simpliciter sine pacto,hac tamẽ intentione vt per bona tpalia quæ offert spiritualia valeat adipisci; & clerici qui eum in fratrem admittunt, non essent eum, nisi comoda tpalia perciperent,admissuri,an simoniaci reputentur? Ad hanc q̃ōnem rñdet decre.dicens ꝙ tam illi,q̃ isti apud districtum iudicem, qui scrutator est cordium & cognitor secretorum,culpabiles iudicantur. vt j.eo.tit. c.tua.§.licet autem. Vnde cum non dicat,simoniaci iudicantur. dixerunt quidam,quod non sunt tanquam simoniaci puniendi propter voluntatem cum operæ subsecuto.arg.ff.de big.c.nuper, & c.à nobis. Alij dicunt,quod verius sicut puto, ꝙ simoniaci sunt; quia sola voluntate committitur simonia. vt di.xi.s.eo.§.committitur. Satis tamen puto, ꝙ si ecclesia sit tenuis facultatibus & paupertate depressa,& aliquis rogat admitti,clerici vel monachi dicere possunt,nos libenter admittimus te ad spiritualia, sed cum bona nostra nobis nõ sufficiant & tibi; adducas vnde viuere possis.vel sic,prouideas tibi vnde viuere possis. Et tunc si ingrediens aliqua temporalia conferat, non erit vitium simoniæ. Nec obstat decre.j.eo.c.quoniam. vbi dicit paupertatis prætextu volentes huiusmodi vitium palliare. nam illa loquitur,cùm nõ sic cautè proceditur, sicut dictum est, sed recipientes cõmitterent improuidè simoniam, & postquam cõmiserint,prætextu pau-
40 pertatis palliare nituntur. † Paupertatis enim prætextu non ignoscitur delinquenti. vt ff. de ritu nuptia.l.palam.§. non est ignoscendum.s. de diuor.c. ex literis.potius enim debent recipientes mori famæ, quàm simoniacis vesci. vt 32.q.4.c.sicut sanctius. & omnia mala tolerare,quàm simoniæ consentire. vt
41 32.q.5.c.ita ne. † Quamuis à furto excusat nimiæ famis necessitas. vt de consec.dist.5.c.discipulos. hoc ideo, quia tpe nimiæ necessitatis omnia sunt communia. vt ff.ad leg.Rod.de iac.l.1.§.in eadem naui. sed si non fuerit antea necessitas,nõ omnino excusat.vt j.de fur-
42 tis.c.si quis per necessitatem. ¶ † In summa notabis, ꝙ mediatores simoniæ simoniaci sunt.vt 1.q.1.c. si quis episcopus.& nota infamiæ procelluntur.vt 1.q.3.c.vlt. Vnde non admittuntur ad testimonium,etiam cõtra illum qui simoniam illam principaliter dicitur cõmisisse, quamuis crimen simoniæ sit exceptum. vt no.s.eo.tit.§.est aũt sciẽdum. quamuis admittantur ad accusandum. vt 71.dist.c.si quis papa. cùm hoc fama meruerit accusari.vt 2.q.1.c.in primis.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus an possit vices suas concedere sub pretio, & ad locationem & conductionem deducere. & nu.2.*
3 *Vicarius potest gratis constitui,& constituto prouidendum est vnde viuat.*
4 *Ecclesia vel præbenda potest conduci & locari fructuum causa.*
5 *Ecclesia præbenda,vel beneficium, an possit in perpetuum locari, vel vltra tempus vitæ locantis.*

¶NE PRAELATI VICES suas sub annuo censu concedant. Rubrica.

IN proxima rubrica dictum est de simonia in gñe, nunc subijcitur tractatus de simonia in specie, scilicet cum prælati vices suas vel ecclesias sub annuo censu concedunt. & ideo ponitur hic rubr.ne prælati vices suas,vel ecclesias sub annuo censu concedant.
1 ¶ † Et est igitur sciendum, ꝙ prælatus aliquis prælationem suam,iurisdictionem, officium, vices suas, circa ea quæ spũalia sunt, sub pretio concedere non debet,ad locationem & conductionem deducere. Huiusmodi prohibitionis triplex est ratio. Prima,quia dum iurisdictio & officium prælaturæ cõducitur in grauamen subiectorũ, & subuersionem iudi-

iudiciorum nō est dubium redundare. vt j.co.c.2.quia dum sumptus quæritur, prædo crassatur.vt 23.q.1.c.militare.Secunda, quia qui vicariū cōstituit, curam tradit. vt s.de offi.vica.c.vlt.& ideo pro vicaria dare vel excipere pecuniam, simoniacum est. vt s.tit.prox. c.ad nostram.nec mirum, nam vendere castaldionatum, vel œconomatum, simoniacum est.vt 1.q.1.c.si quis episco-
2 pus. & q.3.c.saluator. † Tertia est ratio,quia cū prælatus gratis debeat iudicare.vt 14.q.5.c.nō sanc.& mundas seruare manus,nullumq; cōtingere lucrū, constituit iudicia venalia, in quo Deū & legem offendit. vt in Auth.de manda.prin.§.oportet.col.3. & 10.q.3.c.q rectè. ¶Sed opponitur. hæc duo paria sunt quo ad simoniam committendam, remittere spirituale pro pecunia, vel conferre.vt s.tit.prox.c.querelam.s.de testi.c.veniens.& tñ video, ꝙ episcopus pōt iurisdictionē remittere sub annuo censu. vt s.de reli.domi.c.constitutus. Ad quod respondeo, prælatus priuilegium libertatis indulgens, censum sibi retinet pro tēporibus,quæ remittit. vt s.de censi.c.cùm venerabile. Vel census impositio vitium non inducit;quia imponitur, vt sit probatio subiectionis antiquæ. vt s.de censi.c.omnis omnia. & ad iudicium præstitæ libertatis.vt j.de
3 priuile.c.recepimus. ¶†Potest aūt gratis vicarius constitui, & constituto prouidendū est vnde viuat.vt s.de offi. ordi.c.inter cætera.s.de appella.c.peruenit. Nam cum vicarius teneatur ad vices alienas gerendas, non debet suis stipendijs militare. vt 12.q.2.c.charita-
4 tem. † Item pōt ecclesia vel præbenda conduci & locari fructuum causa. vt j. co.tit.c.querelam. quia & fructus, etsi proueniunt ex spiritualibus beneficijs, nō sunt spirituales,vnde vendi possunt, vt tñ in hac locatione nihil spirituale admisceatur,vt s.de rerum permu.c.ad qōnes. His,quæ superius dicta sunt, nō ob.decre.1.co.tit.qm̄ enormis. Nam illa loquitur in regimine animarū. hoc est in prælatura,quæ.s.locationē & conductionem deduci non potest, vt superius dictum est.Item non obstat canon, qui prohibet ne conductitijs presbyteris ecclesiæ committantur. vt 21.q.1.c. præcipimus. quia & illum intelligo, vt ecclesiæ non committantur, idest ecclesiarum prælaturæ. & sm hoc expono verba illius decre. qm̄ enormis. quia, dum sacerdotiū, hoc est prælatura sub hmōi mercede venale disponatur, ad æternæ retributionis præmiū consideratio non habetur.quasi dicat,dum pro pretio cura committitur & recipitur animarum,non ad ipsarum ædificationem respectus habetur,sed ad lucrum.
5 ¶†Sed nunquid pōt ecclesia præbendā vel beneficium aliquod in perpetuum locare, vel vltra tempus vitæ locantis? Rñdeo non,quia cùm beneficia sint personalia,contractus circa illa habiti personas concedentiū nō excedunt. arg. s. de præbend.c.nisi,in fi.s.de transactio. c.de cætero.& c.veniēs.s.de vsu pallij. c.ad hæc,clericus enim in beneficio vsufructuario comparatur.vt 16.q.6.c.illum. & vsufructuarius rem,in qua vsufructum habet, vltra tempus suæ vitæ locare non pōt;& si locauerit successor in beneficio frui conductorem præstare non tenetur;imò si conductor expensas fecerit,quasi vltra vitam clerici fruiturus,non eas recipiet, quia hoc euenire posse prospicere debuit,vt ff.loca.& cōdu.l.siquis domum.§.hic,subiungi potest. Nisi forte dicere velis ab hærede illius, qui sic locauit conductori restituendas esse ei expensas. argumen.s.de re.eccle.non alienan.c.ad audientiam. ¶His autē,quæ dicta sunt, non obstant iura illa quæ dicunt,illum qui in perpetuum conduxit vel ad non modicū tempus, ius habere in re, vt resistere possit, & etiam ab eo vtiliter vendicare.vt ff. si ager vectig.vel emphy.l.1.§. qui in perpetuū. & ff.de superficie.l.1.§.quod ait. Nam illa loquuntur in priuatis locantibus res proprias, & in conductoribus qui à dominis conducunt.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Simoniam an committant illi, qui habent examinare doctores, & licentiam dare docendi, si obtentu pecuniæ licentiã præstant aliàs non daturi, & num. 2.*
3 *Venditores columbarum sunt qui gradum vel gratiam spiritualem gratia humanæ contributionis exercent.*
4 *Docentes Parisijs, & alijs in locis, an licitè collectas exigant à scholaribus.*
Socrates vt liberius philosopharetur abiecit magnum auri pondus.
5 *Præstans pro tempore obsequium, debet cõsequi beneficium.*

¶DE MAGISTRIS. Rub.

DIximus s̃ de spiritualibus; qualiter prohibeantur concedi, vel recipi pecunia mediante. Nunc tractatur de his, quæ instar spiritualiũ habent, videlicet de magistro, & licẽtia docendi. Et ideo ponitur hic rubrica de magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi. ¶Est igitur sciendum, ꝙ statutum fuit antiquitus, deinde ab Alexandro Papa in Lateranẽsi concil. innouatum, & postmodum ab Innocentio in concilio generali, ꝙ singulæ ecclesiæ cathedrales singulos magistros liberaliũ artium haberent, per eundem Innocentium est adiectum, vt nõ solum in qualibet cathedrali ecclesia, sed in alijs quarum sufficere poterunt facultates, constituatur magister idoneus à prelato cũ capitulo seu maiori & saniori pte capituli eligẽdus, q clericos ipsarũ ecclesiarũ gratis in grammatica facultate & alios instruat iuxta posse. Sanè metropol. ecclesia theologũ nihilominus habeat, qui sacerdotes & alios in sacra pagina doceat. & in his presertim informet, quę ad curam animarum spectare noscuntur. Assignetur aũt cuilibet magistrorum à capitulo vnius prębendę ꝓuentus, & pro theologo à metropolitis tantundem. non quòd propter hoc efficiatur canonicus, sed tandiu redditus ipsos percipiat, quandiu perstiterit in docendo. vt probantur hęc 38. dis. c. de quibusdam j. cod. c. 1. & c. qa nonnulli.

1 ¶† Nunc aũt quæritur de cancellario Parisien. & de archidiacono Bonon. & de magistro scholariũ, qui vel ex priuilegio vel ex iure consuetudinario habent examinare doctores, & licentiam dare docendi, nunqd simoniã cõmittũt, si obtẽtu pecuniæ licentiã pręstãt, aliàs non daturi? Rñdeo non, neque enim vẽditur vel emitur spirituale vł spirituali annexum, sed committitur crimen concussionis, cùm pretextu officij per impressionem exigitur, quod nõ debet. vt C. quod met. causa. l. si per impressionẽ. 23. q. 1. c. militare ff. de concussio l. 1. & 2. & 1. q. 1. c. concussionis. vnde qui exegerit, dignitate officio ac beneficio ecclesiastico spolietur j. cod. c. 1. & c. 5. in fi. Et licet ex parte dantis & exigẽtis videatur turpitudo versari, & sic potior sit conditio possidentis, & deterior repetentis. vt ff. de condit. ob turpẽ cau. l. 3. 14. q. 5. c. non sane. tñ in hoc casu pro mittenti succurritur, & soluẽti vt remittatũ promissum, & solutũ reddatur. vt j. cod. tit. c. prouideas. nõ in fauorem ꝓmittentis vel soluentis, sed in odiũ petentis. Vel posset dici, ꝙ non versatur turpitudo ex parte promittentis, cum enim sit idoneus, quod requiritur. vt j. c. 1. & impediatur vel non permittatũ facere quod à iure pmittatur, licet ei vexationẽ suã redimere, vt s̃. de simo. c. dilectus. ¶Sed † queritur de magistris talibus, qbus de beneficijs est prouisum, an simoniam cõmittant exigendo à clericis ecclesiarũ, à quibus percipiunt beneficia, & ab alijs clericis pauperibus? Rñdeo sic. Nam in templo vendentes sunt qui hoc, quod quibusdam iure cõpetit, ad præmiũ largiuntur. vt 1. q. 1. c. templo. ¶Item† nõ solũ venditores sunt columbarum, & domũ dei faciunt domum negociationis, qui sacros ordines largiendo pretium pecunię vel laudis vel honoris inquirunt; verum hi quoque, qui gradum vel gratiam in eccle-

sia spiritualem, quam dño largiente ꝑceperunt, non simplici intentione sed cuiuslibet humanæ retributionis causa
4 exercerent. vt 1.q.3.c.non solũ.¶† Quęritur aũt de magistris alijs legentibus Parisijs, vel Bononię, vel Neapoli, vel alijs locis, an licitè collectam exigãt à scholaribus? Et videtur prima facie, ꝙ nõ, quia scientia donum Dei est. vt 16.q.1.c reuertimini, circa fi. vnde védi nõ debet. vt 1.q.3.c.non solum. Item proijcere debent pecuniã exemplo Socratis, qui magnum põdus auri abiecit, vidẽs se non posse virtutes & diuitias simul possidere, vt 12.q.2. Socrates. Item ꝓfessores iuris, etsi honestè recipiẽt spõtè oblata, inhonestè tñ exigunt. vt ff.de ua.& extra ordi.cogni.l.1.§.est quidã. Itẽ doctores philosophãtes, inter quos Iuris ciuilis numero professores vt ff. de iusti.& iure.l.1.si pecuniã exegerint, cõtraria erit professioni eorũ exactio.
5 vt C.de munc.primo.l. ꝓfessio.¶†. Sed contra, qui pro tempore pręstat obsequium, debet cõsequi beneficiũ. vt 12.q.2.c.charitatem. Itẽ põt magister vẽdere doctrinam, sicut & iurisconsultus consilium. vt 14.q 5.c.non sane.& 11.q.3.c.non licet. Gratis enim intelligitur docere, etsi collectam recipiat ꝓ expẽsis; sicut eps gratis intelligitur consecrare vel visitare, & tñ recipit procurationem. vt s̃.de simo.c.cùm sit s̃.de præscr. c.cùm ex officio. sic & testis intelligitur gratis testificari, & tñ habet expensas. vt 4.q.4.c.vẽturis. Scholares etiã quas minimas possunt, sed pro facultatibus & dignitate natalium mercedes præceptoribus suis constituãt, vt ff.de administra.tut.l.cum plures.§.cum tutor.& eos munificentijs suis ditare debent. vt ff.de dona.l.Attilius. Vtiliter quidem fiunt expensę in mercedibus magistrorum, vt C.de neg.ge.l.si patrono. Sabinus à suis scholaribus sustentatus fuit. vt ff.de orig.iur.l.2.circa fi. Iudices expensas recipiunt, vt s̃.de vita & ho.cle. c.cùm ab omni. esculentũ & poculentũ. vt ff.de offic.præs.l.plebiscito vt ff.de offi.procõ.l.solent.§.vlt. sacerdotes, q erant in templo, recipiebant aliqua ꝓ sumptu. vt 1.q.1.c.iudices. Circa hoc dicò, ꝙ si doctori sua nõ sufficiunt, licitè & honestè potest à scholaribus exigere ꝓ expensis. Si verò sufficiunt, non exiget, sed spontè oblata recipere põt. vt 10.q.3.c.priscis 12.q.1.c.ecclesiasticarũ 18.dist.c.de eulogijs 1.q.1.c.quicquid inuisibilis.& ca.placuit. Et hoc intelligo in his qui apti sunt & idonei ad docendũ; cæterum si qui tẽpus præueniant, & ad cathedrã nimis accelerent magistralẽ, intendentes magis discere, quàm docere, suũ negotiũ gerunt non alienũ. vt ff.de nego.gest.l.si pupilli.§. in talibus.& si sua sufficiunt, non est ꝓuidendũ ex debito in expensis imputaturus sibi qui suã infirmitatẽ vł imperitiã ñ aduertũt. vt ff.ad leg.Aqui.l.idẽ.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi qui & vnde dicantur.*
2 *Hebrei vnde dicantur.*
3 *Sarraceni quare sic appellantur.*
4 *Iudæi et sarraceni auctoritatibus & rationibus ac blandimentis potius quàm asperitatibus debent ad fidem de nouo suscipiendam prouocari, non compelli.*
5 *Christiani qualiter se debeant habere cum iudæis vel sarracenis.*
6 *Intellectus c.ad mensam 11.q.3.*
7 *Christiani iudæos vocare non debent in necessitatibus nec medicinam ab eis recipere. nec cum eis in balneis se balneare.*
8 *Iudæis non permititur nouas sinagogas erigere.*
9 *Iudæis non licet in die Veneris Sancta, Ostia vel fenestras tenere apertas.*
10 *Iudei Christiana mãcipia habere nõ debẽt.*
11 *Christianus nõ potest in testamento aliquid relinquere pagano.*
12 *Iudæi & saraceni debent in terris christianorum vti habitu per quem à christianis discernantur.*
13 *Christiani an pro mercede in seruitio iudæorum esse debeant.*
14 *Iudæi tenentur ad decimas prædiales.*
15 *Iudæi qualiter pro excessibus puniantur.*

Ecclesia

16 *Ecclesia an peccet permittendo iudæos ritus iudaicos obseruare.*
17 *Serui iudæorum qualiter liberentur. & redimantur.*
18 *Seruus iudeorum à Christiano redemptus an fiat seruus redimentis.*
19 *Christianus an paganum mancipium vel iudæum emere possit.*
20 *Iudæus vel paganus baptizatus an remaneat seruus.*
21 *Merces quæ prohibitæ sunt, quæ ad sarracenos nullo tempore deferri possunt.*

¶DE IVDAEIS ET SARRACENIS. Rubrica.

EGimus de his, qui spiritũ sanctũ per simoniã blasphemant. Nũc de his agamus, qui Deũ malè colendo inhonorãt, vt sunt iudæi & sarraceni. ¶Videamus q̃ dicãtur iudæi, & vnde. Qui sarraceni, & vnde. Et qualiter sint inuitãdi ad fidẽ. Qualiter sint a christianis tractãdi. Et q̃d iuris sit de seruis
1 eorũ. ¶†Iudæi dicuntur qui Mosaicã legem ad literã tenent circumcidendo, & alia legalia faciendo. ¶Dicti sunt iudęi à nomine dignioris tribus. s. à tribu Iudæ. qui inter alias tribus bellicosior & in bellis primã aciẽ & regni priuilegiũ obtinuit. s. vt ex ea sola Rex crearetur,
2 sicut ex tribu Leui sacerdotes. †Hębrei verò dicuntur ab Hæber, cuius familia cultũ tenuit vnus dei cæteris dolatria
3 fœdatis. ¶†Sarraceni dicuntur, qui nec nouũ nec vetus recipium testm̃, qui non ab Agar ancilla Abrahæ de qua eorũ fuit origo. Agarenos se vocari volunt, sed potius à sarra vxore eius & libera se sarracenos vocauerunt. Sunt inter sarracenos quidã, qui receperunt quinque libros Moysi, sed prophetas respuerunt. Et dicuntur Samaritani à Samaria ciuitate. Et ideo, quia prophetas respuerunt, dñr in euangelio, non cou-
4 tuntur iudæi samaritanis. ¶Debent† autem tam iudæi, q̃ sarraceni auctoritatibus rationibus & blandimentis potius, q̃ asperitatibus ad fidem de nouo suscipiendam prouocari non cõpelli. vt 45. dist. c. qui sincera. & c. de iudæis. j. eo. tit. c. sicut. Debet autem homo diligere proximum suum, sicut seipsum. vt quem putauerit hominem beneficientem consolatione vel informatione doctrinæ vel disciplinæ cohertione adducat ad colendum Deum. vt 23. q. 4. c. vl. Si tñ aliquis conditionaliter coactus puta per minas, per rerum ablationem, vel aliam similem coactionem, baptismi recipere sacrm̃, & postmodum a fide recesserit, compelli debet redire ad fidem, & seruare, ne nomen domini blasphemetur, & fides quam suscepit vilis ac contemptibilis habeatur. vt 45. dist. c. de iudæis. & s̃. de bap. & eius effe. c.
5 maiores. ¶†Sic circa iudæos christiani se debent habere, non commedent cum eis, neq; habitabunt, neq; recipient eos ad conuiuia sua. vt 28. q. 1. c. nullus. & c. omnes. Cum saracenis aũt possumus manducare. vt 11. q. 3. c. ad mensam. Huiusmodi diuersitatis illa est ratio; quia iudæi per abusionem scripturam & contemptum ciborũ nostrorum magis fidem nostram impugnant. Alij tñ vt Lau. & Io. dicunt, & melius, q̃ sicut christianus cum iudæo non debet facere supradicta, ita nec cum sarraceno; quia & sarraceni hodie iudaizant. vnde eadem causa prohibitionis & idem
6 periculum est in vtroq;. † Excipitur tñ casus, in quo possimus vti cibis appositis a paganis cum modestia & gratiarũ actione seruata temporum qualitate. iuxta canonicas sanctiones, cum ad prędicandum Christi fidẽ ad eos christiani accedant, vt j. eo. tit c. q̃ sit laudabile. & sic intelligendum est. 11. q. 3. c. ad mensam. dummodo quod apponitur, non sit idolis immolatum; quia tunc sanctius est mori fame, q̃ idolatico vesci. vt 32. q. 2. c. sicut sanctius. quod quidam intellexerunt, cùm quis ad venerationẽ idoli vescitur, aliàs in summa necessitate famis cum horrore & execratione posset aliquis idolatico vesci ad vitæ tantummodo sustentationem,

necessitas enim nō habet legē. vt de cō se.dist.1.c.sicut.ī.de reg.iu.c.ꝗ non est licitū. Nam necessitas est contraria voluntati. vt ff.qđ met.causa.l.1.& nullū peccatum nisi voluntariū. vt 15.q.1.c.
7 1.& c.illa.¶†Item christiani nō debent in suis necessitatib' vocare iudæos,nec ab eis accipere medicinā, nec secū eis in eisdē balneis balneare. vt 28.q.1.c. nullus & c.omnes.Itē permitti non debent iudæi,vt inter Christianos publicis officijs præferantur,qm̄ sub tali prætextu Christianis nimiū sunt infesti. vt ī.eo.tit.c.cum sit.& 54.dist.c.nulla.17.
8 q.4.c.constituit. †Item non permittuntur nouas erigere synagogas, sed si veteres corruerint vel ruinā minantur; possint eas reædificare, non aūt vt eas exaltēt,aut ampliores vel præciosiores faciant. vt ī.eo.tit.c.iudæi.& c.consuluit. longe.n.aliud est reficere,& aliud facere.vt ff.de itinere actuq; priua.l.3. §.reficere.& ff.de nou.oper.nunci.l.1.§. si quis. Licet contrarium arg.sit. ff.de
9 mor.inferen.l.1.§.ædificare. ¶†Itē non permittitur iudæo ostia vel fenestras apertas habere in die parasceues. vt ī. eo.c.quia.eo qđ nonnulli ex ipsis iudæis Christianis afflictis solent illudere illo die,vt ī.eo.tit.c.in nōnullis.§.in diebus Sic & alias abhominationes & abusus facere prohibentur.vt ī.eo.tit.c.& si iu
10 dæos.¶Itē†non permittitur iudęis vel sarracenis Christiana mācipia in domibus suis habere.vt ī.eo.c.iudæi. ¶Item
11 †nullus Christianus aliquid in testamento pagano relinquit,alioquin etiā post mortē iudicabitur anathema,vt ī.
12 de hær.c.si quis episcopus.¶Item†compellendi sunt, vt in omni Christianorū prouincia & in omni tempore qualitate habit' publicè à personis alijs distinguantur.vt ī.eo.tit.c.in nonnullis.¶Itē
13 †Christiani iudęorū seruitio se ꝑ mercede aliqua nō exponant. vt ī.eo.c.ad hæc & c.ab omnibus,qđ verū est in domibus iudęorū,sed in agris pn̄t vt ī.eo.
14 tit.c.multorū.¶†Itē iudæi cogendi sunt soluere decimas prædiales, vt ī.de decī.c.de terris.Christiani autem iudæos grauare non debent. vt ī.eo.tit.c.sicut. nisi forte circa pensionū exactiones, vt per hoc cōpellātur ad rectitudinē festi-
15 nare.vt 23.q.6.c.iam vero.†si iudæi excesserint in prædictis vel alijs veniendo contra canonicas sanctiones,puniuntur qn̄q; in personis, vt ī.e.ti.c.nonnullis.ī. de rap.c.in archiepiscopatu. & 18.dist. c.sępe.qn̄q; pecuniali ter.vt ī.eo.c.eum sit in fi.& in prædicta decre.in archiepiscopatu. Qn̄q: per pœnam spiritualē,s. per pœnā excōicationis indirectè. quia Christianis inhibetur sub pœna excōicationis, ne cū eis aliquod commerciū audeant exercere.vt ī.eo.c.& si iudęos, in fi.s.de deci. c.in terris.ī.de vsu. c. cū tu. Sed opponitur, quid ad ecclesiā de his qui foris sunt? vt 2.q.1.c.multi.45. di.c.qui sincera.Rn̄deo nihil attinet ecclesiæ iudicare de his.s.eis religionis regulas imponendo, vel eos spiritualiter puniendo, nisi indirectè,sicut superius dictū est.sed pertinet ad ecclesiā alias eos punire de excessibus supradictis.
16 †Item non admittit eos ad actus legitimos,vt 2.q.7.c.alieni. Sed nonne ecclesia peccat, dum sinit iudæos ritus iudaicos obseruare.vt ī.eo.ti.c.sicut.Ad quod rn̄deo,ecclesia non approbat,sed permittit; quod aūt permittimus, nolentes permittimus, quia malas hominum voluntates ad plenum prohibere nō possumus vt 31.q.1.c.hac aucto.pręterea si hoc ecclesia nō tolleraret, videretur eos ad fidem cogere, qđ fieri non debet, vt superius dixi in §.debet autē. ¶Nūc de seruis iudæorū videamus. Ad
17 quod notandum est. † ꝗ seruus iudæi, aut est vernaculus,i.de propria ancilla natus,aut empticius. Si vernacul',si sit vel velit fieri Christianus,statim eripitur in libertatē,nullo ꝓcio dato. vt C. đ episco. & cle.l.deo nobis.§.his itaq;, & ar.54.di.c.fraternitatē. Si verò empticius,subdistingue,qa aut erat Xpianus,qn̄ fuit empt',aut pagan'.Si Christianus indistinctè in libertatē eripitur nullo pretio dato, quia Christiani cōmercium

mercium est iudæo penitus interdictũ. vt 54.di.c.mancipia. similiter serui hæreticorũ impunè pñt & dominos relinquere,& ad ecclesias cõfugere, vt C.de hære.& ma.l.manicheos. Si aũt sit emptus dum erat paganus,aut causa seruitij,aut causa cõmercij. In primo casu si vult effici Christianus, liber efficitur sine pretio. vt 54.di.c.fraternitatẽ. In secundo vero casu, si.j.tres menses nõ exposuit cum venalem,postea si vult fieri Christianus liberatur sine pretio.quia præsumitur q̃ ad seruiendũ emerit. Si aũt exposuit cũ venalẽ.j.tres menses, & iste vult fieri Christianus.j.illud spacium, vel ẽt post,dũ tñ non steterit per dominum quo minus vẽdiderit eum, j. illud tempus liberatur reddito pretio. 12.solidorũ. vt 54.c.fraternitatẽ.& j. eo.tit.c.1.& 2.& c.vlt. Sed quæritur,cuius monetæ erunt solidi illi? Rñdeo,dicunt quidam q̃ erunt aurei, vt ff.de mino.l.si mulier.Insti.de pe.te.liti.in fi.C. de spor.l.omnibus. C.de falsa mo.l.si quis nũmos. vnde in simili casu lex vna dicit.20.soli.dandos,ne libertas præstita reuocetur, vt ff.de ma.test.l.cum ex falsis.Alia dicit.20.aureos. vt ff.de inof.testa.l.Papinianus.§.vltimo.Dabuntur aũt.20.solidi à quocunq; Christiano emptore. vt 54.dist.c.fraternitatẽ.

18 ¶ † Sed nunquid redemptus fiet seruus redimentis? Non, sed restituet ei pretium,& erit liber.vt arg.Insti.de noxa. actio.§.dominus. Vel si non põt illud dare, seruiat suo redẽptori aliquo tempore.vt C.de capti.& postli.reuersus.l. vlt.36.q.1.c.de raptoribus.Vel quærat hostiatim pretium suæ redemptionis. vt.ff.de ma.l.4. Sed hæc vera sunt nisi pretiũ datũ fuerit causa pietatis animo nõ repetendi; quia tunc nec pro pretio seruitur, nec pretium reddetur. Quia quod pietate datur,prohibet ius ne repetatur. Sed qd si plures emptores vel redemptores simul ad redimendũ concurrant? Rñdeo, episcopus loci eligat magis idoneum.arg.ad hoc.ff.de accu. l.si plures. & ff.de popul.ac.l.si plures. vel si sint pares, gratificetur episcopus cui velit.arg.§.de iure.pa.c.cùm aũt aduocatus. & ff.de religio.& sumpt.fu.l.

19 sunt plures. ¶ † Nũquid Christianus potest paganũ mancipium vel iudæũ emere? Rñdeo sic.vt j.e.tit.c.fraternitatẽ. & c.si iudæos.23.q.8.c.dispar.sed iudæũ secum in familia non habebit. vt 18.q. 1.c.sæpe.& c.nullus.Sed si voluerit effici Christianus, sibi prohibere non põt, nec debet; qa vbi spiritus, ibi libertas. vt 19.q.2.c.duæ.§.de renunci.c.nisi cũ

20 pridem.§.sed dices. † Sed nunquid iudæus,vel paganus baptizatus remanebit seruus? Rñdeo sic. Nam seruitus introducta est de iure diuino. vt 36.dist. c.sexto.Cõfirmata de iure gẽtiũ.vt prima dist.c.ius gentiũ.& de iu.canonico approbata, vt 12.q.2.c.illo.c.si quos. c.de seruis.vsq; ad.c.ecclesiarũ seruos. eo saluo, q̃ in quibusdam casibus serui tus est per ecclesiam introducta.vt.32. dist.c.eos.& 81.dist.c.quidã.15.q.vl.c. cum mulie.j.eo.c.iudæi.& c.ad liberandam.

21 ¶ † In summa sciendum est,q̃ quædam merces prohibitæ sunt,quę ad sarracenos nullo tẽpore deferri possunt,vt arma, ferrum, & lignamina,vt j.eo.c. ita quorundam,j.eo.tit.c.ad liberandum. Nam & sm leges hæc ad hostes transferri non debent.vt.C.quæ res ex porta.non de.l.2.C.de comer. & merca.l.mercatores.ff.de publ.& vect.l.cotem.sed aliæ merces nõ sunt prohibitæ tẽpore treugę.vt j.e.c.significauit.Qui aũt eis triremes siue galeas vẽdunt vel naues, aut in piraticis sarracenorũ nauis curã gubernationis exercẽt, vel machinis quibuscunq; alijs aliquod eius impẽdunt consilium, vel auxiliũ in dispendium terræ sanctæ,qualiter puniatur, legitur.j.eo.tit.c.ad liberandum.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus quis dicatur.*

2 *Hæreticus quibus modis puniatur.*

Intellectus ad c.cũ ab homine.de iud.ic.ad falsariorum,de cri.falsi & c.nominus,de verbo.

debet ecclesia tradere depositū, sicut qdā male intelligentes dicunt, ꝙ ecclesia manualiter & corporaliter tradere debet depositū iudici seculari. ecclesia. n. pro damnādis corporaliter supplicat. vt 23. q. 5. c. reos C. de epi. audi. l. adiector. Quomodo ergo traderet puniendos, quos supplicādo debet à pœna eximere?
3 † aliquando enim ecclesia innocat brachium seculare contra suos rebelles. vt 11. q. 3. c. siquis sacerdotum. & c. petimus ī. eod. c. excōmunicamus. Qui verò inuenti fuerint de hæresi sola suspitione notabiles, nisi ad arbitriū episcopi se purgauerint, simili sentētiæ subiacebunt, vt ī. eod. tit. c. ad abolendā. §. laicus ī. de sent. excom. c. vt famæ in fi. militari persecutione; qa si aliter fieri non pōt, manu armata & militari sunt ab eis omnia bona, quæ iniustè occupata detinet, auferenda. quia sicut ꝓbat Isidorus & alij sancti, & præcipue Augū. Nulla iure possunt hęretici possidere. iure naturali non, quia secūdùm illud omnia sunt cōmunia. vt. 1. dist. c. ius naturale. nec iure diuino, vnde ipse dn̄s. Auferet̄ à vobis regnū & dabitur genti facienti fructus eius. Itē, labores impiorū iusti edent. Itē, omnia sunt iustorū. vt 8. dist. c. quo iure 23. q. 7. c. 1. & 3. & s. ne cleri. vel monac. c. relatū. Sed
4 † nunquid catholici possunt hæreticos propria auctoritate spoliare? Videtur ꝙ sic. ecclesia enim generalē auctorita-
5 tē eis præstitit, vt eos exterminent; † cōcedit etiam idem priuilegium eos exterminantibus, quòd euntibus in terræ sanctæ subsidiū est concessum. vt 23. q. 5. c. si nos ī. eo. tit. c. excōmunicamus. §. catholici verò 23. q. 5. c. si audieris. & qō 8. c. legi & occidit fines. Veruntamē satis videtur tutū, vt semper fiat speciali edicto principis vel ecclesiæ, ne aliàs ex cupiditate vel vltione potius, quàm ex iustitia vel obedientia pugnare videant̄ vt 23. q. 1. c. qd culpatur. & q. 2.
6 c. 1. & 2. q. 3. c. sex differentiæ. † Sed qd si cōuertunt̄ ad fidē, nūqd eis ablata restituentur? Rn̄deo non, nisi de gratia. vt
7 ī. e. tit. c. vergentis. ¶† Sed quid si hæretici habeant filios orthodoxos, nunqd iure hæreditario capient bona paterna? Videtur ꝙ non, vt ī. eod. c. vergentis. sed contradicunt leges C. eod. tit. l. manicheos. & l. cognouimus. & auth. ibi signata. Item de Nestorianis, vbi dicitur quòd bona hæreticorum deuoluūtur ad filios orthodoxos, si hæretici habeāt filios orthodoxos, alioq; ad agnatos vł cognatos orthodoxos deuoluuntur. circa hoc dixerunt Lau. & Io. quòd decre. illa vergentis, corrigit leges illas. & ius illud antiquum trahitur ad hoc nouum. argu. ff. legi. & consti. l. non est nouum s. de cog. spi. c. 1. Puto autē verius cū Tā. ꝙ decr. præualet legibus in terris, quę sunt Romanæ ecclesiæ tēporali iurisdictione subiectæ, sicut principio decr. innuitur manifestè. leges vero præualent decr. in terris quæ non sunt tēporaliter ecclesiæ subiectæ. cùm maiori æquitate nitantur quàm decr. imo decretalis rigorem continet, leges
8 aūt æquitatem. † Aequitas præferēda est iuri scripto & stricto. vt C. de iudi. l. placuit 100. dis. c. eos ff. de pœ. l. plures. & vere decretalis sæueritatē continet; leges. n. quæ puniunt filios eorū, qui cōmittunt crimen læsæ maiestatis, nā timuerunt ne filij essent imitatores paternæ iniquitatis, vt 1. q. 1. c. qsquis cū militibus. Sed si ecclesia videat ꝑ certa indicia fidē & deuotionē filiorū hæreticorū, quo puniet eos, cùm pœna suos auctores debeat tenere? vt s. de his quæ
9 fi. a ma. par. ca. c. quæsiuit. † cùm filius non debeat puniri pro patre? vt C. ne filius pro patre. cum ecclesia oēs debeat iuuare, oēs amare? vt 8. q. 1. c. clemens. nulli volenti venire claudere gremiū. vt C. de sa. san. eccle. l. vltimo. Credo ꝙ Inno. in pœna filiorum considerauit parentes, an parentes intelliguntur puniri pœnis filiorum. vt ff. quod met. causa
10 Listi quidem. † & frequenter ecclesia punit temporaliter filium pro delicto patris. vt 15. q. vlti. c. cū multę. 1. q. 4. c. ecclesia. §. itē peccato. 1. q. 1. c. cito. & s. de fi.

de fi.presbyter. per totum.j.de pœnis. c.in quibusdam. Aliàs autẽ generaliter bona damnatorum deuoluuntur ad hæredes.vt C.de bo.damna.auth.bona.

11 † Vasalli absoluuntur ipso iure à fidelitate & omni pacto quacunq; firmitate vallato,quo hæreticis tenebantur astricti.vt j.e.c.vlt. imò etiam vasalli dominorum temporaliũ,qui requisiti & moniti terram suã purgare neglexerint ab hæretica infidelitate, post eorũ excõicationem & contemptum denunciandi sunt absoluti. vt j.eod. c. excõicamus

12 versi.si vero dominus tpalis. † vnde diligenter attendens q principes seculi & dñi tpales non solum pp suam hæresim,sed pp hæresim aliorum,quos dum põt exterminare, neglexerint, sunt excõicandi ab ecclesia,& expellendi à terris,& terræ ipsorum exponi põt catholicis occupandæ.Et idem est si princeps contra regnum & iustitiam faciendam negligens inuẽtus fuerit insufficiens & ineptus. vt 17.q.4.c. si quis deinceps. 11.q.1.c.nullus,il primo 32.q.5.c.præ-

13 ceptum.† Vnde & Zacharias Papa deposuit Ludouicum Regem Francorum prædecessorem Pipini patris Caroli.vt 15.q.6.c.alius.quilibet.n.nullo excepto cõtrahit forum ecclesiæ ex peccato. vt s.de iudi.c.nouit.hoc autem indubitatum est,q deus præponitur omnibus ptãtibus.vt 8.di.c.quæ contra mores.in fi. ergo & eius vicarius, qui vices eius gerit in terris.vt s. vt ec.bene sine dist. confe.c.vt nostrum.s. de transla.episc. inter corporales. Vnde dñs ad Hyeremiam. ecce constituite super gentes & regna. vt 36.dist.c. qui ecclesiasticis.§. ecce.Et hæc maximè locũ habent, cùm princeps de cuius pœna quæritur, aliũ secularem superiorem non habet. ¶De pœna credentium, receptatorum, defensorum,& fautorum hæreticorum,teneas quod dicitur.j.e.c.excõicamus.§.

14 præterea. ¶Qui verò † ab hæresi redire volunt recipiantur sm formam quæ habetur j.eo.tit.c. ad abolendam.§.1. & c.excõicamus.§.si quis autem de præ

dictis,de cõse.di.2.c. ego Belengarius.

15 † De pœna verò prælatorum circa hoc negligentium legitur j.eod.c.excõica-

16 mus in fi. ¶† Sed quæritur. an cum reuersis ab hæresi ad fidem catholicã valeat dispẽsari,vt promoueri possint, & per quos dispensetur. Est sciendum, q tales de iure cõi suscipiendi sunt ad laicam cõmunionem. vt 1.q.7.c.1.adhibetur autem circa eos quadrupliciter dispensatio,semiplena,plena, plenior,plenissima. semiplena vt recipiantur in ordinibus iam receptis sublata eis omni spe promotionis. vt 1.q.1.c.si quis hæreticæ. Plena vt possint sacerdotes fieri,& non vltra vt 1.q.7.c. conuenientibus. Plenior,vt possint esse epi, & non primates, vt 12.q.2.c.nos consuetudinem.Plenissima,vt ad oẽs dignitates & ordines valeant pmoueri. vt 23.q.4.c. ipsa pietas.Et similem distinctionẽ.no. s.de simo.§.& nota quod plus. Cætera quæ ad fidẽ catholicam pertinent, no. s.de summa Trini.& fide catholi.

SVMMARIVM.

1 *Schisma quid sit.*
2 *Schisma in quo ab hæresi differat.*
3 *Schismatici à quo puniantur.*
4 *Alienationes rerum ecclesiasticarum factæ per prælatos schismaticos non valens.*
5 *Schismaticus volens redire ad vnitatem ecclesiæ quid peragere debeat.*

¶DE SCHISMATICIS. Rubrica.

Dictũ est.s.de hæreticis;sed quia schisma inducit hæresim,quia omne schisma intendit sibi cõstituere ecclesiam,& vniuersalem ecclesiã impugnare,quæ vna est.vt 33.q.1.c. loquitur. vnde schismatici volentes ecclesiã Dei scindere,peccãt in fide, quo ad articulum illum. & vnã sanctã ecclesiam catholicam. & ideo subsequenter ponitur hic rubrica de schismaticis. ¶Videamᵘ igitur,pd sit schisma. Vnde

dicatur, in quo ab hæresi differat. Qua pœna schismatici feriantur. Deinde videam de alienationib. & ordina schis
1 maticorũ. ¶†Schisma est illicita discessio eorum, inter quos vnitas esse debet. Vel schisma est illicitus ab vnitate vel vniuersitate discessus. Dicitur aũt schisma a scissura; quia per schisma fit ab vnitate vel vniuersitate scissura. vt 24.
2 q.1.c.schisma. ¶†Differt schisma ab hæresi. quia hæresis in principio sui habet peruersum dogma, qđ non habet schisma; sed in fine contingit aliquam hæresim, vt rectè videatur ab ecclesia recessisse. vt dicit Hieronymus. 24.q.3.c.inter hęresim & schisma. Vñ est talis dñia inter hæresim & schisma, qualis est inter genus & spẽm; quia omnis hæretic⁹ est schismaticus, sed nõ conuertitur nisi si schisma durauerit. nam tunc in hære
3 sim incidit, sicut dictũ est. ¶†Puniuntur schismatici à Deo & ab homine. vnde vt scirẽt homines q̃ graue & q̃ detestabile crimẽ est schisma, ostendit in Chore Dathan & Abiron, quos terra viuos absorbuit. Apparet & alio exẽplo. Nã cum decem tribus scissæ fuissent a tribu Iudæ & Beniamin, & relicto rege suo alterum sibi foris cõstituissent, & tandem iret ad eos Ieroboã, vt peccata sua exprobaret, & vt vltionem futuram prædiceret, panẽ apud illos ædere & aquã bibere veritus est. quod cùm non custodisset, statim diuina censura percussus est, & inde regrediens impetu & morsu leonis necatus est in itinere. vt 7.q.1.c. denique. Vnde indubitatũ est sceleratius esse delictũ, quod grauius vindicatum est, vt 24.q.1.c.nõ afferamus. Nec ob. qđ alibi dicitur, hæresim maius esse inter cætera crimina, eo quod primum locum tenet in pœnis. vt 32.q.7.c.quod in omnibus. Nam hoc locũ habet, cum nouum est schisma; cæterùm si fuerit radicatum & firmatum, tunc idem est crimen, & pœna æqualis, vt superius dictũ est. ¶Quid aũt iuris sit de ordinatis a prælatus schismaticis. Nõ repeto hic, quia materiã illam plenè no. s̃. de tẽpo.
4 or. §. ordines conferri p̃st. ¶†Item aliæ nationes rerum ecclesiasticarum factæ per prælatos schismaticos non valent, vt ĩ.e.c.1. siue.n. schismatici pro intrusis habeantur, non valent alienationes. 12.q.2.c.alienationes. Siue pro nullis habeãtur ecclesiæ sub talibus prælatis, vacare intelligantur. vt s̃. de præscrip. c.1. & s̃. de transla. præ.c. inter corporalia. similiter alienationes talium nullæ
5 sunt. vt 12.q.2.c.si qua de rebus. ¶†In summa sciendũ est, q̃ si schismaticus volens redire ad vnitatẽ ecclesiæ ad mãdatũ ipsius satisfacere debet & recipi cũ impositione manus, vt accipiat spũm q̃ ex̃ ecclesiã non est, nec esse põt. vt 24.q. 1.c. didicim⁹ c. pudẽda. & c. schisma. Itẽ qd si qs recõciliat⁹ dicat secũ circa ordinẽ misericorditer dispẽsatũ? Probare hẽt, & ab eo q põt dispẽsare, vt ĩ.e.c.vl.

SVMMARIVM.

1 *Apostasia quid sit, & vnde dicatur.*
2 *Apostasia quotuplex sit, & qualiter committatur.*
3 *Apostatis quæ pœna imponatur.*
4 *Caracter an recipiatur per reiterationem baptismi.*
5 *Clericus qui primam tonsuram dimisit, an ad eam deferendam possit compelli.*
6 *Clericus vxoratus, vel ad militiam conuersus, an compelli possit ad deferendam tonsuram.*
7 *Clericus vxoratus retinet priuilegium canonis. 17.q.4.*
8 *Episcopus an possit dispensare cum clerico vxorato ad clericatum redeunte.*
9 *Monachus in fuga cõstitutus cui acquirat*
10 *Monachus fugitiuus si secundum ingrediatur monasterium, quæsita vacationis tempore cui acquirat.*
11 *Monachum fugitiuum quando monasterium teneatur recipere.*
12 *Monachus fugitiuus in monasterio deductus habitum abiectum reassumere volens qualiter puniatur.*
13 *Monachus vel monacha licet pluries delinquat, eius abbas cõpellitur ipm recipere.*

¶DE APOSTATIS.
Rubrica.

EGimus de hæreticis & schismaticis, sed quia vterq; cadunt in apostasiam. Ideo subijcitur hic rubrica de apostatis. ¶Est igitur sciendum, quid sit apostasia. Quæ sint eius species. Qua pœna apostatæ feriantur. Et qualiter reuertentes recipiantur.
1 ¶Apostasia est † temerarius recessus a statu fidei, obedie͂tiæ, vel religionis. Et dicitur apostasia, quasi post statio, i. retro statio, vel retrogradatio. vt 16.q.7.
2 c. non obseruetis. ¶† Est aũt triplex apostasia, perfidiæ, inobedientiæ, & irregularitatis. Perfidiæ, qua quis recedit a fide. vt Iulianus apostata. de hoc habetur. 2.q.7.c. non pót. Inobedientiæ, qua quis transgreditur spontanea voluntate præceptũ. Adã & Aeua. & qui sacris canonibus obedire contemnunt. de hac habetur. 3.q.4.c. alieni. s. de maiori & obe.c. si quis. Irregularitatis, qua quis a statu religionis assumptæ recedit, vt cũ apostatatur clericus, monachus, religiosus aliquis, vel conuersus; & de hac habetur. 50. dist.c. vlt. 44. dist.c. quantũ libet 16.q.1.c. legi. hęc fit multis modis abijciendo tonsuram vel coronã, vt 20.q.3.c. eo. j.c.c.1. Conuertendo se ad negocia secularia, s. de vi. & ho. cle.c. ex literis. j. de senten. excom.c. in audientia &.c. perpendimus. Vxorem ducendo, vt s. de cle. coniuga.c. ex parte. Habitũ religionis abijciendo. vt 20.q.3.c. 1. & 2. 27.q.1.c. omnes. & j. eo. tit. fere
3 per totum. ¶Imponitur † pœna apostatis sm diuersitatem apostasiarum, nam apostata a fide hæreticus est, & sicut hæreticus punietur. De pœna hæreticorũ dic. vt. s. de hære. § puniuntur. Pro apostasia inobedientiæ excõicatur quis, & efficitur infamis. vt 3.q.3.c. si qs à suo & 11.q.4.c. si aũt vobis. s. de maiori. & obe.c. si quis venerit.c. cum in ecclesijs. Pro apostasia a religione efficitur quis infamis. vt 2.q.7.c. alieni. 3.q.4.c. beatus. Interim ad ordinem vel dignitatẽ promoueri non debet, vt 16.q.1.c. legi. & 50. di.c. vl. & si sacrũ ordinem in apostasia receperit, & si suo fuerit reconciliatus abbati, & pœnitentiã receperit, tñ absq; dispensatione summi pontificis ministrare non poterit in ordine sic suscepto, vt j. eo.c. vl. Et est iste vnus casus, in quo prohibetur episcopus dispe͂sare cum reuersis reconciliatis. Alius, cùm quis iterata vnctione fuerit maculatus. vt 1.q. vlt.c. saluberrimũ in fi. Tertius, cùm quis scienter iterato recipit sacrum baptisma. vt de con. di. 4.c. qui bis, & c. eos. Quartus cum ad subuersionem fidei ordinem ab hæretico recipit, maximè cũ præsens habetur episcopus orthodoxus. vt 1.q. vlt.c. conuenienti-
4 bus. in fi. ¶† Sequitur in rubrica, & reiterantibus baptisma. circa quod quæritur. an in reiteratione baptismi character recipiatur. Ad hoc dicunt quidã, ꝙ sic. & idem dicunt in reiteratione ordinis. aliàs qualiter per reiterationem fieret iniuria sacramento, vt j.c. tit.c. ex literarum. 1.q.1.c. quod quidam. de con. dist. 3.c. ostenditur. Itẽ qualiter actus qui non habet effectum, induceret irregularitatem indispensabilem, non videtur. quia alibi quod de iure non fortitur effectum, non inducit impedimentum. vt s. de despon. impub.c. literas & c. accessit. Puto verius, ꝙ character nõ iterum cõfertur. vt 68. distin.c. presbyteri. § quod ergo consecratus. licet casualiter quod de iure non fortitur effectum, inducat impedimentum. vt s. de biga.c. nuper. & c. vlti. s. de sponsa.c. ad audientiam. Quod aũt dicitur iniuriã fieri sacramento per iterationem, verum est quo ad intentionem iterantiũ, non quo ad veritatem. ¶† Circa apo-
5 statantes a clericatu, quæritur an is qui primam tantum tonsuram accepit & dimisit, ad eam deferendam possit cõpelli? Rñdeo sic. Nam per primam tonsuram iuxta formam ecclesiæ datam clericalis ordo confertur, vt s. de æta. & quali.c. cũ contingat. tonsuratus igitur in clericum & sic ordinatus, clericus est vt 21. dist.c. cleros. & 54. dist.c. ex antiquis.

quis. vnde compellendus est ab habitū deferendum. vt s̄. de vi. & ho. cle. c. si
6 quis ex clericis 20. q. 3. c. cos. †Sed qd si ducat vxorem; dicunt quidam ꝙ si vxorem ducat corruptam vel secundam, tunc qa irreuocabiliter à clericatu recessit. vt 32. di. c. feriatim. omne priuilegium amisit, vt 54. di. c. quisquis. & idē dicunt si ad militiā se conuertit, quasi ad vitam contrariā clericatui, & in militia sæua exercuit; tunc non cōpellitur portare tonsuram. Cęterū si clericus dimisso habitu clericali simpliciter viuit, & vxorem virginē ducit, cōp. lli debet, vt dicit Hug. & idem dicit frater Ra. in summa sua. preterquā in tribus casibus. Vnus est, sicut ipse dicit, cū clericus nullo mō vult retinere priuilegiū clericale. Alius, si non pōt clericalē ferre tonsuram sine scādalo vxoris. Tertius, cùm iusta causa timoris exigit tonsurā vel habitum transformari. vt s̄. quod me. cau. c. prælatū. Quod mihi non placet. Sed dico generaliter, clericū vxoratū non teneri nec cōpelli deferre habitū clericalem; cùm. n. vxoratum oporteat secularibus negocijs se immiscere, tonsura ipsius secularia exercentis videretur profectò in clericalis ministerij vituperium redundare, vt s̄. de cle. cōiug. c. Ioannes in fi. Quod verū est, nisi beneficiū habeat. vt ibi dicit. si tñ sua sponte tonsuram vxoratus deferat, retinet priuilegium clericale. Nec ob. quod in eadem decre. dicitur, ꝙ igitur idē tonsuratus priuilegio nō pōt clericali gaudere. Sed illud verū est, quo ad quædā, de quibus loquitur illa decre. j̄. co. ti. c. ex
7 parte. †retinet aūt priuilegiū illius canonis. 17. q. 4. c. si quis suadente. Nā illud priuilegium indultum est non tā in fauorem clericorum, q̄ in odiū laicorū
8 vt j̄. de sen. ex. c. contingit. ¶†Sed quid si clericus in sacris ordinibus constitutus vxorem ducat de facto, domum ad clericatum redeat, nunquid pōt cū eo episcopus dispensare? Rñdeo sic. vt de cle. cōniu. c. sanc. quamuis in contrariū moueat. quia clericus assumendo sacrū ordinem votum continentię solennizare videtur. vt 32. dist. c. feriatim. vnde postea contrahendo maius peccatū cōmittit violando votum solenne, q̄ sit adulterium vt 27. q. 1. c. meliore. Sed episcopus non pōt dispensare. s̄. adulterium, vt s̄. de iudi. c. at si clerici. Verius
9 est, quod primò dixi. ¶†Quid de monacho fugitiuo, cui acquirit in fuga constitutus? Rñdeo, suo monasterio, sicut & seruus vt 18. q. 2. c. abbates. ff. de ac-
10 qui. pos. l. 1. §. per seruū. ¶†Sed quid si monachus s̄m ingrediatur monasteriū de licentia abbatis sui, vel iuris auctoritate quæsita vacationis tempore, cui monasterio cedent primo, vel secūdo? Rñdeo secundo. vt 16. q. 6. c. de lapsis in Auth. de san. epi. §. si monachus coll. 9. 18. q. 2. c. vno. Sed quid si sine licentia abbatis & absque iuris auctoritate monachus vagabundus s̄m monasterium intrauit, bona quęsita vagationis tempore cui cedent? Rñdeo, si monasterium primum vidit vagabundum, & neglexerit, bona cedent monasterio secundo; sicut & seruus pro derelicto habitus priori domino non acquirit. vt C. de lati. lib. tol. l. vna. §. sed scimus. sed acquirit apprehendenti eum, vt ff. de stip. seruo. l. ꝙ seruus. Cęterum si primum monasterium non neglexit vagabundum, sed repetit, & reuocauit errantem, tunc bona cedent monasterio priori. vt in Auth. de san. epi. §. si monach⁹
11 col. 9. ¶†Sed quæritur, an monasteriū compellatur recipere monachum fugitiuum? Respondeo sic. vt 27. q. 1. c. peruenit. & c. & quia. 16. q. 1. c. quidam monachi. nisi primum monasterium sit de dissolutione suspectum. tunc enim trudetur in monasterio cautiori & strictiori cum omnibus bonis quæ obtulerat primo, vt 17. q. 1. c. quæ si monacharum. & c. si quis rapuerit. & in Auth. de san. episc. §. si quis rapuerit. Sed obiectum delictum personæ non debet redundare in damnum ecclesiæ, vt 16. q. 6. c. si episcopum. Ad quod rñdeo, non videtur redundare; quia primum

monasterium liberatur a monacho nec ei tenetur vlterius prouidere. vt 16.q. 6.c.de lapsis.j.de cle.cōiu. c.qđ te.nec
dicō res dādas secūdo monasterio, nisi quo ad vsumfructum in vita detrusi.vt 11.q.9.c.de lapsis.quo mortuo ad primum monasteriū bona redibunt. vt ar. ad idem.C.de episco.& cle.l.raptores.

12 ¶Sed†qd si monachus fugitiuus in monasterio reductus habitū abiectū reassumere nolit? Rñdeo sub graui custodia carceretur,, vt j.eo.tit.c.a nobis. ¶†In summa notandū est, q monachus vel monacha,etsi pluries delinquat, abbas eius compellitur ipsum recipere vt 27. q.1.c.peruenit.quod in seculari clerico non contingit. vt 48.dist.c.qm multa.

S V M M A R I V M.

1 *Pœna legis Pompeiæ de parricidijs in quibus locum habeat, & quæ sit eius pœna. nume.2.*

3 *Parentes ad quorum latus filij reperiuntur oppressi, qualiter & quando puniantur.& num.4.*

¶DE HIS QVI FILIOS occiderunt. Rubr.

POstquam tractauimus de his quæ circa fidem cōmittuntur in Deū: vt de iudæis,& sarracenis,de hæretici,& apostatis. Nunc videamus de his quæ in homines delinquuntur, & nihilominus in Deum,& ideo de homicidio tractemus. Sed quia inter alia genera homicidij parricidiū grauius reputatur,de parricidio videamus.vnde ponitur hic rubr.de his qui filios occide.Sed aliter intitulatur hæc rubr.in ff.s.ad legem Pompe.de pari. Et aliter in C.s.de his qui pat.vel fi.occi. ¶Est igitur videndum qñ hoc particulare flagitium locum habet. Et quæ sit pœna ipsius. Et quæ circa delinquentes huiusmodi dispensatio fiat. ¶Secundū qđ hic intitulatur,locū habet,cū pater vel mater occidit filiū . sic.n.loquntur decreta.positæ sub hac rubrica. sed s̄m rubricam.C.locum habet cum quis aliquem de parentibus vel aliquem de li-
1 beris occidit,†vt parentū nomine omnes ascendētes, liberorum verò omnes descendentes in infinitum intelligātur. vt ff.de in ius vo.l.quicunq; §.vlt.& l. sed si hac lege.§.libertos.locum ēt habet in collateralibus. vt ff.co.tit.l.1.& quibusdam personis alijs, vt in ea.l.& l.sed sciendum.sed & qui opē præstiterit,ita tenetur, sicut ipse qui occiderit. vt ff.co.tit.l.verum.& l.si sciente. Item qui venenum emit, vt principi daret, quamuis dare non potuerit, lege pom
2 peia tenetur.vt ff.eo.tit.l.1.in fi.¶†Huiusmodi sceleris pœna s̄m leges hæc est,vt parricida virgis sanguineis verberatus,deinde in culleo insuatur cum cane & gallo gallinacio & vipera & simea,deinde in mare profunde iactetur culleus vel in amnem.vt ff.co.tit.l.pœna.vt & cœlum superstiti,& terra mortuo auferatur.vt C.eo.tit.l.1.Secundū canones non sic, sed imponitur pœna intrusionis in monasteriū. vt j.eo. tit. c.1.c.& hoc verū est, si is qui filiū occidit,coniugem & filios non habet,alias
3 secus.vt j.eo.tit.c.intelleximus.¶†Cum verò in lectis parentum filij inueniuntur oppressi,distinguitur, vtrum parentibus procurantibus, aut negligētibus hoc euenerit.In primo casu si parentes clerici fuerint, ab officio altaris debēt perpetuò abstinere,& eis grauior q̄ laicis,non tñ publica nisi in publicum veniat, pœnitentia debet imponi.verum si ex incuria parentum filij mortui inueniantur in cunis, & illud occultum fuerit,pœnitentia eis pro arbitrio pœnitentiarij imponatur,vt j.de pœniten. & re.c.quæsitum.In dubio aūt præsumitur, q ex incuria hoc prouenerit.arg. j.de præsump.c.afferte.Vnde etiam lex dicit,quòd repētini casus iniquitas per coniecturā maternæ pietatis est emendāda vt C.de inoff.testa.l.si mater. Nā qũo mater potest obliuisci filiū? vt 2.q. 6.c.ad.romanam.Itē omnem affectum vincit

vincit paternus. vt C. de procu. su. l. 2. in pri. Sed si dubitetur, an ex incuria parentũ processerit, non inde debent esse securi, nec et sine pœna. sed tñ consideratio debet esse pietatis. j. e. tit. c. 1. aliqua. n. pœnã debet eis imponi propter duplicitatis ambiguum. vt 23. q. 5. c. ex cõicatorum. In his enim, in quibus periculum animæ vertitur, in securiorem partem est declinandum. vt 5. dis. c. ad eius. s. de spon. c. iuuenis. 50. di. c. si qua
4 fœmina & c. siquis volũtate. ¶ † Dispẽsatio igitur adhibetur circa pœnitẽtiæ impositionẽ, quæ arbitraria est. vt j. de pœni. & re. c. quæsitũ. non vt cũ homicida, quo ad ordines dispensetur; q̃a homicidium enorme delictũ est, & indispensabile. vt s. de tempo. ordi. c. quæsitum.

SVMMARIVM.

1 *Exponere quid sit, & qui exponi dicuntur.*
2 *Exponentes infantes & languidos quibus pœnis puniantur & nu. 3.*
4 *Expositos qui colligunt, an aliquid iuris in eorum personas habeant.*
5 *Colligentes expositos quas expensas repetant à recollectis.*

¶DE INFANTIBVS ET languidis expositis. Rubrica.

IN superiori rubrica tractauimus de his qui fi. occi. sed quia necare videtur qui filium non alit. vt ff. de libe. agno. l. necare. & 81. dist. c. pasce. & expositi sanguinolenti dicũtur. vt in rubr. C. vbi sic adijcitur, & de his qui sanguinolẽtos nutriendos acceperunt. Ideo subijcitur hic rubr. de infantibus & lang. expositis. ¶ Videamus igitur, quid sit exponere. Quid dicantur exponi. Quæ sit pœna exponentiũ. Et an exponens recolligere valeat quem exponit, & j. quot dies. ¶ † Exponere est extra se ponere. solent enim aliqui relato pietatis officio infantes vel languidos ante ecclesiam ponere, vt eos aliqui moti miseratione colligãt. vt 87. dist. c. si expositus. ¶ Dicuntur aũt exponi filij, serui, & liberti. vt j. eod. tit. c. vno.
2 ¶ † Circa materiã expositionis sic distinguendum est. exponitur aliquis à patre vel domino vel ab extraneo. si a patre vel à domino, aut necessitate, aut spontè. Si spontè, nunquã poterit eũ postea recolligere. nec enim suum dicere poterit, quem pereuntem contempsit. C. eo. tit. l. & 2. Si necessitate, repetit q̃ñcũq;, quia inuitus exposuisse videtur. vt C. eo. tit. l. 1. & hoc innuit hæc decr. vbi dicit relato pietatis officio. & in fi. vbi dicit alimenta impiè negari contingerit. Et in his casibus, vbi quis inuitus exponitur locũ habet cõtestatio illa, de qua loquitur canon ille 87. dist. c. si expositus. Quod aũt dixi, de necessitate, videtur malè dictum. Nam lex dicit, quod siquis non põt alere seruum, debet eum in zenonẽ hoc est in hospitale mittere. vt C. de lati. lib. tol. l. vna. §. sed scimus. Sed tu dicas, quod illud membrũ distinctionis, vt necessitate, locum habet cũ nullus talis locus inuenitur, & hoc in filijs locũ habet. nam in seruo videtur, q̃ potius debeat eum vendere, q̃ exponere. Vbi aũt exponitur infans ab extraneo, distinguitur. vtrum domino, patre, vel patrono, ignorante, vel sciente, vel postea ratum habente. In primo casu non prẽiudicatur ei a iure suo, sed repetit infantem restitutis expensis. nisi à fure repetat, in quo casu non restituuntur expensæ. C. eo. tit. l. 1. Item si expensæ factæ fuerint pietatis causa non restituuntur. vt ff. de relig. & sumpt. su. l. & siquis. §. interdũ. In secundo casu serui ascripti efficiuntur liberi, liberti ingenui, filij familias sui iuris. vt C. eo. tit. l. 2. & 3.
3 † Imò in hoc casu pater patitur pœnã s̃m leges capitalem; quia necare videtur filium, qui non alit. vt in prin. dictum est. C. eo. tit. l. vlti. Et hæc locum habent, vbi infans exponitur. Si autem maior exponatur, non eripitur in libertatem, nisi languidus exponatur. vt C. de lati. lib. tol. l. vna. §. sed scimus. & in languido attẽditur Auth. de nup. §.

nup.§.si vero.& §.seq.coll.4. licet quidam velint,vt quod ibi dicitur,obtinet in non languido,sed in languido maximè. Item vbi infans vel maior nō exponitur,sed ei alimenta negātur, nō eripitur in libertatem, sed pro derelicto habetur.vt ff.pro derelict.l.vlt. & ideo cōceditur occupanti, vt ibi & ff.de stipul. ser.l.quod seruus & ff.de noxa.l.si seruus. Sed certe q̄uis sic videatur fore dicendum s̄m legem præallegatam.ff.ꝑ derelic.& sic notet Azo.in summa sua. vt C.eo.tit. Decr.tamen in hoc tit.posita contrarium dicit expresse.Nam eripitur quis in libertatem,cùm ei alimenta denegantur. vt hic. Vnde Vincen.super hac decre. non bene aduertit. posuit.n.super ea glosam suam,& prosecutus sententiam Azonis & distinctionem legalem textum illius decreta. non attendit.litera enim huius decre.tres casus enumerat,& æqparat, scilicet cùm infans exponitur,cū longuidus cuiuslibet ætatis,& cum alicui illorum infanti vel maiori alimenta negantur. In his tribus casibus filiusfamilias liberatur à patria potestate, libertus eripitur in in

4 genuitatem,seruus in libertatem. ¶†In summa notandum est, ꝙ illi qui expositos colligunt, nihil iuris in personis eorum, quos ex miseratione suscipiūt vel recipiunt,acquirunt. vt J.e.c.vno in fi. ¶Item notandum, quòd vbi quis exponitur ignorante eo, qui ius habet in exposito is, qui eum recipit, contestationis epistolam ponet in loco publico continentem, vt quicunq; ius habet in puero exeat,& probet,& recuperet puerum, aliter non crederetur ei. argu.ad hoc 5.q.1.c.quidam. Sed argu.contra supra qui fil.sint legit.c.transmissæ. vbi creditur patri & matri dicētibus filium non esse suum. Post talem verò epistolam dantur decem dies ei, qui ius habet in puero,vt in præall.c.si expositus. 77.dist.Cedent autem dies illi à tempore scientiæ,& si in tali loco sit,ꝙ venire non possit,restituetur per clausulam generalem, quæ habetur.ff.ex quibus cau

sis ma.l.1. Alij autem dicunt,ꝙ sunt vtiles,scilicet cum experiri potest.vt ff.de ædi.edi.l.cum sex.ff. de diuer. & tem.

5 præscrip.l.1. † Si quid autem expendit is, qui collegit, in puero erudiendo in aliqua arte, repetet à recolligente. vt C.eo.tit.l.1. alimenta non repetit nisi fuerit protestatus. vt ff.de neg. gest. l. segnius. vt nisi collectus nolit filiam recolligentis ducere in vxorem. vt C. de nupt.l.patrem.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium quid sit,& vnde dicatur.*
2 *Homicidij species, & quot modis committatur.*
3 *Homicidium lingua committitur tribus modis.*
4 *Pœna homicidij spiritualis est pœnitentia. Pœna homicidij corporalis quæ sit.*
5 *Præuenire in ictu occidere volentem an liceat.*
6 *Percusso an liceat in continenti insequi percutientem fugientem.*
7 *Vim vi quòd repellere liceat,quomodo intelligatur.*
8 *Bellum dicitur iniustum quinque modis.*
9 *Præstans ministerium iudicio seu vindictæ sanguinis irregularis efficitur.*
10 *Clericus an in causa sanguinis possit dare consilium iudici seculari.*
11 *Clericus an de suis malefactoribus conqueri valeat iudicio seculari.*
12 *Clericus potest malefactorem suum carcerari petere.*
13 *Item fustigari.*
14 *Item vt quis in seruitutem redigatur.*
15 *Item vt quis suspendatur.*
16 *Item vt decapitetur spirituali'er.*
17 *Aborsum procurantes an reputentur homicidæ.*
18 *Phisici & cirurgici an possint promoueri.*
19 *Plures an & quando teneantur de vulnere vel de occiso.*
20 *Alium à morte defendere quando quilibet teneatur.*
21 *Dispensatio quæ adhibeatur circa homicidas.*

¶DE

¶DE HOMICIDIO. Rubr.

DIctum est ȷ̃.de homicidio in specie, nunc subijcitur in genere; sed qa homicidium fit aliquãdo casualiter. Idcirco intitulatur hic rubrica de homicidio voluntario, vel casuali.¶Videndum est igitur,quid sit homicidium. Vnde dicatur. Quot sint eius species. Quæ pœna,& quæ dispensatio
1 fiat circa clericum homicidam. ¶†Homicidium est hominis occisio intelligo ab homine facta.nam homicidiũ sonat in actũ hominis. ¶Est aũt homicidium dictũ ab homine,& cedo cedis,quasi ho
2 minis cedium.¶†Species homicidij sũt duæ.aliud spirituale, aliud corporale. Spirituale homicidium spiritualiter & quadã fictione iuris cõmittit̃ octo modis.Homicidę enim reputant̃ detractores fratrũ & odientes eos.Itẽ iniquitatẽ,oppressionẽ,& iniustitiam facientes. Item fratribus malè persuadentes; hęc probantur de pœn.dist.1.c.homicidiorũ omnis iniquitas.& c.noli. Et generaliter omnis iniquius motus ad nocendũ fratri in homicidij genere deputatur. vt de pœniten.dist.1.c.homicidiũ. Itẽ homicida censetur,q tẽpore necessitatis proximis alimẽta negat 86.dist.c. pasce.¶Corporale homicidiũ est hominis peremptio,cum homo corporaliter occiditur,& hoc committitur dupliciter lingua,vel facto.lingua tribus modis præcepto, consilio.& defensione.vt 50.dist.c.si quis viduam,de pœni.dist.1. c.periculosæ.Facto cõmittitur quatuor modis,iustitia, necessitate,casu, volũtate.Iustitia,vt cũ miles iusto imperio potestatis executor vel minister æquo iudicio condemnatũ occidit.vt 23.q.5.c. miles c.cũ minister c.cũ homo & c.si homicidium. Quod intelligo,cùm non ex odio personæ.Odio ei habeantur peccata,nõ homines.vt 86.dist.c.odio.non ex delectatione fundendi humanũ sanguinẽ,non amore spoliorũ,non ꝓ pretio,sed ex sola obediẽtia cũ dolore cordis hoc feci,& compassione. Nã vera iustitia cõpassionẽ habet.probantur hęc 23.q.5.c.in præallega.c.iuri.& in c.lex æterna & c.officia.nec est crudelis q malos pcutit.vt 45.dist.c.vera iustitia.Necessitate.hoc distinguendũ est; qa aut illa necessitas fuit euitabilis,potuit enim sine occasione euadere,tunc reus est homicidij,& tanquã homicida pœnitẽtiã aget. Aut fuit ineuitabilis & occidit hominẽ sine odij meditatione,imo cũ dolore,vt se & sua liberaret,tunc non peccat nec ad pœnitentiã arctatur, nisi ꝑ duplicitatis ambiguum.vt 23.q.5.c.excommunicatorum. Interiorẽ aũt pœnitentiam & dolorẽ aget,& peccatis suis imputabit, quòd ad tantam necessitatẽ induci meruit,vt sine hominis peremptione liberari non posset; quia bonarum mentium est,ibi culpas agnoscere vbi culpa non est.vt ȷ̃.eod.tit.c.interfecisti & 5.dist.c.ad eius in fin.¶Casu, vt cùm quis lapidem proijcit ad aues, vel aliàs non animo hominem lædendi vel occidendi,& aliquis transiens ictu lapidis percussus moritur,hic distinguendũ est an quis det operam rei illicitæ vel licitæ. Si licitę,vt cum quis proijcit porcos vel aliàs bestias de sua segete,vł de arboribus aues circunspicit & neminẽ videns funda vel manu lapidem iacit,& cum locus nõ esset hominibus pręuius, aliquis casualiter in ictu lapidis occurens percutitur,& moritur.& alia exempla per se ponere potest quilibet studiosus.vt ȷ̃.eod.tit.c.lator, c.dilectus.c.ex literis il.1.c.ex literis.il 2.c.significasti. Io. & c.quædam, vt asseris.50.dist.c.hi q arborem.c.sępe contingit & c.si duo In his igitur & cõsimilibus casibus opera datur rei licitæ, sicut dictum est. etsi adhibetur omnis diligentia,quę potest adhiberi & debet, innoxius est is, qui occasionem mortis præstat, vt probant iura prędicta.Si autem rei illicitæ opera detur,vel si non adhibeatur diligentia & cautela quę põt & debet,mors imputatur,exempla pone in hoc ȷ̃.eod.ti. c.cõtinebat̃ c.ad audientiam c.tua sicut 50.dist. c.clerico iacẽte c.q̃a te eos & c. si qua

si quæ fœmina. De voluntario homicidio pone exépla. j. c.c. 1. 50. di. c. si quis. voluntate. Vnum autem nó omitto notare qa frater Ray. in sum. sua duo scripsit, quæ nisi ad iuris intellectũ redacta fuerint, simplicium animos subuertere

3 pñt. ¶ † Dixit enim, q homicidium lingua cõmittitur tribus modis præcepto, consilio, & defensione, & quodlibet isto rum mortale est. Hoc sic intelligẽdum est. s. in præcepto iniusto, vel eius qui præcipiendi auctoritatem non habet. Item in consilio iniusto & corrupto, & in defensione, vt ponem⁹ inferi⁹. Aliàs si iusto præcepto iudicis vel ptãis, iusto cõsilio assessoris, legitima defensione, interueniat homicidiũ, nullũ pct̃m cõmittitur. Primũ probatur. 23. q. 4. c. quæsitũ. Secundum. 23. q. 4. c. illud. Tertiũ. 23. q. 8. c. quicunq;. §. his ita. vsq; ad §. in registro. & C. vnde vi. l. 1. C. ad le. Cor. de sic. l. 1. Item & aliud scripsit frater Ray. q homicidiũ voluntariũ semp mortale pct̃m est, & enorme. Et hoc intelligendũ est gñalr esse verũ. Fallit tñ in exceptis. vt per inferiora patebit.

4 ¶ † Pœna homicidij spũalis est pœnitentia. Et ideo videndum est de pœna homicidij corporalis, circa quã taliter est distinguendum. Cõmittit homicidium aut promotus aut promouendus. Item aut spõte, aut necessitate, aut casu. Si ꝓmotus & spõte homicidium sit commissum, cõtrahit clericus irregularitatẽ indispensabilem, vt etiam remanere non possit in executione ordinũ susceptorũ. vt 50. di. c. minor. & 1. q. 7. c. si qs oẽni. & de conse. dist. 1. §. 1. sed deponatur. vt 50. dist. c. si quis viduã. Sed si laicus fuerit, ad ianuã ecclesiæ sp iaceat, & cõmunionẽ in exitu vitæ suæ recipiat. vt 50. di. c. si quis voluntate. Sed secundum leges, laici honestiore loco positi deportari solent; qui secundo gradu sunt, capite puniuntur. vt ff. ad le. Cor. de sic. l. qui eodem. & l. 3. §. leges. Et in hoc casu fateor me errasse in quadã gl. quam posui. j. e. ti. c. lator. & incipit quis magna sit materia de homicidio. quod. n. ibi dixi in homicidio occulto dispensari posse post peractã pœnitentiã in ordinibus iam susceptis & suscipiendis per c. de his vero 50 di. in mediocrib⁹ criminibus locũ habet. & de talib⁹ loquitur. d. canón, non aũt habet locũ in homicidio & in alijs enormibus. vt s. de tẽpo. ord. c. quæsitum. Et hæc locum habent in homicidio voluntate cõmisso. ¶ Sed si necessitate homicidium committat; aut euitabili, aut inuitabili. si ineuitabili, & tunc nullum est peccatum, nec contrahitur aliqua irregularitas quo ad ordines iam susceptos. vt j. e. c. interfecisti. ad superiorem autem non poterit promoueri. eo quod, etsi in necessitate, voluntariè tamen occidit. & lex promotionis in facto consistit. vt 15. q. 1. c. vlt. Cæterũ si necessitate euitabili, post peractam pœnitentiam remanet in executione ordinis iam suscepti iure cõi. non autem ad superiora conscendit. vt 50. dist. c. de his clericis. Vbi aũt casu, si dabatur opera rei licitæ, & omnis diligentia fuit adhibita, nec pct̃m cõmittitur, nec irregularitas contrahitur in susceptis vel suscipiendis. vt j. e. tit. c. lator. & in alijs iuribus, quæ no. s. eo. tit. §. casu. si verò rei illicitæ. tunc non promouetur & promotus de iure nó administrat. vt 50. di. c. clerico. & j. eo. tit. c. sicut. In promouẽdo autem dicunt quidam, qualitercunq; quis homicidium cõmittat, promoueri non potest; quia sicut superius dixi, lex promotionis in facto consistit. Et intellıgũt decre. illã. lator. de dispensatione loqui. Verius autẽ puto, q loquatur de iure cõmuni. Aliquando tamen committitur homicidiũ voluntariè, nec delinquitur, & tñ irregularitas cõtrahitur. vt 50. di. c. aliq̃tos. & hoc secũdum Basianum, etiam si ante baptismum homicidium sit commissum; quia sm eum in baptismo delentur omnis irregularitas ex peccato cõtracta, sed illa quæ sine peccato prouenit, non deletur; quia baptismus tollit peccata & sequelas eorũ, & quod peccatum non est inter peccata solui non debet.

bet. Item in baptismo culpa dimittitur sed nō abolетur vt 26.di.c.deinde.& c. vna tm̄. Alij autem dicunt & verius, sicut puto, q̄ si homicidium fiat sine peccato, vel cū peccato, vt cùm iudex, assessor, vel executor occidit añ baptismū, nō impeditur post baptismū; & ꝓ hac sententia sunt duo canones. 51. di. c. aliq̄tos. & c. si quis post acceptū. ¶Sed cum quis furem nocturnum & diurnum si se telo defendit, sine peccato occidat, se & sua liberando. vt j. eo. c. interfecisti, & c. perfodiens. ff. ad l. Aqui. l. itaq;. §. lex. & ff. ad l. Cor. de sic. l. furem. ¶Quæri-

5 tur † an permittatur præuenire in ictu occidere volentem? Rñdeo sic; licèt enim repellere iniuriam, vel propulsare. vt ff. ad l. Aqui. l. sententiam. C. vnde vi. l. 1. ff. de iusti. & iu. l. vt vim. & 1. dist. c. ius naturale. in verbo violentiæ per vim repulsio. sufficit aũt terror armorum. vt ff. de vi & vi arma. l. 3. §. si au-

6 tem. ¶†Sed nunquid si me percutias & fugias, possim te incontinēti insequi & repercutere fugientem? Rñdeo non. qa hoc non fieret ad propulsationem sed ad vltionem, quæ ad solum iudicē spectat. Nā vigor iudiciarius & tutela iuris publici est in medio cōstituta. vt nullus sibi sumere audeat vltionē vt C. de iudæis & cœli. l. nullus. Et hoc cōe est clericis & laicis. s. iniuriam propulsare rerum & personarum. vt s. de appel. c. significauerunt. j. de sen. exc. c. si verò. & c. ex tenore. Cōtrarium autem videtur per id quod legitur. j. eod. tit. c. suscepimus. 46. di. c. seditionarios. 23. q. 8. c. 1. & c. conuenior. Ad hoc dicunt quidam, q̄ licèt laicis, clericis verò non. Ego credo q̄ clericis & laicis licèt iniuriā propulsare & repercutere. Distinguitur tamen, q̄ aut vis infertur personæ, aut rebus. Si personæ, tunc est vis propellāda antequam fiat. Nam & insidiantem vitæ licet occidere. ff. ad l. Aqui. l. 4. & 5. & vt dixi in proxi. §. superiori. si tamen aliquis vi factum repellat, potius præsumi debet q̄ causa defendendi fecerit, q̄ vlciscēdi. vt ff. ad l. Aqui. l. si ex plagis. §. tabernarius. & hoc si percussor voluit denuo percutere. alioqn si nolebat, & alter nihilominus repercusserit, potius præsumitur q̄ hoc fecit animo vlciscēdi, q̄ animo propulsandi. Sed si iniuria inferatur rebus, licitū est illatā repellere, & ꝓpulsare inferendā.

7 †Quod ergo dicitur, vim vi repellere licet. sic intelligendū est. vt. s. tria in hoc requirātur; vt hoc fiat defendēdo, non vlciscēdo. vt 23. q. 1. c. quid culpatur. ff. ad l. Aquil. l. scientiam. & cum moderamine fiat d̄fensio. vt s. d̄ rest. spo. c. olim causam, in fi. si quis tamen moderamen excedat, & nō ex proposito, videtur nō teneri. vt ff. ad l. Aquil. l. si ex plagis. §. tabernarius. Sed contrarium velle videtur illud c. olim causam. j. e. c. significasti nobis. in fi. Item incontinenti debet quis vim repellere. vt s. de appell. c. significauerunt. Et hæc tria membra intelliguntur ex l. vna. C. vnde vi. l. 1.

8 ¶†Vnde subsequenter notabis, q̄ bellū est iniustū quinq; modis. Ratione personæ, vt si fuerit persona ecclesiastica, cui non est licitum sanguinem fundere. vt 23. q. 8. c. clerici. & c. his à quib⁹. Ratione rei, vt si non est pro repetendis rebus, vel pro defensione patriæ, vt 23. q. 2. c. 1. & ea. causa. q. 8. c. si nulla. Ratione causæ, vt si non ꝑ necessitatem, sed ꝑ voluntatem pugnatur. vt 23. q. 1. c. noli. Itē ex animo est iniustum, vt si fiat animo vlciscendi. vt superius dictū est. Item si nō fiat auctoritate principis. vt

9 23. q. 1. c. quid culpatur. & q. 2. c. 1. †Notabis igitur, q̄ quicunq; post baptismū in cā sanguinis iudex fuerit, assessor, notarius, executor, aduocatus, siue ꝓ actore, siue pro reo, licèt alioqui distinxerint inter istos, & ḡnalr̄ qui aliquod ministeriū iudicio seu vindictæ sanguinis præstiterit, irregularitatem incurrit, vt 51. di. c. aliq̄tos. & c. si q̄s post acceptū. s. ne cle. vel mo. c. sentētiam sanguinis.

10 j. de excess. præb. c. ex literis. ¶†Sed quid si iudex secularis cōsiliū quærat à clerico perito, vel princeps à prælato? Rñdeo, potest clericus ḡnaliter confo-

cēdo cū iudice seculari, dicere fures, latrones, incēdarij, homicidæ sic sunt puniendi de iure ciuili. vt 5.q.5.c.delato ri. non descendendo ad aliqđ factū vel casum aliquē specialē. vt sic potius consulentis, q̄ suggerentis opera fungatur. vt ff. de qō.l.1.§.qui qōnem. Si tñ clericus sciat vel credat iudicem habere coram se causam criminis, de quo quęrit, responsionem honestè declinet, præter quam si clericus posset pœnam criminis recta conscientia reducere ad ciuilem. & sic intelligi pōt. 23.q. vltima.c.
11 pessimam. in fi. ¶ † Item quæritur, an clericus de suis malefactorib⁹ cōqueri valeat iudici seculari? Rñdeo sic ciuiliter petens sua sibi restitui & damna resarciri, non vt malefactores in corpore puniantur; & si iudex acrius in puniendo procedat, q̄ clerici querela requirat, non est clerico imputandum. vt j. eo.tit.c.postulasti. & c.tua. & 23.q.5.c.
1. & c.vnum. & c.pœna. & c.non nos. ff.
12 de bo.lib.l.qui cum maior.§.1. † Potest tñ clericus malefactorem suum carcerari petere. vt s̄. de aposta.c. a nobis. s̄.
13 de depo.c. graui. † Item fustigari. vt 14.q.6.c.si res aliena. 12.q.2.c.fraternitas. 23.q.5.c.circumcelliones. 5.q.5.c.illi qui. 6.q.1.c.quæro.§.verum in fi. 4.q. 3.c.si testes.§. Item in criminali. in ver.
14 ca rei conditio. † Item vt quis in seruitutem redigatur, vt s̄. de iud.c.ita quorundam. 15.q.vlt.c.cum multæ 36.q.1. c. de raptoribus. s̄. de iudæ.& sarrace.
15 c. ad liberandam. † Item vt quis mutiletur spirituali mutilatione. hoc est vt su
16 spendatur. 5.q.5.c.delatori. † Item vt decapitetur sed spiritualiter. i. excōicetur, vnde excōicatio dicitur mucro episcopi, vt 16.q.2.c.visis. ∯in fi. decapitari enim intelligitur qui a Christo, qui caput est ecclesiæ; separatur. vt 2.q.7.c.si cuti sunt.§.quia ergo. s̄. de hære.c. vergentis. vnde qui excōicatur mori creditur. vt s̄. qui fil. sint legi.c.per venera
17 bilem in fi. ¶ † Quæritur de his qui procurant aborsus, an reputentur homicidæ? Rñdeo sic, quantum ad pœnam legalem. vt ff. de pœ.l.si quis aliquos.§. qui aborsionibus. ff. ad le.Cor. de sic.l. mulierem. Item quantum ad pœnā spiritualem. vt j̄. eo.ti.c.si aliquis. & quantum ad irregularitatem quæ contrahitur ex delicto mortali. vt 25.di.c.vnum oratoriū.§.nunc aūt. Sed quantū ad illam enormen & indispensabilē irregularitatē, quæ cōtrahitur ex homicidio corporali, de qua iura illa loquuntur. 50.di.c.miror. 1.q.7.c.si quis omnē. de cons.di.1.§.1. secus est. quia illa non cōtrahitur, nisi cū perimitur hō gradiens super terrā, vel puerperiū iam formatum, vt j̄.eo.tit.c.sicut. 32.q.2.c.quod
18 vero. & c.Moyses. ¶ Nunquid † phisici & cirurgici poterunt promoueri? Rñdeo si in arte phisicæ & cirurgiæ sunt eruditi & in curis fm artem processerint nihil de contingentibus omittentes, licet aliquibus in contrariū cesserint medicinæ, si eos conscientia non remordet, poterunt promoueri. vt s̄. de ætate. & quali.c.ad aures. & promoti ordines exequantur. vt j̄. eo.tit.c.tua. Consulo tñ vt promoti & maximè promouendi abstineant ab opere practicali. & maximè ab his, qui fm cirurgiam adustionem vel incisionem requirunt, vt s̄. ne cle. vel mo. c. sententiam sanguinis. j̄. eo.c.tua nos. cū in nullo vacillare debeat cōscientia promouendi. vt. 33.
19 di.c.laici. ¶ † Quid si plures rixati fuerint & vnus occisus fuerit, nescitur tñ à quo vel cuius vulnere, nunquid omnes iudicabuntur homicidæ, vel irregulares, an nullus? Rñdeo quantum ad peccatū omnes dicuntur homicidę qui percusserint, & qui voluntate occidendi venerunt, licèt non percusserint. Itē & illi qui non occiderunt nec voluntatē occidendi habuerunt, sed venerūt præstare auxiliū occidētib⁹, si forte ijs aliqđ impedimentū præstaretur. discretus tñ iudex maiorē pœnitentiā dabit primis, q̄ secundis. & secundis q̄ tertijs. Illi et nō sunt immunes a culpa nec debent esse immunes a pœna, qui nō eripiūt hominē a morte, cùm possint. vt 23.q.vlt.c.si

quatuor

quatuor.ī.e.tit.c.ſicut dignū.23.q.3.c. nō inferenda & c.vlt. Sed ſi ageretur ex lege Cornelia, vel Aquilia, ictus vniuſcuiuſq; cōtēplari oportet. vt ff.ad leg. Corn.de ſic.l.vlt.is aūt lege Aquilia de occiſo tenetur, ex cuius ictu apparet occiſum, & qui mortiferū vulnus infixit. vel qui hominē interemit. Alij qui non letaliter percuſſerūt, de vulnerato tenētur. vt ff.ad leg. Aquilia.l.huic ſcripturæ.§.1. ſed ſi dubiū ſit ex cui⁹ ictu qs perierit, oēs de occiſo tenētur. vt ff.ad le. Aqui.l.ita vulneratus.& cōcordat.ī.e.tit.c.ſignificaſti. ſed ſi clericus feriat nō letaliter, nec aīo occidēdi, nec alios ꝑ nocet, alij tñ feriūt & occidunt, ſed diſcerni poſſit ictus clerici, nō tenetur de occiſo, nec irregularitatē cōtrahit homicidij. vt ī.eo.tit.c.ſignificaſti nobis.

20 ¶†In ſumma nōtādū eſt, ꝙ nō eſt immunis ab homicidij culpa, q potuit hoiem a morte ſed noluit liberare, vt ī.e.ti.c. ſicut dignū.§.illi aūt.arg.76.di.c.faciētis.23.q.3.c.nō inferēda & c.qui pōt & q.5.c.reos.& hoc cū conſtat illū iniuſte occidi.vt de pœn.di.1.c.periculoſæ.23.q.1.c.vl.ī.c.tit.c.ſicut dignū. Quidū tñ intelligūt hoc in iudice qui auctoritate ordinaria defendere pōt; ille.n.ſolus vt dicunt ex ꝑcepto ad hoc tenetur. vt 23.q.5.c.qui malos & q.4.c.forte, in fi. Cōſulo tñ cuicūq; priuato, vt ſi pōt ſine periculo ſui, eripiat homine à morte ꝑ iura præmiſſa.

21 ¶†Nūc vidēdū eſt de diſpēſatione, quæ circa homicidas hmōi adhibetur. Cū homicida iuſtitiæ.ſ.iudice, aſſeſſore, executore, q iuſtè hōmicidiū cōmiſerunt, nō diſpenſatur in ordinibus ſuſcipiēdis, ſed in ſuſceptis tolleratur ex cā. vt 51.di.c.aliquātos. Circa homicidiū neceſſitatis euitabilis nō facile diſpēſatur. ſed in homicidio neceſſitatis ineuitabilis datur conſilium; vt homicidia nō miniſtet ēt in ordinibus iam ſuſceptis. vt 50.di.c.de his clericis. non tñ quis deponitur, ſed in ſuo ordine tolleratur de iure, & abſq; diſpenſatione ſm Lau.& loquitur.ī.eo.tit.c.2. Circa homicidiū caſuale, qđ nulla culpa præceſſit, nō eſt neceſſaria diſpenſatio. Circa homicidiū caſuale, qđ culpa præceſſit, fit diſpenſatio magna, maior, & maxima. Magna, vt promotus ad ſacros ordines non in eis, ſed in minorib⁹ tolleretur, vt ī.eo.c.continebatur. Maior, vt etiā in maioribus tolleretur. vt 50.di.c.clericos. Maxima, vt ꝓmoueātur. vt ī.eo.tit.c.lator. Circa homicidū voluntariū non iuſtè; non neceſſarium, nec vlla cogente neceſſitate, nō diſpenſatur. vt dixi.ſ.eo.§.committit.

SVMMARIVM.

1 *Torneamenta quæ ſint.*
2 *Torneamenta quare fieri prohibeantur.*
3 *Pœna concertantiū in torneamētis quæ ſit.*
4 *Mortuo in torneamentis an ſit neganda pœnitentia & eccleſiaſtica ſepultura.*
5 *Eccleſiaſtica ſepultura ex quibus cauſis denegetur.*
6 *Milites euntes ad torneamenta animo pugnandi, qui non occidunt nec percutiunt, an promoueri poſſint.*
Quid de his qui alijs bellis interſunt, nec tamen occidunt vel mutilant.

¶DE TORNEAMENTIS. Rubrica.

Quia in torneamētis homicidia fiūt. Idcirco poſt tractatum de homicidio ſequitur rubrica đ torneamētis. ¶Videndū eſt igitur, quæ ſint torneamenta. Quare fieri prohibeantur. Et quæ ſit pœna pugnantiū in torneamentis.

1 ¶Torneamēta† dicuntur quędā nundinæ vel feriæ, in quibus milites ex edicto conuenire ſolent, & ad oſtentationē viriū ſuarū & audaciæ temere congredi. vt ī.e.c.1.

2 ¶†Cauſa prohibitionis ſunt mortes hominū, & animarum pericula, quæ inde proueniunt, vt ī.eo.c.1.& licet alias poſſit fieri gratia oſtendendæ virtutis, & cauſa experiendarum virium. vt ff. de poſtu. l.1.§. item ſenatus. & ff. de præſcript. verb.l.ſolent.& ſi in colluctatione dam

num datum sit, nō agitur lege Aquilia:
nam virtutis exercendæ & gloriæ cau-
sa, non causa iniuriæ, damnum datū est.
vt ff. ad leg. Aquil. l. qua actione. §. si qs
in colluctatione. In hoc tñ casu secus
est; quia pugnantibus & concertanti-
bus pœna infligitur. ludus enim ille no-
xius est, & ideo reprobatus. vt ff. ad leg.
Aquil. l. nam ludus. quis autē ludos ap-
pellat, ex quibus crimina oriūtur, vt in
3 constitu. ff. circa si. ¶ † Pœna concertan-
tiū in torneamētis, hæc est; quia si quis
aliū occidat siue in sistendo siue in resi
stendo, homicida est; voluntariè enim
occidit; & ideo punitur pœna volunta-
rij homicidij, saltē quo ad canones. &
si nō quo ad pœnā legalē excusante edi
cto de pœna voluntarij homicidij, dixi
s. tit. px. §. cōmittit. Sed si diceres, qđ ?
resistētem excusabit defensio & necessi
tas. Ad quod rñdeo ad hanc necessita-
tem vltrò & ex proposito quis se inge-
rit; & ideo nō minus homicidia cense-
4 tur. vt dixi s. tit. proxi. §. necessitate. † Si
vero quis in tornoamento fuerit occi-
sus, quis morienti & poscenti pœniten
tia non negetur, ecclesiastica tñ careat
sepultura, vt j. eo. c. 1. in fi. si tñ ad tor-
neamentum venerit animo concertādi.
nā si venerit causa debita exigendi, vel
alia sua negocia exercendi, secus erit.
vt j. eo. tit. c. ad audientiam. Et nota q
hic cōceditur, quod maius est, pœniten
tia. s. & denegatur quod minus est. s. ec-
clesiastica sepultura. quod fit ad terro-
rē & correctionis exēplū. & simile j. de
rap. c. super eo. Leuiter aūt interdicit
ecclesiastica sepultura. Et ratio est, qa
sicut impio nō pdest sepultura precio-
sa. ita non obest pio sepultura vilis aut
nulla. vt 13. q. 2. c. animæ defunctorum.
5 † Sunt & alia, quæ inhibent ecclesiasti-
cā sepulturā, morietis infidelitas, vt de
consc. di. 1. c. ecclesiā. Itē obeuntis ma-
nifesta iniquitas. vt 88. di. c. vlt. Vsura-
rū exactio. vt j. de vsu, quia in omnib⁹.
imò hoc gñale est in quolibet deceden
te in pctō mortali, vt s. de fur. c. 2. 23. q.
5. c. placuit. 13. q. 2. c. pro obeuntib⁹. 21.
q 3. Cyprian⁹ s. de sta. mo. c. monachi.
§. q vero. Itē inhibet ecclesiasticā sepul
turam interdictū ecclesiæ. vt j. de sent.
excom. c. à nobis. s. de sepul. c. sacris.
6 ¶ † Quid de militibus qui ad torneamē
tum iuerunt animo pugnādi, nō tamen
occiderūt, nec percusserunt? Itē quid de
his, qui alijs bellis intersunt, nec tñ oc-
cidūt nec mutilāt; nunqd poterūt pmo
ueri, si in torneamētis vel bellis aliqui
sunt occisi? Ad primū rñdeo, q nō, eo
q ad rē dānatā & phibitā accesserunt.
Ad 2m sic dico, q si quis intersit bello
licito nec occidat, nec mutilet, nec cām
mortis præstat, si aliàs sit idoneus pote
rit promoueri; nihil. n. interest qui oc-
cidat, vel causam mortis præbeat. vt ff.
ad l. Cor. de sicca. l. nihil. Si vero in bel
lo illicito; tunc impeditur pp culpam
præcedentē. 15. q. 1. c. vlt. & de pœ. di. c.
si quis cum telo ar. ad hoc j. de cle. per
cuss. c. præsentium. & c. continebatur.

SVMMARIVM.

1 *Duellum quid sit, & vnde dicatur.*
2 *Duellum an sit prohibitum.*
3 *Crimen læsæ maiestatis vocatur crimen per duellionis.*
4 *Pugnantium in duello pœna quæ sit.*

¶ DE CLERICIS PVGNANTIBUS in duello. Rub.

QVia sæpe puenit homicidium
ex duello. subsequenter ponit
hic rub. đ cleri. pug. in duello.
¶ Videndum est igitur, quid sit
duellū. Vnde dicatur. An laici licenter
faciāt duellū. Et quæ pœna imponenda
1 sit clericis pugnātib⁹ in duello. ¶ † Duel
lum est singularis pugna, quæ fit ad pro
bationē rei alicuius, ita vt per hunc mo
dū se pbaturū offert, si vicerit probasse
credatur; si nō vicerit, defecisse in pro-
batione putetur. ¶ Dicitur aūt duellū;
quasi duorū bellū. Dicitur & monoma-
chia, quasi vnica & singularis pugna;
à monos, qđ est vnus, & machia qđ est
pugna.

1 pugna. ❡†Duellū ēt inter laicos prohibetur. quia in duellis deus tentatur. vt 2.q.5.monamachiam. & scriptum est. non tentabis dominum deū tuū. vt 22.q.2.c.quæritur. Nec obstat exemplum Dauid pugnantis cū Golia.vt 2.q.5.c.monachiam, quia priuilegia paucorum non faciunt cõem legē. vt 26.q.2.c.non exemplo. In his.n.quæ perrarò fiunt, miraculum est. vt in Auth.de consu.§.
3 1.circa mediū colla.4. ❡†Item non ob. quod crimen maiestatis dicitur crimen per duellionis. vt ff.ad.Iulij.ma.l.vlt. non enim idcirco vocatur crimen perduellionis; quia probari põt per duellū, sicut quidam intellexerunt & male; sed dicitur crimen perduellionis, i.crimen hostis vel hostile, vt ff.de verb.sign.l.quos nos hostes. Itē dixerunt quidā licere hoc laicis per.l.qua actione. §.siquis in colluctatione.ff.ad.l.Aquil. Sed nec illud placet per.l.1.C.de gladiato.l.vna.lib.10. Itē quidam dicunt hoc licere in locis, in quibus talis viget cõsuetudo inducentes illud pro se, qñ mos erat, crimen non erat.vt 33.q.4.c.objiciuntur. Sed illud fuit diuina reuelatione concessum, quia mos qñq; fas censetur.per quā sicut Iacob a mendatio, israelitæ a furto, & Sanson ab homicidio. sic & patriarchæ & alij viri iusti, qui plures simul leguntur habuisse vxores, ab adulterio excusantur. vt ʒ. de diuor.c.gaudemus.§.quia vero pagani. Alij aūt distinguunt, vtrū quis offerat, an suscipiat duellum. & si suscipit vtrum sponte, an à iudice delatū. Si.n. quis offerat, vel oblatum sponte recipiat, mortaliter peccat; si verò iudice cogente delatum cum aliter periculum corporis vel rerum non possit euadere, excusatur. vt ʒ.de homi.c.interecisti. Verius aūt puto, ꝙ ēt offerens, & oblatū sponte suscipiens siue iudice insistente, mortaliter peccet. qnāuis is qui iudice deferēte inuitus suscipit & cõmittit, excusetur non a toto, sed à quanto. metus.n.ille peccatū attennat, nõ prorsus excludit. vt ʒ.quod met.causa.c.sacris.potius.n.deberet omnia mala pati, ꝙ malo cõsentire. vt 32.q.5.c.ita ne. & si homicidiū in duello contingat fieri omnes irregularitatē puto contrahere.s.offerentem, suscipientē, iudicē deferentē, seu auctoritatē præstantē duellicommissionem, & assessorē ad hunc modum probandi consilium dante. vt
4 no.ʒ.de homi.§.notabis. ❡†Pœna pugnantium in duello si sint clerici, est depositio; si tñ neq; mors neq; mutilatio interuenit, poterit dispensari. vt ĵ.eo.c.1. Sed si homicidiū interuenerit, adhuc põt in beneficio dispensari, vt ĵ.eo.c.1. & 2.in fi. Quod ergo alibi dicitur, cū homicida dispensari non posse. vt 50.di.c.miror.1.q.7.c.siquis omnem traditionem. de conse.di.1.§.1.ʒ.de tem.or.c.vl.in officio locū habet, aliās ēt dispensatur in beneficio & nõ in officio vt.28.dist.c.presbyterū.50.di.c.studeat. Sed nunquid talis homicida habebit ex dispensatione beneficium vt titulū aut stipendium. Videtur ꝙ stipendium, vt sic quasi laicus habeat & extra ecclesiā vt 32.dist.c.si qui vero. Verius puto, ꝙ habeat vt clericus, & sicut beneficium titulatum eo ꝙ decreta. dicit, potuit tñ cum eo circa habendum beneficium misericorditer dispensari.

SVMMARIVM.

1 *Christianis contra christianos non permittitur ars sagitariorum.*
2 *Pœna exercentium officium sagitariorum contra christianos.*

❡DE SAGITTARIIS. Rubrica.

DIctum est.ʒ.de homicidijs in genere. sed quia sagitarij & balistarij plerunq; homicidia committūt. ideo hic de sagittarijs rubr. subijcitur specialis. ❡Videam' igitur vtrū & qñ hoc officiū sit prohibitū exercere,
1 ri, & qua pœna tales puniatur. †❡Christiani aduersus christianos non possunt hoc offi-

hoc officiũ exercere. vt ĩ.c.vno. Quod verum est, si bellum fuerit iniustũ, nam si iustum quolibet gñe armorũ est vtendũ, imò vt vincatur dolis est & insidijs insistẽdum. vt 23.q.2.c.dñs. & q.8.c.vt pridem. iuxta illud. Nihil refert armis contingat palma dolisve. Et alibi. Dolus virtus quis in honestè requirat. Sed contra paganos & persecutores fidei christianæ pōt hoc officium exerceri.

2 ¶†Pœna autem exercẽtium hoc genus armorum contra christianos est anathema. vt ĩ.eo.c.vno. præter cōem pœnam homicidij de qua dixi. s̃. vt tit. proxi. §. pœna, vt de homici. §. notabis igitur. Sed an sit canon latæ sententiæ, vt contrafacientes statim ligentur, dubitatur. Dicunt. n. quidam, ꝙ vbi sub interminatione anathematis aliqd prohibetur, non incurrit excōicatio si fiat prohibitum. vt s̃. de iure pat. c. relatũ. secus vbi sub distinctione. quia tunc statim incurritur. vt s̃. de immu. ec. c. nō minus, in fi. & idẽ dicunt, vbi mãdatur aliquid sub pœna excōicationis. vt 63. di. c. Salonitanæ. Sed aliud est vbi à iure sic mandatur aliquid, vel prohibetur vt 30. dist. per totum. Et est ratio quia ius magis irascitur in contemptu ministri iuris, q̃ in contemptu suijpsius. vt ff. de arbi. l. si cum dies. §. vlt. & l. celsus. Alij aũt indistinctè dicunt, ꝙ illa verba siue dicãtur sub pœna, siue sub interminatione, siue sub districtione, non habent vim sententiæ vel cōminationis. vt C. communia. & epistolas per totum. Et in hoc plures concordant. Vnde hæc decre. non est canon latæ sententiæ, sed ferendæ. & simile. supra de magistris. c. quanto.

SVMMARIVM.

1 *Adulteriũ quid sit. & qualiter cōmittatur.*
2 *Stuprum quid.*
3 *Accusãtre adulteriũ quibus sit permissum.*
4 *Intellectus ad c. tuæ, in prin. de procurato.*
5 *Practica pcedẽdi in accusatione adulterij.*
6 *Vxor an possit obijcere fornicationem spiritualem marito accusanti de carnali.*
7 *Mulier an possit marito obijcere lenociniũ.*
8 *Leno quis dicatur.*
9 *Pœna quæ sit pro adulterio imponenda.*
10 *Maritus in accusatione adulterij vxoris deficiens in probando, tenetur ad talionem.*
11 *Mulier ab alio quàm à viro suo cognita, in quibus casibus non cōmittat adulterium.*
12 *Incestus cum quibus committatur.*

¶DE ADVLTERIIS ET stupro. Rubrica.

QVia in decalogo statim post homicidiũ ꝑhibetur mechia, dũ dicitur nō occides, nō mechaberis. idcirco post tractatũ de homicidio sequitur tractatus de adulterio. vnde ponitur rub. de adult. & stupro. ¶Videamus igitur quid sit adulteriũ. Vnde dicatur. Quid sit stuprũ. Qui admittantur ad accusationẽ adulterij. Et intra quæ tẽpora. Ex quibus cau. q̃s ab accusatione adulterij repellatur. Itẽ quæ sit pœna adulterij. & quæ stupri.

1 ¶Aulterium†est alieni tori violatio. vt 32. q. 5. c. nō mechaberis vł deturpatio sui. Nã qñq; dr̃ cōmitti adulteriũ respũ vtriusq;. s. cognoscẽtis & cognitæ, vt cũ vterq; cōiugatus existit. qñq; respectu cognoscẽtis, vt cũ vxoratus ad solutam accedit; qa tunc vxorẽ suã coinquinat. vt 32. q. 1. c. in coniugio. qñq; respũ cognitæ, vt cũ solutus ad coniugatã accedit. Nã & illa siłr coinquinat virũ suũ; quia vir & vxor nō ad imparia iudicantur, vt s̃. de diuor. c. gaudemus. §. qa vero & 32. q. 1. c. si quis vxorẽ. propriè tñ loquendo adulterium in nupta cōmittitur. vt ff. e. ti. l. inter liberas. §. lex iulia.

2 ¶†Stuprum est illicita virginis defloratio, quãuis ex in vidua stuprum cōmittatur vt in l. pdicta ꝓbatur. ¶†Ad
3 hm̃oi criminis accusationẽ admittitur primo loco maritus, vt præferatur et iã patri adulteræ, si simul ad accusationẽ veniant. Nam & propẽsiore iure & maiori dolore virum executurum accusationem credendum est. vt ff. e. tit. l. 2. §. si similis. quod verum est, nisi pater maritum

ritum aut infamem arguat, aut doceat, colludere magis cũ vxore, quàm ex animo accusare, vt ff. eod. tit. l. 3. Præfertur maritus oĩbus extneis, imo & si extneus prius accusationem instituit, præfertur maritus, dummodo non ex negligentia sit præuentus. vt ff. co. tit. l. si maritus. §. si aũt. ¶ Potest autẽ agi de adulterio, siue sit vxor legitima, siue non. hoc enim ad omnia matrimonia pertinet. nec. n. soli atrides vxores amãt, & vt dicit Virgilius, coniuge prærepta non solos tangit atrides. sed in ea vxore potest maritus adulterium vindicare, quæ vulgaris sit. vt ff. eod. tit. l. si vxor. Nec ob C. eo. l. si ea quæ & l. si adulterium. Leges. n. illæ non loquuntur in vxore, & expone ibi adulterium, id est stuprum. his enim promiscuè vtimur. vt ff. co. tit. l. inter. §. 1. Sed si cum sponsa de præsenti adulterium commissum sit, agit sponsus; quia nec qualecunque matrimoniũ nec speciem matrimonij violare permittiť vt ff. co. tit. l. si vxor. §. diuus. 27. q. 2. c. q de sponsatam. in primis igitur maritum genitalis tori vindicẽ esse oportet. vt C. co. tit. l. quamuis. qui pôt duplici iure accusare speciali & cõmuni, id est, iure

4 mariti, scilicet sine inscriptione. † Nec obst. ẽ. de procu. c. tuæ in prin. quia loquitur cum accusat post dies non iure mariti siue metu calumniæ & ex sola suspicione, vt 4. q. 4. c. nullus. §. aliquãdo C. eod. tit. l. quamuis & j. eo, tit. c. maritus j. 60. dies à tempore diuortij numerandos vt ff. co. tit. l. pater. §. sexaginta. Et qđ dixi sine metu calumniæ, verum est nisi sit euidens vt ff. cod. tit. l. is cuius. §. vlti. Et qđ dixi ex sola suspicione ream vxorem facere licet, verum est quod ex sola suspicione accusabitur, nõ tñ condemnabitur. vt. 2. q. 1. ca. 1. c. semper. ff. de pœ. l. absentẽ, responso. 1. nisi suspicio sit iure. vt C. co. tit. auth. siqs ei quẽ suspectũ ff. de his qui sui vel ali iu. sunt. l. filiũ ẽ. de præsump. c. literis 2. q. 1. c. si peccauerit. & sic intelligo 32. q. 1. c. dicit dñs. Post maritũ admittuntur ꝓpinqui. vt C. co. l. quamuis demum extnei.

Sed hæc locũ habent ſm iura ciuilia cũ agitur ad pœnã legalẽ. secus cũ agitur ad tori separationem; qa tunc soli viro licet accusare vxorem de adulterio. & econuerso vt no. ẽ. qui ma. accusa. pos. §. possunt. Et nota ꝙ maritus admittitur ad accusationem adulterij, ẽt si fuerit filiusfamilias vt ff. co. ti. l. inter. §. filius. Nam & inuito patre hoc potest filiusfamilias. vt ff. co. tit. l. filiũ. Nec ob. ei si sit minor 25. annis, si matrimonij sui iniuriã prosequatur. vt ff. eod. tit. l. si maritus. §. lex Iulia. & ar. ẽ. de rest. spol. c. ex parte. curatore actore vt C. co. ti. l. pp.

5 ¶ † In adulterij accusatione sic proceditur, qa præsente accusatore & accusato cũ ad pœnã legalẽ agitur, porrigetur libellus; quo porrecto ꝓponi poterũt exceptiones dilatoriæ antequã accusatus recipiať inter nomina reorũ. vt ff. eo. ti. l. maritus. §. præscriptiones. & . §. 1. vt si dicat nupta, quæ impetitur, à se non esse incipiendũ, cũ nuptias nõ ꝓcesserit nũciatio. vt ff. co. l. q vxori. & l. denunciasse. Resp. 1. & §. 2. Et hoc fallit in crimine incestus, quod contra vtrũq; scilicet adulterũ & adulterã simul interpretari pôt. vt ff. co. tit. l. uim passam. §. vlt. pôt opponi & peremptoriẽ vt de lapsu qnquẽnij. vt C. co. ti. l. adulter. post qnquẽniũ & sex mẽses. vt ff. co. ti. l. si maritus ꝓuenerit. vel si dicať accusatorẽ destitisse, vt ff. co. ti. l. 1. §. 1. pôt mulier accusata excipere cõtra maritũ, ꝙ & ipse similiter adulteriũ cõmisit, vt j. co. ti. c. intelleximus. & c. tua. & ẽ. de diuor. c. significasti. 32. q. 6. ꝑ totũ ẽ. de iureiur. c. tua ff. so. ma. l. viro atq; vxore ff. co. ti. l. si vxor. §. iudex. Itẽ excipere pôt, ꝙ accusationẽ remiserit. vt 23. q. 4. c. si illic. vel ꝙ eã sibi reconciliauerit ẽ. de cõue. coniuga. c. gaudemus. & vt de hoc plenius. no. ẽ. qui ma. ac. pos. §. pñ.

6 ¶ † Sed nunquid vxor obijcere poterit fornicationem spiritualẽ marito accusanti de carnali? Videtur ꝙ sic. Nam fornicatio carnalis & spiritualis similes sunt. & idẽ operantur quo ad matrimonium separandum vt 28. q. 1. c. idolatria. & c. iã nunc.

nunc.& multo fortius similes sunt ad compensandum & operãdum,vt matrimonium duret.Sed contra.Istæ fornicationes diuersarum specierũ sunt, & res diuersarum specierum non ueniunt in compensationem;quia species cũ quantitate nõ compensatur.vt ff.de pig.acti. l.si conuenerit.Verius puto, ꝙ compen
7 satio fiat. ¶ † Item excipitur contra maritum accusanté vxorem de adulterio, si eã talé sciuit,& mores eius eã vxoré ducẽdo probauit.vt in eadé l.si vxor.§. vlt.Item potest vxor opponere marito accusanti, ꝙ eam adulteranti tradidit, vt s.de eo qui cogno.consang.vxo.suæ c.discretionem.Item ꝙ lenocinium fecerit. Sed hæc exceptio si ante litẽ contest.opponatur, accusantem repellit, si postea instar accusationis habet,& accusatori pœnã inducit; quia hæc exceptio à muliere proposita virum onerat, non mulierem excusat.vt ff.eo.ti.l.1.§.
8 sed publicè. ¶ † Est aũt leno, qui adulterium subijcit,vel pretium pro cõperto stupro accepit, vel dãnatam de adulterio ducit,vel sciens adulterium celat vxoris.vt 32.q.1.ca.1.¶ Nunc restat vi-
9 dere de pœna adulterij vł stupri.¶ † Pœna quidem pro adulterio ſm leges imponitur mortis,quasi pro sacrilegio.nã sacrilegos nuptiarũ gladio puniri oportet vt C.eo.tit.l.quamuis.fœmina aũt iure authẽticorum verberata in monasterium recluditur,quam intra bienniũ viro recipere licet,biẽnio translato vel viro mortuo antequam vxorem de monasterio educat adultera tonsa, monastico habitu suscepto,ibi dum viuit permaneat.duabus partibus proprię substãtię liberis applicandis,tertia eius monasterio, si liberos nõ habeat, parentibus extantibus huiusmodi iniquitati nõ cõsentientibus tertia pars applicatur,duę monasterio,quibus prædictis non extantibus tota substantia monasterio quæritur pactis dotaliũ instrumentorũ omni casu seruandis,vt in Auth.nulli.iudi.§. manifesta.col.9.& ponit C.de adulter.
10 sed hodie † & si maritus in accusatione vxoris deficiat in probando tenetur ad talionem.vt in Auth.vt liceat matri & auiæ.§.quia vero plurimas.§.& causas col.8.in Auth.vt nulli iudi.§.adulterã col.9.sed ſm hoc vir volens separari ab vxore indirectè consequi poterit,quod directè nõ potest,accusabit vxorem de adulterio calumniosè,si deficiet in probatione detrudetur in monasterio, & sic indirectè separabitur ab vxor. Ad quod respondeo nõ consequitur,qa nõ solum hoc fiet ſm iura Auth.sed aliàs vir punietur in bonis.vel non consequitur, quia erit in voluntate mulieris sibi reconciliare maritum inuitum.vt dixi in hoc eodem.§.secundum vetus testamentum mulier de adulterio conuicta lapidabatur, non autem vir.vt 33.q.5. c.hæc imago.sed ſm iura canonica in foro ecclesiastico agitur ad separationé, vt s.de procur.c.tuę.vel ad dotis vel donationis amissionem.vt s.de dote post
11 diuor.rest.c.plerunque. ¶ † In summa sciendum est,quòd in quibusdam casibus, & si mulier viuente marito alteri carnaliter commisceatur, adulterium non committit, vt si violẽter fuerit oppressa.vt ff.ad l.Iul.de adul.l.vim passa 32.q.5.c.proposito. Item si ignoranter cognita est ab aliquo quem virum suũ esse credebat.vt 34.q.2.c.in lectum.Itẽ cum credens virum suum mortuum alteri nubit.vt 34.q.1.c.cum per bellicã. Item contingit.quòd aliquæ mulieres adulterium committunt,& de adulterio accusari non possunt.vt sunt illæ, quæ in caupona ministrant.quas vitæ vtilitas dignas obseruatione legum nõ credidit.vt C.eod.titu.l.qui adulteriũ commisit.quod secundum canones non
12 procedit. ¶ † De incestu autem summatim & breuiter disseramus. Incestus committitur cum cognata & affine,aliquando per se solus, aliquando cõiungitur adulterio, vt in nupta. vt ff.eod. tit.l.si adulterium cum incestu. 1. R. & §.1. In quo grauius crimen committitur, quàm in adulterio secundum leges. Si verò incestus per matrimonium illicitum

illicitum contractus fit vt in præall.l.si adulterium.§.1.sed secundum canones simpliciter & indistinctè incestus vincit adulteriũ.vt 32.q.7.c.omnes causationes.§.sunt.n.& c.adulterij malum.

SVMMARIVM.

1 *Raptor duobus modis dicitur,& quid propriè sit rapina.*
2 *Rapina qualiter fiat.*
3 *Fornicatio aliud à stupro,aliud est adulterium,& aliud incestus,& aliud raptus.*
4 *Incestus quando committatur.*
5 *Pœna raptorum.& nu.6.7.8.& 9.*
6 *Raptori cõtrito quare sepultura negatur.*
8 *Rapta an possit nubere raptori.*
10 *Prædo quis,& quot modis dicatur.*
11 *Incendiarius quis appelletur.& qua pœna plectatur.*

¶DE RAPTORIBVS INcendiarijs &c. Rubrica.

Dictum est supra de adulterijs & stupro. sed quia raptus aliqñ cõmittitur in rebus vt j.eo.c.1.2.& 3.aliqñ in hominibus. vt j.eo.c. in archiepatu.& c.cum causa.& c.accedens.& per hoc ad stuprum vel adulteriũ peruenitur. ¶Ideo subsequenter ponitur hic rubrica de raptoribus & adijcitur incendiarijs & violatoribus ecclesiarũ.¶Videamus igitur quis sit raptor. Quis incendiarius, & violator ecclesia
1 rum.Et de pœna ipsorum.¶†Raptor dicitur duobus modis. rerũ,& hominum, & maximè fœminarũ. Propriè aũt dicitur rapina rerum, & raptus mulierum. Rapinæ crimen cõmittitur, cùm aliqs per violẽtiã & apertè res capit alienas, nõ tñ ecclesiasticas, nec ab ecclesia. qa tunc cõmitteretur sacrilegiũ, de quo in
2 ferius dicam. ¶†Fit aũt rapina cum armis aliqñ, aliqñ sine armis, & diuersa est pœna,vt iam notabo. ¶Et est sciendũ, ꝙ omnis raptor est fur, sed non conuertitur; qa nullus improbior fur,q̃ q rapit.vt Insti.vi bo.rap.in prin.Raptus mulieris nõ solũ cõmittitur in virgine, sed etiam in vidua & sanctimoniali. vt 36.q.2.c.raptores.& c.si quis nõ dicam rupere.Isidorus tñ gñalius accipit raptum. s. p quolibet illicito coitu,vt 28.q.2.c.raptus est illicitus coitus à corrũpendo dictus. vnde qui raptu potitur,
3 stupro fuitur.† Et vt plenius intelligas, notabis ꝙ aliud est fornicatio,aliud stuprum,aliud adulterium,aliud incestus, aliud raptus. Sed horũ omniũ pessimũ est quod cõtra naturã fit. vsus quidã cõtra naturã execrabiłr fit in meretrice; sed execrabilius in vxore. vt 32.q.7.c. adulterij. sed excedit hæc omnia cum vir nubit in fœminam vt C.e.tit.l.cum vir. Fornicatio licẽt videatur esse genus cuiuslibet illiciti coitus, qui fit extra vxorẽ legitimã, tñ specialr cõmitti dicitur in vsu viduarũ,& meretricum, seu concubinarũ. Stuprum est illicita virginis violatio. Adulterium est alieni tori defloratio.vt no.s.de his duobus.s.tit.
4 pxi.§.adulteriũ.& §. stuprũ. † Incestus est cũ consanguinea,vel affine; vnde incestuosi dicuntur qui affinibus vel consanguineis abutuntur.Raptus admittitur, cùm puella de domo patris abducitur,vt corrupta in vxorẽ habeatur.siue puellæ solũmodo,siue parentibus tm̃,siue vtriq; vis illata constiterit; vt probatur hæc omnia 36.q.1.c.lex illa.§.tũ
5 ergo.¶†Puniuntur raptores rerũ j.annũ in quadruplũ,post annũ in simplũ re ipsa in quadruplũ cõputata.vt ff.vi bo.rap.l.1.& 2. Et hoc si ciuilr agatur. Si aũt criminaliter, tũc distinguitur inter vim illatã cũ armis,& sine armis.prima inducit deportationẽ,secũda tertiæ partis bonorum amissionem,vt Insti.de publi.iudi.§.itẽ lex Iulia de vi pub.vel priua.Vnde versus. Vis priuata rerũ depo nit ab ordine rerum.Sed deportatur,si vis armata probatur.Pœna verò canonica hæc est,vt raptor excõicetur ab illo epo,in cuius diœcesi rapina cõmittitur,vt j.e.c.1.6.q.3.c.placuit.Nã cõtra hũ forũ ratione delicti. vt s.de fo.cõp. c.licẽt.j.ꝺ sen.ex.c.a nobis.C. vbi ꝺ cri

 mi.agi

mi agi opor. anthen. qua in prouincia. nec absoluetur nisi prius emendet. vt j. e. 1. j. de verbo. sig. c. ex parte. Sed si satisfacere nolit cùm possit, vel emendandi plenam securitatē præstare, denegatur ei beneficiū pœnitentiæ. Si verò vsque ad obitū in obstinatione durauerit & tunc emendationē vel emendandi securitatē prestiterit, pœnitentia & sepultura ecclesiastica conceduntur; sed si in morte satisfacere nō possit, cōtrito viaticū conceditur, sed sepultura negetur. vt j. eo. tit. c. super eo. Si verò in morte constitutus satis facere promiserit si cōualesceret, & ante satisfactionem decesserit non negabitur, sed ad satisfactionē compelletur hæredes, vt j. eo. tit. c. in
6 literis. † Et si quæratur, quare contrito sepultura negatur, cùm viaticū qđ maius est omnibus sacrificijs concedatur, vt de conse. di. 2. c. nihil. Rn̄deo hoc fit ad terrorem, & simile. s. de tornea. c. 1. Vel fit ad confusionē cognatorū vt per
7 hoc ad satisfaciendū inducantur. ¶ † Raptor mulieris ſm leges capite punitur & eius substantia raptæ applicatur, si tn̄ rapiat mulierem honestam. secus si rapiat meretricem, vt C. de rap. virgi. l. vna in princ. & ff. de fur. l. verū. Nec distinguitur an volentem mulierem quis rapiat, an inuitam, sponsam propriam, vel alienam, coniugatā, vel non coniugatam, quamuis acrius puniri oporteat pro adulterio cū adiectione raptus, tn̄ non patitur diminutionem substantiæ si ancillam rapuerit, vel libertā, vt hic & alia multa leguntur in l. præalleg. de raptu virgi. Hac pœna puniuntur raptores, & corū comites, & qui eis auxilium præbuerunt; nec pōt rapta eligere consortiū raptoris, & si hoc fecerit perdit substantiam raptoris sibi datam a lege. vt in auth. de rap. mu. quę rapto. nubūt.
8 coll. 9. † Sed ſm canones raptor efficitur seruus raptæ, nisi velit se redimere vt 36. q. 1. c. de raptoribus. Itē debet cū fautorib⁹ excōicari. vt 36. q. 2. §. 1. & 4. sed si rapta velit cum raptore matrimoniū cōtrahere, pōt. j. eo. tit. c. accedens. Sed nunquid ex hoc incurret pœnā legalem, s. vt perdat dominiū rerum raptoris. vt dicit auth. puto q̇ non. nam legē illam abrogatā esse dico, & quo ad pœnā interdicti matrimonij, & quo ad pœnā contracti. vt s. de secun. nup. c. domi-
9 nus. ¶ † Raptores aūt puerorum abusionis causa exquisitis pœnis capitalibus puniuntur ſm leges. vt C. ad le. Iul. de adult. l. cum vir. ff. ad le. Cor. de sicca. l. 3. §. libidinis. Sed vbi hoc scelus prælato committitur vindicandum, quia pœnam sanguinis infligere non pōt. vt 23. q. 8. c. quis & a quibus. s. ne clerici. vel. mo. c. sententiam in flagella cōmutat. vt j. eo. c. in archiepiscopatu. & simile 14. q. 6. c. 1. 12. q. 2. c. fraternitas. s. de iudæis. c. postulasti. hn̄t quidam in rub. de
10 prædonibus. † Et est sciendum q̇ prædo dicitur tribus modis. pdo est, qui alios prædatur & spoliat. vt qui itinerarijs & viatoribus auferunt bona sua. Dicitur etiam prædo miles qui vltra stipendiū sibi taxatum quærit. idcirco enim militibus stipendia sunt taxata, ne dū sumptus quæritur, prædo grassetur. vt 23. q. 1. c. militare. Item prædones dicuntur prælati, qui vt procurationem aut seruitium aliquod impendant legato vel alij plus extorquent a subditis, q̄ soluant. & eorum dānis lucrum sectantes quærunt prædam potius, q̄ subsidium in subiectis. vt s. de cēsi. c. quia plerique. ¶ Incendiarius est qui domos alienas, arbores, vel segetes incendit igne apposito ex odio, vel vindicta. vt 22. q. 2. c. cum deuotissimam. & 23. q. 8. c. pessimam. qui secundum canones est excommunicatus ipso iure, si ecclesiam vel locum religiosum. vel cœmiterium, vel ea quæ sunt in spacio priuilegiato. vt 16. q. 4. c. sicut antiquitus. incenderit vel effregerit. & de talibus incendiarijs & effractoribus loquuntur iura illa. j. de sen. excom. c. conquesti. 11. quæstio. 3. c. canonica. postquam autem tales incendiarij fuerint per ecclesiæ sententiam publicati pro absolutionis beneficio ad sedem apostolicam sunt mittendi. vt

di.vt j.de sen.exc.c.tua. Alij incendiarij non sunt excōicati ipso iure, sed sunt excōicandi per sententiam. vt 13.q.8. c.pessimam.& c.si quis membrorū. Nec ob.17.q.4.c.omnes. ibi enim Lucius excōicauit incendiarios sui temporis. Sed secundum leges incendiarius, si dolo ignem apposuit, & ipse igne crematur, aut capite punitur vt ff. de incen. naufra.l.qui ędes.& l.vlt.& pen.ff.de pœ.l. capitalium.§.qui ob inimicitias. fortuita tamen incendia, si tamen euitari non possent, cùm per negligentiam eorum apud quos ortæ sunt, damno vicinis fuerunt, ciuiliter excōmunicentur; vt qui iactura affectus est, damni disceptet, vel modice vindicetur, vt ibi. & ff.ad l. Aquil.l.si seruus seruum.§.si quis insulam, cum tribus seq.§§§.

SVMMARIVM.

1 *Furtum quid sit, & in quibus rebus cōmittatur, & qualiter à furto quis excusetur.*
2 *Furtum vnde dicitur.*
3 *Furtorum species.*
4 *Abigei qui dicantur.*
5 *Pœna furti.*
6 *Agere cōtra furem quot modis quis possit.*
7 *Orandum non est pro occisis in furto.*
8 *Furti quis teneatur.*
9 *Necessitas an excuset a furto.*
10 *Mulier an excusetur a fornicatione necessitate famis commissa.*
11 *Homicida ad sui defensionem an sit excusabilis.*
12 *Fur semper est in mora, & interitu rei non liberatur.*
13 *Fur rem cum fructibus perceptis & qui perci possunt, restituere tenetur.*
14 *Fur an repetat expensas in melioratione rei furtiuæ factas.*
15 *Fur restituens rem deteriorem non liberatur etiam si res perit, æstimatio debetur.*
16 *Furti actio datur, contra hæredes pro portione.*
17 *Vxor an in rebus mariti furtum cōmittat. & qualiter maritus contra eam agat.*
18 *Præstans vxori opem ad furandum marito furti tenetur.*
19 *Serui & filij an furtum committant in rebus dominorum & parentum.*
20 *Actio furti est famosa.*
21 *Præses prouinciæ nō potest efficere vt furti damnatum non sequatur infamia.*

¶DE FVRTIS. Rubrica.

Dictū est supra de raptu. sed qa omnis raptor fur est, ideo rectè dictū est raptorum improbum furē esse.vt Insti.vi bo.rap.in prin. & quia dominus in lege sub eadē prohibitione rapinam & furtum prohibuit, vt 14.q.5.c.pœnale. Ideo hic cōsequenter de furtis agitur. ¶Videamus igitur quid sit furtum. Vnde dicatur. De quare fiat. Quæ furti species. Et quę pœna.

1 ¶†Furtum est contrectatio fraudulosa inuito dño alienæ rei mobilis & corporalis, quę fit animo lucrandi gratia rei, vel possessionis, vel vsus. vt ff.eo.tit.l.1. Ideo autem ponitur in diffinitione, cōtrectatio; quia sine ea furtum non fit. licèt voluntas, vel verbum interueniat, vel scriptura; sola enim cogitatio furti faciendi nō facit furem. vt ff.eo.tit.l.1. neq; verbum, seu scriptura. vt ff.eo.tit. l.si quis vxori.§.in verbo.& l.inficiēdo. & l.falsus.§.si qui sui. Ideo autem dicitur, fraudulosa; nam si quis aliquo errore ductus suam rem esse existimās, & imprudens iure eo animo rapuit quasi dño liceat rem suam etiam per vim auferre a possessore, furti non tenetur. vt Insti.vi bo.rapt.§.quia tamen. Inuito dño, ideo dicitur; quia si credit dñm permissurū, & subest iusta causa credendi, etiam si nō erat cōcessurus, non tenetur. Si aūt non subest iusta cā credendi hoc, tenetur. vt ff.c.tit.l.si is qui rem. Si tñ putat facere dño inuito, & faciat eo volēte, peccat mortaliter & facit furtū, nec agitur furti. vt ff.eo.tit.l.inter omnes.§.pen. Rei alienæ, ideo ponitur; qa rei, quæ plenissimè mea est, non facio furtū, nec teneor furti actione. secus si alius habet rem mecum cōem. vt ff.eo.

ti.l.si socius.Si vero alius in re mea ius
habeat, puta quia creditor vel bonæfi-
dei emptor,facio quidem furtum, & te
neor actione furti, sed res non est furti
ua. vt ff.co.tit.l.cū res.§.1.& l.si is qui
rem pignori.in princip. & ff.de vsucap.
l sequitur.§.si rem. Mobilis & corpora
lis ideo dicitur,quia in rebus immobi-
libus & in rebus incorporalibus furtum
committi non potest, quia propter sui
immensitatem & incorporalitatē con-
tractari non possunt vt insti. de vsuca-
pio.§.quod autem. quia incorporalia
tradi vel tractari non possunt. & ideo
nec contrectari vt ff.de ac.re.do.l.ser-
uus.§.incorporalis. Apponitur aūt lu-
crandi animo; quia si quis alienam an-
cillam meretricem rapuerit vel celaue
rit non lucri,sed libidinis causa,non cō
mittit furtum. vt ff.co.tit.l.verum. Itē
ponitur in diffinitione, gratia rei, pos-
sessionis, vel vsus.& ponit hæc tria lex.
ff.co.tit.l.1.quia qñq; non ratione rei,
vel possessionis, sed solius vsus causa rē
alienam contrectat quis, vt 50. dist.c.
qui sacrum & ff.co.tit.l.qui iuramenta.
2 ¶†Dicitur aūt furtum à furuo,idest ni-
gro.eo quod clam & obscure & plerūq;
de nocte fiat. vel a fraude, vel a feren-
do, idest auferendo. vt ff.co.tit.l.pri.
¶De qua re fiat furtum satis patet per
3 ea,quę in diffinitione dicta sunt.¶†Fur
torum duæ sunt species.nam aliud ma-
nifestū,aliud non manifestū. Manifestū,
cū quo deprehenditur fur anteq̄ veniat
ad locum destinatum. Non manifestū,
cum quo fur non deprehenditur. vt ff.
eod.l.2.& 3.¶Item furtorum quædam
remanent in nomine generali,quædam
transeunt in nomen speciale, verbi gra
tia. Furtum rei sacræ dicitur sacrile-
gium. furtum reipublicæ dicitur pecu-
latus.s.cum quis de pecunia sacra, re-
ligiosa,publicave aufert,intercipit,vel
in rem suam vertit. vt ff.ad le.Iu.pec.l.
4 prima. † Sed & qui pecora ex pascuis
vel ex armentis subtrahunt,fures sunt.
sed abigei vocantur.ff.de abige.l.1.§.1.
Item qui liberū hominē sciens vendit,
vel emit,vel donat, furtum committit.
vt j.cod.c.1. & tñ dicitur committere
plagium.vt ff.ad le.fauiam de plagia.l.
5 1.& l.lege fauia. ¶†Pœna furti duplex
est,cùm ciuiliter agitur.Nam furti ma-
nifesti pœna est in quadruplum. nō ma
nifesti in duplum, vt Insti.de obli.quæ
ex delic.nas.§.pœna.Sed si criminaliter
agatur,pro furto quis nō moriatur,nec
aliquid abscindatur,sed aliter castige-
tur vt in Auth.vt nul.ind.§.vl.coll.9.&
C.de furt. & seruo. cor.auth. sed nouo
iure. Quod verum est,si occultè & sine
armis commissum sit crimen.Nā violen
ter aggredientes aut cū armis, aut sine
armis,aut in domib⁹, aut in itineribus,
aut in mari,legalibus pęnis subijciētur.
vt in ead.Auth.vt nul.iudi.Legales sūt
pœnæ quę habentur.ff.de pœn.l.capita
6 liū.§.grassatores.& §.famosos.¶†Et est
sciendum, q̄ tribus modis agitur cōtra
furem. ciuiliter ad pœnam pecuniariā,
criminaliter ad pœnam legalem vt dic
tum est,& condictione furtiua ad rem
subreptam.nam furti actio pœnam pe-
tit legitimam,condictio rem ipsam; ea
res facit vt neq; furti actio per condi-
ctionem, neq; condictio per furti actio
nē consumatur. vt ff.de con.fur.l.si pro
fure.§.furti. Et eo.modo siquis agit cri
minaliter pro furto, poterit iterū age-
re ciuiliter,& è conuerso.vt C.quando
ciui. actio præiudi. cri.l.1.& ff.de furti.
7 l.vl.¶†Et notandum,q̄ si fures occidan
tur in furando vel prædando, non est
pro eis orandum.vt j.co.tit.c.fures. Et
est ratio, quia præsumitur q̄ decedant
in peccato mortali. vt 23.q.5.c.placuit
88.di.c.neq; 13.q.2.c.pro obeuntibus.
8 ¶†Tenetur aūt furti non solū is qui fu-
ratur,sed & is qui opem furi, vel consi-
lium dedit. Consilium dat,qui persua-
det,impellit,& instruit aliquem ad fur
tū faciendū. Opem fert,qui ministeriū
& adiutorium præbet ad surripiendas
res.vt Insti.co.tit.§.interdum.ff.co.tit.
l.in furti actione.§.recte.& tenetur fur
ti non manifesti vt ff.eodem titu.l.is
qui opem. non tamen de consilio quis
tenetur,

teneatur, nisi furtum secutũ sit. vt ff. eod. tit. l. is qui. §. si tu. Item qui cũ fure par titur, fur est. Sed & ille reus est, qui furti conscius dño quęrenti non indicat. vt j. cod. c. qui cũ fure. Quod verũ intelligo quo ad Deũ & quo ad peccatũ, non quo ad legem humanã, secundùm quam pôt quis accipere pecuniam pro indicio, nec turpiter accipit. vt ff. de cõdi. ob tur. cau. l. 3. §. vlti. quod si debitũ esset indicare, repeteretur quod pro indicio datũ esset. vt ff. de condi. ob turp. cau. l. vlti.
9 ¶ † Excusatur aũt fur, si ꝑ necessitate famis furetur cibaria, vestem, vel pecus. vt de con. dis. 5. c. discipulos. secus si non esset extrema necessitas; tũc enim attenuaretur delictũ, non tñ excusaretur omnino. vt j. co. tit. c. si quis per necessitatem. Quidã tñ dicunt ꝙ nulla necessitas excusat omnino. arg. 12. q. 2. c. fraternitas. Sed puto probabilius ꝙ omnimoda excusatio fit, si extrema necessitas furari compellat; quia tẽpore necessitatis omnia sunt cõmunia. vt 24. dist. c. 1. 12. q. 1. c. dilectissimus 23. q. 7. c. quod autẽ ff. ad le. Ro. de iact. l. 1. §. idem. & 47. dis. c. sicut hi q per infamiã. Qui aũt in tali statu furatur, debet credere dominũ permissurum, quando furtũ non committitur. vt Insti. de ob. quę
10 ex deli. nas. §. furtum. ¶ † Sed quæritur, quare quis excusetur à furto ratione necessitatis, & mulier non excusatur à fornicatiõe, quam famis necessitate cõmittit. vt ff. de ritu nup. l. palam. §. non est ignoscendũ. cõmunes res sunt vt dictũ est, quod in mulieribus nõ cõtingit.
11 ¶ † Itẽ quęritur, quare qs excusetur ab homicidio in necessitate, hoc est in sui defensione cõmisso, nõ aũt mulier à fornicatione, vt dixi? Rñdeo, qui aliũ aggreditur animo occidendi si occiditur, ipse quodãmodo se occidit, & ideo ali⁹ excusatur. ar. ad hoc ff. si quadr. pau. fe.
12 di. ca. l. 1. §. cũ arietes. ¶ † Est aũt sciendũ, ꝙ fur semper est in mora, & ideo nõ liberatur interitu rei, sic nec violentus. vt C. de furt. l. subtracto C. quod me. cã l. 1. Quod verum est, nisi res intereat post quã fur eam restituendã dño obtulit congruo tẽpore, & loco. vt C. de cõdi. fur. l. vlti. & ff. co. tit. l. in re furtiua 2. R. ff. de solu. l. si soluturus. & ff. d vsu-
13 fruct. l. mora. ¶ † Restituat aũt fur rem furtiuam cum fructibus perceptis & q percipi potuissent à possessore priore, vt s. de restitu. spo. c. grauis ff. de rei vẽ
14 di. l. si nauis. §. generaliter. ¶ † Sed quid si fur rem furtiuam suis sumptibus meliorauit, nunquid expensas repetet? Respondeo non, imò nec eis qui à fure mala fide emit, vt s. de reb. eccl. non alie. c. ad audientiã 16. q. 3. c. vniuersos 10. q. 2. c. hoc ius porrectum in fin. nisi sibi de euictione prospexit. vt tunc contra suũ actorem possit habere regressum. vt C. de euict. l. si fundũ bonæ fidei. aut repetit expensas. vt s. de in integr. restit. c. requisiuit 12. q. 2. c. vulteranę. in Auth. de non alien. aut permut. rebus eccl. §. si
15 quis igitur. colla. 2. ¶ † Itẽ fur. non liberatur, si rẽ reddat deteriorẽ; & si res perijt, fiet æstimatio eius temporis in quo plus valuit à tẽpore furti. vt ff. de condit. fur. l. in re furtiua. §. si ex causa.
16 ¶ † Item hæres furis insolidũ tenetur nisi quatenus ad eum peruenit, si solus fuerit heres; si aũt fuerint cohæredes, q libet tenetur ꝑ ea parte, pro qua hæres existit. vt ff. de condi. fur. l. in condi tione. dum tñ intelligas, ꝙ si res furtiua ad vnũ peruenerit tota, tunc non tenebitur restituere ꝑ parte, sed totam.
17 vt ff. commo. l. 3. §. hæres. ¶ † In summa notandũ est, ꝙ vxor in rebus mariti furtum committit. sed vir contra eam nõ agit actione furti, sed actione in factũ,
18 † qui tñ vxori opem pręstat ad furandũ marito, furti tenetur. vt ff. eod. titu.
19 l. si quis vxori. & C. rerũ amo. l. 2. † Itẽ serui & filij furtum committunt in rebus dominorum & parentum, sed contra eos furti nõ agatur, nisi seruus post manumissionem rem contractet. vt ff. cod. tit. l. serui & filij. & Instit. de obli. quæ ex delic. nas. §. hi autem. Furtum autem non solum in maioribus, sed etiã in minoribus iudicatur; non enim quod

19 quod furto sublatum est, sed mēs furan
20 tis attenditur. vt 24. q. 6. c. vlt. † Famo
sa est actio furti. vt Instit. de pœna te.
21 liti. §. sed furti. † & in tantum vt præses
prouinciæ non possit facere vt damna-
tum furti non sequatur infamia. vt ff.
eod. tit. l. non potest.

SVMMARIVM.

1 *Vsura quid sit.*
2 *Mutuum quid sit.*
3 *Differentia inter vsuram & pœnam promissam.*
4 *Vsura vnde dicitur.*
Pecuniæ nomine totum continetur quod homines habent.
5 *Vsura in quibus rebus committatur.*
Mutuum in quibus contrahatur.
6 *Vsurarum species quot sint.*
7 *Fænus exercens an infamia notetur.*
8 *Vsuræ veniunt ex mora.*
9 *Vsura in quibus casibus petatur de iure canonico.*
10 *Vsurarij à quibus compellantur vsuras restituere.*
11 *Iudex contra vsurarium manifestum quãuis non accusetur, procedere debet.*
12 *Clericus ab vsuris non desistens, ab officio & beneficio suspenditur.*
13 *Vsura centesima, & vsura sextupla.*
14 *Vsuræ omni iure sunt prohibitæ.*
15 *Vsurarius quilibet vel eius hæres in iudicio animæ tenetur totum restituere quod exactum est.*
16 *Actione qua agi possit contra vsurarium vel eius hæredes si fænebris pecunia conuersa est in prædiorum emptionem.*
17 *Creditor si de pecunia fænebri emit possessiones & vendidit, et ex illa pecunia alias emit, an idem iuris erit in istis secundis rebus quod in primis.*
18 *Possessio empta de fænebri pecunia si transeat in alium, nunquid is qui pecuniam soluit, habeat idem beneficium contra alium extraneum possessorem, quod habet contra vsurarium vel eius hæredem.*
19 *Res empta ex fænebri pecunia si superueniat ex titulo lucratiuo ad eum qui soluit vsuras, an is ad quē prius ex similibus ea peruenerit res eadem, liberetur, vt contra eum agi non possit.*
20 *Vsura an cõmittatur, si quis mutuat cum pacto quod sibi alia vice mutuo detur.*
21 *Vsurarius restituens partem fænebris pecuniæ an liberetur, si debitorẽ quo exegit. aliam partem sibi remittat.*
22 *Pœna adiecta in contractu mutui. quando præsumatur in fraudem vsurarum.*
23 *Repeten. vsuras an sit audiendus nisi restituat per se extortas, & quid in hoc casu iudex facere debeat, si dicat se paratum esse restituere si quis petat.*
24 *Pecuniæ vsurariæ cum non inuenitur is à quo exacta est, vel eius hæres, qd sit agendum.*
25 *Literæ si obtentæ sunt contra vsurarium, & is re integra moritur, an possit eius hæres per eas literas conueniri.*
26 *Iurans se soluturum vsuras potest soluere & solutum repetere.*
27 *Iurans non repetere vsuras nec denunciare, an teneatur iuramentum obseruare.*
28 *Exigens alieno nomine vsuras, an illas restituere teneatur.*
29 *Vsuras cõmittere quando quis dicatur, & nu. 30. 31. 32. 33. & 34.*
35 *Prælati subscribentes se contractibus vsurariorum an peccet & intelligantur illos approbare.*
36 *Sigilla prælatorum faciunt instrumenta authentica.*
37 *Pecunia traiectitia quæ dicatur.*

¶DE VSVRIS. Rubrica.

Dictũ est supra de rapinis & furtis, sed quia parũ vel nihil interest quo ad restitutionis legẽ, inter furtũ, & rapinã, & vsurã. vt 14. q. 4. c. si quis vsurã, quia sicut vnũ subiacet restitutioni, sic & reliquũ. sicut nõ multum interest quo ad periculum animæ iniustè detinere ac inuadere alienũ. vt s̄. de rest. spo. c. sæpe cõtingit, Ideo post tractatus illos subijcitur hic rubrica de vsuris. ¶Videamus igitur qd sit vsura. Vnde dicatur. Quę sint eius spẽs. In quibus

bus casibus permittantur vsuræ. Qualiter vsurarij & hæredes eorũ cópellantur ad restitutionem vsurarũ.
1 ¶† Vsura est quicq͂d sorti accedit. vt 14.q.4.c.plerique. In hac descriptione, addo intentione præcedente, vel pacto. sola.n. spe vel expectatione vitiũ contrahitur vsurarum. vt ĩ.eo.c.1.& c.consuluit.14.q.3.c.si fœnerarius. Quod intelligo verum esse, cum causa mutuandi principaliter ponitur in spe vel expectatione lucri siue emolumenti. aliter si non principaliter propter hoc moueatur mutuator ad mutuãdũ, sed ob charitatem & dilectioné, secundariò aũt sperat de aliqua retributione, nõ puto hoc vitiosum ar. ad hoc. 76. di. c. in singulis. 58. di. c. si officia. 61. di. c. quod perderit. cum.n. quis mutuum dat liberaliter, scit vel scire debet debitorem sibi naturaliter obligari ad antidota. vt ff. de peti. hære. l. sed & si lege commissoria. §. consuluit. ŝ. de testa. c. cũm inofficijs. & ideo de retributione sperare pót, & non sperare nõ potest. & simile. 1. q. 1. c. q͂ pio. & ŝ. de simo. tua. Vel si dicatur simpliciter & indistinctè sola spe cómitti vitiũ vsurarũ, dico ꝙ ad purgationem delicti non est opus restitutione eius quod sic sorti accedit. sed sufficit pœnitentia, sicut pœnitentia sola purgatur simonia tñ animo commissa. vt ŝ. de simo. c. vlt. Pacto præcedente, ideo in descriptione adieci. quia si sine pacto gratis & liberaliter, maximè post debitum solutũ debitor quondã offerat creditori, vitiũ non inducit. nullam.n. oblatio suscipienti culpæ maculam ingerit, quæ non ex ambientis petitione processit. vt 1. q. 2. c. sicut. Sorti, ideo dixi, vt noté contractũ mutui. nam & si ex re locata aliquid detur, vel accipiatur, nõ dicitur vsura, nec est vsura, sed merces quæ rei locatæ accedit. nã rei locatæ dominiũ retinetur. ita quòd conductor q͂nem de proprietate referre non pót. vt C. de pig. ac. l. nec creditores. sed in mutuo dominiũ
2 transit in debitorem. † nam mutuum est de meo fit tuum. vt ff. de reb. credi. & si certũ petatur. l. mutuũ. §. appellata est. Et ideo quia periculũ rei locatæ ad locatorem spectat, periculum aũt mutui ad debitorem pertinet, conuenitur merces & exigitur nõ vsura. vt ff. de rei ven. l. si nauis.
3 ¶† Sed quæritur, quicquid sorti accedit, est vsura, vt in descriptione dictum est; quæ ergo erit differentia inter vsuram & pœnam, cũ pœna conuentionalis, pœna canonica & illa quæ venit loco interesse, possit exigi ſm canonicas sanctiones. vt dicam. ĩ. de pœ. Rñdeo vsura datur per menses vel annos. vt C. eo. tit. auth. ad hoc pœna, si nõ fiat quod cõuenit, vt ĩ. de pœ. c. cõstitutus. Vel aliter pœna soluitur; quia non fit, quod conuenit; vel quia non soluitur, quod debetur. Vsura verò præstatur, vt sors non soluatur, sed sortis solutio differatur, vt ĩ. eo. tit. c. cõsuluit. Vnde vsura cum pœna aliqñ cótrariæ videntur, imo aliqñ vsura excludit pœnam vt C. de iure do. impe. l. 2. qñq; excludit ipsum debitũ. vt ff. depositi. l. si homine. §. quoties.
4 ¶ † Dicitur aũt vsura, quasi vsus rei; quia ob vsum rei datur, i. pecuniæ. Vel dicitur vsura quasi vsu rea. i. vsus æris idest pecuniæ, & hęc expositio ad idẽ recidit cũ priori. Pecuniæ verò nomine continetur totum, quod homines hñt. vt 1. q. 1. c. p totũ.
5 † sed vsura nõ committitur nisi in cõtractu mutui, de quo hic agitur. Mutuũ aũt contrahitur in his rebus, quæ cõsistunt numero, pondere, & mensura, i. in his quæ numerari solent, & ad numerũ dãtur vt moneta; & quæ solent ad pondus dari, vt æs, argentũ & aurũ; vel quæ ad mẽsurã vt frumentum, vinum, & oleum, sed nihilominus præter has res cõmittitur vsura; nã si tibi mutuem aliquid ex his, quæ cõsistunt in numero, pondere, vel mensura. & tu mihi cõuenias pro vsura equũ, vestem, vel prædium, vel quicquid aliud quocunque nomen ei imponens, vsura est. vt 14. q. 3. c. plerique. vnde non placet quod not. frater Ray. in summa sua in eo. tit. qui dixit. non dicitur fieri vsura nisi in his rebus, in quibus fit mutuum

mutuū,scilicet quę consistunt in numero,pondere,vel mensura.Insti.qui mo.
6 re contra.ob.in princ.¶†Duæ sunt species vsuræ.vna est spiritualis & æqua, altera corporalis & iniqua. Primū fœnus aspicere & exercere debemus, vt quod hic misericorditer tribuimus,à dño multipliciter & imperpetuum tributa māsura recipere valeamus.vt 46.
7 dist.c.sicut nō suo.†Sed secunda species subdiuiditur.Est enim fœnus sortis.& fœnus fœnoris.q secunda speciē exercet,ēt ꝭm leges ipso iure notantur infamia vt 3.q.7.c.infames.§.tria. Sed ꝭm iura canonica in vtraq; specie ipso iure infamia irrogatur,cùm in vtraque cōmittat peccatū mortale.vt 6.q.1.c.infames.Veniūt vsuræ ex pacto,vt superius dixi;veniunt & ex mora, vel quasi
8 mora,ꝭm leges.† Mora fit iure cōmuni vel speciali.Fit mora iure communi, cùm quis maior 14.annis.vt ff.de ver. oblig.l.si pupillus.interpellatꝰ cōgruo loco & tpe.vt ff.de solu.l.soluturus.vel per diei appositæ lapsum.vt ff.de ver. obli.l.si fundū C.de contrahen.vel cōmit.sti.l.magna.& §.de loca.& cōduc. potuit.vel per lit.conte.vt ff.de verbo. obli.l.si ex legati causa.cū intelligat se debere vel intelligere debuit, vt ff.de reb.credi.& si certū peta.l.quod te,nec omissa sit repetēdæ rei instātia siue cā, distulit rei solutionē vel pręstantionē. vt ff.de vsuris.l.mora.& l.sciendū.Hæc mora facit currere vsuras in contractibus bonę fidei,vel legatis,& bonæ fidei cōmissis.vt ff.de vsu.l.mora.§.in bonæ fidei.& ff.de leg.2.l.siqs seruo.& l.solidum 1.R.quia licet legata sint stricti iuris.in hoc tñ casu æquiparantur bonæ fidei cōtractibus.vt C.in quibus causis non est necessaria in inte.resti.l.minorum. Sed nūquid ꝭm iura canonica hęc procedunt? Respondeo non, nisi vsura
9 pro interesse petatur.¶†Et ideo sciēdū est.quòd in 7.casibus vsura ꝭm iura canonica licitè petitur. Primus est, cùm laico beneficium assignatur, & laicus malè tenet. potest enim ecclesia vel ꝑsona ecclesiastica in pignore illud recipere,nec fructus computabit in sortē, vt saltē hoc modo res ecclesiastica de r manu laici redimatur,vt ĩ.cod.c.1.& c. cōquestus. Secūdus casus, cū fideiussor soluit debitum & vsuras forte qa iurauerit tūc exigere à debitore vt s̃.de fideiusso.c.cōstitutus.Tertius,cùm petit vsura canonica hoc est pœna canonis q̃ pōt exigi vltra sortē vt 12.q.2.c.in legibus.Quartus,cùm petit vsura nō tāquā vsura,sed tanquā interesse.vt in cōtractibus bonæ fidei, de qbus superius dictū est,& tunc non petetur quasi vsura,sed qđ intersit morā adhibitā non fuisse.vt ff.pro socio.l.socium.Sed hoc intelligo,cū interesse est intra rē,vel cū petitur cā damni vitandi non lucri captādi.vt ff.de ac.emp.& ven.l.si sterilis §.cū per venditorem.Et ideo cautè dixit canon,incrementa susceperit.vt 14. q.4.c.siqs oblitus. Quintus,in contractu locationis,in quo licitè recipit aliqd vltra sortē,idest vltra id quod datur.vt dixi s̃.§.2.Sextus,rōne incertitudinis.vt ĩ.eod.tit.c.cùm in ciuitate. Septimus,cùm possessiones à socero vel genero sunt ꝑ numerata dote pignori obligatę.nā tunc fructus non computātur in sortē,vt ĩ.eo.tit.c.salubriter. Et huius vltimi casus est ratio,qa dos ad hoc cōstituitur,vt onera mřimonij sustentētur.vt s̃.de dote post diuor.resti. c.per vestras.Vñ cum ꝑ pecunia dotali prędiū obligetur,sicut ex aliquo honesto lucro pecunię sustentarētur onera mřimonij,vt dicit illud c. ꝑ vestras. sic & ex fructibus prædij,quod in locū pecuniæ succedit,vt ĩ.eo.c.cum tu in fi. & ff.de leg.2.l.Imperator,in fi.& l.se-
10 quenti.¶†Cōpellūtur vsurarij restituere vsuras à iure & à iudice. A iure sic, quia si fuerūt vsurarij manifesti,ius eos excommunicat quo ad tria;quia nec ac cōmunionem admittuntur altaris , nec eorū oblationes debent recipi.& si decesserint,eis nō dabitur ecclesiastica sepultura.ut ĩ.cod.titul.c.quia in omnibus.& de his omnibus agitur in literis e

domini

domini papę.cùm dicat,eos ad restituē dum quicquid vltra sortē perceperunt per pœnā in Lateranen.consilio contra vsurarios editam compellatis.De hac triplici pœna iuris intelligēdum est,de qua superius dixi.Vñ iudex,cui sic scribitur,compellatis vsurarios ad restitutionē vsurarum per obscurationē cōstitutionis illius pœnas in ea editas exequendo.Cōpellunť & à iudice, quia si hoc meruerit proteruitas contumacis, ad aliam pœnam procedat,vt ſ.vt lite non contesta.c.qm̃ frequenter,in fi.nā excōmunicabit excommunicatione maiori.vt ĵ.eod.tit.c.quoniam c.non solū & c.præterea.vt ſ.de iureiur.c.ad nostram. Itē compellentur & alio modo licet indirectè.quia si ipsi ab alijs vsuras repetant,quas soluerint, repellentur,nisi & ipsi restituant quas:ab alijs exigerunt. vt ĵ.eod.tit.c.quia frustra. Itē compelluntur & hęrdes vsurariorū restituere vsuras , quas exigerunt defuncti.siue sint filij, siue extranei,vt ĵ. eodem titul.c.tua nos. & c. Michael.

11 † Item quid si certum est & notorium aliquem fœnebrem pecuniā exegisse. & constat quòd debitores, qui persoluerūt,non remittunt,sed repetere non audēt ꝓpter potētiā exactorū? Rñdeo aliquo denunciante,vel nullo, ecclesia ex officio suo procedet,& ad restitutionē compellet.vt ĵ.eod.ti.c.cùm in diœcesi.

12 † Clericus aūt compellitur cessare ab actione vsurarum per suspensionē ab officio & beneficio.vt ĵ.eod.titu. c.pręterea.& si cessauerit,poterit dispēsari cum eo,ut non deponatur,& sic intelligo 67.dist.c.episcopus 14.q.4.c.1. Nam de rigore iuris poterit deponi.vt 47 dist.c.qm̃ 14.q.4.c.canonum c.si qs

13 oblitus.& c.quenquam.¶† Est aūt sciēdum,ꝙ quædā vsura vocatur centesima.illa scilicet,quæ ĵ.annū sorti æquiparatur . quædam vocatur sexdupla, à sex quod est totū,& plica quod est pars siue medietas quæ ēt alio modo dicit̃ æmilia ab emi quod est medium,& olō quod est totum.& est illa vsura quæ to tum continet & medietatem totius, vt

14 47.dist.c.quoniā. ¶† Quæritur an vsuræ pħt peti de iure ciuili. Et videtur ꝙ sic.vt C.& ff.de vsuris.Sed contrarium puto verius per Auth.de eccle.tit.col. 8.quę lex posterior est ꝓdictis.& in eadem dicit Iustinianus se quatuor generales synodos in omnibus seruare, scilicet Nicenā,& Constantinopolitanam, Ephesinam & Calcedonem. Nicena ꝓhibet vsuras.vt 47.dis.c.qm̃ multi.Sed ad illum canonem & alium similem 47. dist.c.quoniam multi. rñdent quidam legistæ ꝙ canones prohibēt vsuras clericis,non laicis. Sed certè quamuis de clericis loquantur, authoritas tñ quæ ex sacra scriptura inducitur , generalis est & locum habet tam in laicis,quàm

15 in clericis. † Item in iudicio animæ tenetur quilibet vsurarius vel eius hęres. totū restituere,quod exactum est;sed si non sit soluēdo,nihilominus remanet obligatus,& ꝓmittet confessori suo soluere cū ad pinguiorem fortunam deuenerit.nā hoc cōmune est in quolibet debitore,q soluendo non est.vt ſ.de solutioni c.Odoardus.eo tñ saluo,ꝙ is qui cessit bonis,si postea aliquid acquisiuerit,condennatur in iudicio corporū in quantū facere potest.vt ff.de cessio.bo. l.4.idest habita rōne sui,nę egeat.vt ff. de re.iur.l.in condēnatione. sed in iudicio animæ totum restituet,& si nihil ei remaneat; quia nec dimittuntur peccata nisi restituantur ablata.vt 24.q.6.c. si res aliena.Ablatum dico siue per vsuram siue per rapinam,quia hæc similia sunt.vt dixi ſ.eod.tit.in princip.& pro-

16 batur 14.q.4.c.si quis vsuras.¶ Quid† si fœnebris pecunia cōuersa sit in emptionem prædiorum,nunquid is, à quo vsura est exacta, poterit agere contra vsurarium vel eius hæredes actione reali? Dixit Alanus, quòd sic. & est hoc speciale vt detur actio in rem ad res emptas de pecunia actoris . sicut & alias , si alius de pecunia emerit res meo nomine. vt C.de rei venditio.l.si. de pecunia. & leg.si vt proponis. Et

alibi cótingit illud speciale.C.arbitriū tu.l.2.Sed hoc non puto verum,imò is qui vsuras soluit, aget personali actione contra vsurarium vel hæredem eius ad pecuniam, & iudex ex officio suo cōpellet vsurariū vsuras soluere,si habeat vnde soluat, alioqui compellet vendi possessiones illas,& satisfacere creditori, vt j.eo.tit.c.cum tu.§.possessiones.

17 ¶†Item quid si creditor de pecunia fœnebri emat possessiones,& demū vēdat, & ex pecunia redacta ex venditione illarum emat alias, nūquid idē iuris erit in his secundis rebus, quod in primis? Rñdeo sic, quasi res secundo loco emptæ succedant in locum priorū arg.ad hec.ž.vt lit.pen.c.ec.& ff.d' le.2.l.impe

18 rator.& l.actor.¶†Sed quid si possessio empta ex fœnebri pecunia transeat in aliū,nūquid is qui pecuniā soluit, habebit idem beneficium contra alium extraneum possessorē,quod habet contra vsurarium vel eius hæredē, vt cogatur vendere & satisfacere agenti? Rñdeo, non puto, nisi extraneus possideat ex causa lucratiua,& vsurarius vel eius hęres conuentus & excussus inuentus sit non soluēdo.argumen. Institu. de le.§. si aliena. & ff.de eo per quem factū est.

19 l.ex hoc edicto.1.Rñso. ¶†Sed quid si res empta ex fœnebri pecunia perueniat ex tit.lucratiuo ad eum qui soluit vsuras,nunquid is ad quem prius ex simili causa peruenerit res eadem, liberetur,vt contra eum agi non possit? Rñdeo sic.vt ff.de ac. & ob.l.omnes debi-

20 tores.¶†Quid si mutuo tibi tali pacto, vt tu mihi remutues alia vice, nunquid vsura cōmittitur in hoc pacto? Rñdeo sic,quamuis enim dum tibi mutuo,obligeris mihi ad antidota, & teneris mihi retribuere de eo quod tibi feci. vt ff.de peti.hære.l.sed & si lege commissoria. §.consuluit.ž.de testa.c. cum in officijs charitatis. illam tñ naturalē obligationem reducere in ciuilē,species lucri est; & ideo vsuræ licèt alias licitæ deducantur in pactum speciale id ad quod aliquis sine pacto obligatur. vt ž.de præben.c.significauit.ž. de elec.c.significa-

21 sti. ¶†Quid si vsurarius partem fœnebris pecunia restituat ei a quo exegit, an aliam partem debitor sibi remittat? Rñdeo,si ex pacto facta est remissio, vt per hoc debitor partem aliā rehabeat; non reputo vsurarium liberatum quo ad Deum,& quo ad ecclesiam; quia vitiosa est huiusmodi remissio, & simile. ž.de simo.c. veniens;si autem debitor liberaliter remittat, liberatus est creditor.sicut & non tenetur,cùm debitor liberaliter & sponte aliquid vltra fortē

22 dat creditori.vt not.ž.eo.tit.§.1.¶†Itē, quid si pœna sit adiectiua in contractu mutui,nunquid præsumemus fraudem vsurarum adiectam? Rñdeo non,nisi ex qualitate personæ creditoris,vt si consueuerit fœnerari, & sic intellige.ff.de actio.empt.& venditio.l.Iulianus.§.ibi

23 dem & ž.de pign.c.illo, in fi. ¶†Quid si aliquis repetat vsuras, & excipiatur cōtra eum ꝙ ipse repetere non pōt,nisi restituat quas extorsit ipse vel is cui successit.vt j.eo.tit.c.michael. ipse aūt replicet paratus sum restituere, si sit qui petat. quid faciet iudex ecclesiasticus? Respondeo præconizari vel banniri faciet, vt quicunq; tali soluit vsuras veniat & probet,& rehabebit. & simile sit alias.5.q.1.c.quidam maligni spiritus. & ž.de clandesti.despon.c. cum in tua. Sed si illi negligant,aut contemnāt venire,vel actiones suas remittant? Respondeo procedet petitio istius sine impedimento exceptionis illius; sed si veniant & probent se soluisse vsuras, fiet eis restitutio, nec in hoc casu sufficit eis pignora dare vel cautiones. supra de sentent. & re iudic.c. cum aliquibus ff.de pigno.acti.l.quod si non soluere.

24 ¶Sed †quid si is,a quo exactum est vel eius hæres non sit superstes, nunquid impediatur actoris petitio, an procedet? Respondeo, iudex ecclesiasticus pecuniam fœnebrem debet pauperibus erogare. vt j.cod.tit.c.cum tu.& cùm hoc factum fuerit, petitio procedet,aliàs non. Et idem puto si viuat & nescitur

nescitur vbi sit; vel scitur, sed ad eum mitti non pôt. tunc enim propter impossibilitatem vel difficultaté restituédi ei, à quo exactum est, distribuet̃ pauperibus. vt s̃. de iudæ. c. cùm sit. Cæterũ si de illius aduentu speretur, tũc pecunia deponetur & cõsignabitur, vt aliàs C. de vsu. c. accepta. Et sic pecunia vsuraria inter pauperes distributa, vel disposita, vel cõsignata, seu ei, à quo exacta est, restituta, vel ei⁹ hæredi siue ꝓcuratori, qué absens dimisit, ꝓcedet̃ in petitiõe actoris. alioq̃ eadé repelletur,
25 vt dictũ est. ¶† Quid si literæ obtentæ fuerint cõtra aliqué vsurariũ, & is re integra moriatur, nunquid poterit ei⁹ hæres p easdé literas conueniri? Videt̃ q̃ sic. q̃a hæredes ea districtione sunt cogendi ad restituendas usuras, qua parentes si viuerent cogerentur, vt j. eod. c. tua nos. ar. ad idem s̃. de iu. c. quia G. Sed puto contrariũ per decre. s̃. de rescri. c. significauit. Nec obstat illa decr. tua; q̃a quod ibi dicit, in ordinario locũ habet. Nec obstat aliud c. q̃a G. nam illud est auctoritate secundi rescripti.
26 ¶ † Quid si debitor iurat solutur ũ vsuras? Pôt si vult soluere, & solutũ repetere. vt s̃. de iureiuran. c. debitores. pôt, si vult implorare se absolui. vt s̃. de iure-
27 iur. c. ex administratione. ¶† Quid si iurauit nõ repetere, nec denũciare? Dico iuramentũ temerariũ esse. q̃a p hoc ꝓcluditur via ad pœnitentiã vt s̃. de iure
28 iur. c. quemadmodum, in fine. ¶† Item quid, si quis alieno nomine vsuras exegit? vtpote tutor, curator, procurator. Rñdeo sicut nõ suo, ita nec alieno nomine debet q̃s fœnus exercere 46. dist. c. vlt. Sed nunquid restituere tenetur? Rñdeo sic, si is, ꝓ quo exactũ est, sit nõ
29 soluẽdo. ¶ † In summa nota, q̃ vsuras cõmittit quis, siue cùm ex pacto recipit vltra sorté, siue sine ex intétiõe ad hoc principali & directa, siue pro parabola iuramenti dãda, siue quis merces suas maiori ꝑtio védat, vt ad solutioné ꝓlixi téporis dilatio detur. vt j. cod. tit. c. consuluit, & c. in ciuitate. Ité quid si q̃s eunti vel nauigãti vel eunti ad nũdinas certã mutuat pecuniæ quantitaté recepturus aliquid vltra sorté ꝓ eo q̃ in se suscipit periculum pecuniæ, quamuis in hoc casu contrarium videatur, sicut video in eo qui prædium locat, vel equũ, vel aliud simile, qui mercedé recipit; nec vsuraria perceptio reputatur periculi rõne. sicut nec dñs vsuras suę pecuniæ exigat, quas ꝓcurator sub periculo mutuauit. vt ff. de mandati. l. idemq̃; §. si mandauero. nec socius à socio si cõmuné pecuniã proprio periculo mutuauit, vt ff. ꝓ socio. l. si. vnus. Sed aliud est creditore mutuante pecuniã sub suo periculo. vt j. cod. tit. c. nauiganti 1. rñso. Et est aliud in isto, quàm in locatore. creditor transfert dominiũ, locator retinet, res locata vsu deterior redditur, quod in mutuo non contingit vbi eadé pecunia, quæ mutuò accipitur non reddit̃ sed alia eiusdé generis. vt ff. de reb. credit. & iureiur. l. cum quid. Vbi ergo pecunia sic nauiganti datur, contrahit̃ nauticum fœnus. & sic intitulatur rubr. C. & ff. si de nautico fœnore. Est & alia ratio quare in nautica pecunia contrahit̃ vsura; quia & si is, q pecuniã dat, recipiat in se periculũ, pecuniam tñ salua manente habiturus est dñs vltra sortẽ. quemcũque exitũ commerciũ habeat, siue debitor lucretur in mercibus, siue ꝑdat; & ideo vsurarius est contractus. Is aũt qui pecuniam sibi dat, vt tot sibi mensuræ grani, vel olei, vel vini tẽpore messiũ, collectionis oliuarũ, vindemiarũ dentur, excusatur à fœnore, si probabiliter dubitet an merces sint plus vel minus eo tempore valituræ. Et idé ex parte venditoris, cùm quis principaliter védidit merces & tradidit pecuniæ solutione dilata. vt in eadé decre. nauigãti. §. 1. & 2. Sed caueat sibi q̃libet ne magis declinet ĩ æstimatiõe lucri quàm dãni ex dilatione. deus. n. cor interrogat, & ñ manũ. vt 14. q. d. 5. c. si inuenisti. cogitationes respicit magis q̃ actus. vt 15. q. 6. c. si sacerdotibus in fi. ¶Vis aũt dare pecuniã nauiganti vł eunti ad nũdinas

dinas seu alij mercatori sine peccato;
pone tu pecuniam & alius operã perso
nalem & pecuniã tantam vel minorem;
plerunq; enim quod pecuniç deest,ope
ra supplet. vt ff. p socio.l.5.§.1. & cõi-
30 ectis pericula,lucra,& dãna. ¶†Quid
de quibusdam qui dant pecuniã eccle-
sijs.& ab eis recipiunt certas possessio-
nes tenendas toto tẽpore vitæ suæ qui-
bus vtatur & fruatur in vita sua, & post
mortem ipsorum ad ecclesias redeant
pecunia apud ecclesiã remanente, nun-
quid licitus est cõtractus?videtur quòd
sic,propter cõditionis incertũ. vt C.de
pac.l.1.& dubium mortalitatis euentũ.
Nam & aliter propter dubium excusa-
tur vsura, vt in eo.tit.c.in ciuitate.& c.
nauiganti. Sed puto contrarium. eo q
homines sperant viuere,& sic taliter cõ
trahentes credunt se amplius percepturos de possessionum prouẽtibus,quàm
sit pecunia quam dederunt. Et sicut in
principio dictum est sola spe contrahi-
31 tur vitium vsurarum. ¶†Sed si quis de
derit vnam possessionem ecclesiæ, & re
ceperit aliã æquiualentẽ vsurus & frui
turus vtraque in vita sua, deinde post
mortẽ suã ambæ ad ecclesiã cum pleno
dominio reuertantur,contractus iste iu
stus est.est enim contractus precariarũ.
in hoc casu licet recipe ab ecclesia pos-
sessionem in duplo valẽtem plusquam
sua quam confert. Sed si suam velit om
nino in ecclesiam à præsenti transfer-
re,vt ipse non vtatur vel fruatur ea,po
terit ab ecclesia possessionem in triplo
valentẽ recipere. vt 10.q.2.c.precariæ.
32 ¶†Quid si quis mutuat veterem anno
nam,vt reciperet nouam? Respondeo,
si ideo facit vt meliorem recipiat, vsu-
ram committit; si autem ideo,ne sua si
bi pereat,uel forte ut recipiẽti gratiam
faciat mutuando, usuram nõ cõmittit.
33 ¶†Quid si quis pecuniam mutuat rece
pturus in termino aurũ, uel argentum,
uel alterius generis monetam? Respon
deo si ideo facit, ut in æstimatione lu-
34 cretur,usurarius est. ¶†Quid de his,q
tempore uindemiarum & messiũ emũt
uilius frumenta & uina, ut uendant ca-
rius? Rñdeo non cõmittunt usurã sed
turpe lucrum, nec tenentur aliquib9 ad
restitutionẽ. sed in iudicio animæ tan-
quam malè quæsita,quæ ex hoc quæsie
runt,debent pauperibus errogare. Ad
quod nõ puto illũ teneri, qui nõ hac in
tentione emit, sed ut domui suæ proui-
deat. & tandẽ ex aliqua causa partem
vendit & carius.Nã quiquid agant ho-
mines,intentio iudicat omnes. Sola vo
35 luntatis forma monetat opus. ¶†Quid
de prælatis, qui contractibus vsuratio-
rum subscribũt,& apponunt sigilla? Rñ
deo participes sunt criminis vsurarũ,&
si non cõmodi. nã subscriptio in multis
iuris articulis cõsensum & approbatio
nẽ inducit, vt s.de re iu.c.cũ inter vos.
C.si cer.pe.l.mutuæ.C.admi.tu.l.si non
subscripsit.C.de dona.l.non ignorans.
C.de fideiuss.l.si patet.C.de reb.alie.
vel non.l.2.Sed fateor, q si quis instru
mento subscribat nõ lecto & eius teno-
rem ignoret,nõ approbat, nec cõsentit
vt C.plus valere quod agitur.l.vl.& ff.
de pign.actio.l.gaius.Sigilla.n.prelato
rum faciunt instrumenta authentica.s.
de fide.instrum.c.scriptura.Per hoc igi
tur laici credentes cõtractus hmôi per
ecclesiã approbari,securius peccant; &
ideo de talibus dici põt.laqueus iuue-
36 nũ omnes vos.vt 2.q.6.c.paulus. ¶†De
nautico fœnore, ad doctrinã eorũ,ma-
ximè qui circa leges nõ student,aliqua
sub breuitate dicam. Pecunia quæ nau
tis datur traijcienda vel transuehenda
dicitur nautica; quia nautis datur. vel
traiectitia, quia traijcitur. Datur aũt
periculo creditoris.vt ff.de nautico fœ
nore.l.1.& l.periculi. Sed hoc locũ ha
bet nauigio suscepto, vel postquã nauẽ
nauigare conuenerit.vt ff.de nau.fœ.l.
3.Quod verum est,nisi aliqd possit im-
putari debitori, ut quia non seruauit
locum nauigij,uel quia merces prohi-
bitas transportauit;tunc enim,quia nõ
ex maritimæ tẽpestatis discrimine, sed
ex magna auaritia uel audacia debito
ris periculũ accidit, imputat debitori.
ut ff.de

vt ff. de nau. fœ. l. cùm proponas. Sed q̃ quis in hoc cõtractu nautico periculum pecuniæ generaliter respiciat credito-rem vt dictum est, a peccato tamen vsurarum creditor ex hoc non excusatur. vt dixi supra eo. §. in summa.

SVMMARIVM.

1 *Falsitas quid sit.*
2 *Falsum quibus modis committatur. & nu. 5. & 6.*
3 *Falsi pœna quæ sit. & nu. 6.*
4 *Aduocatus & procurator an teneantur de falso.*
5 *Falsum non committitur sine dolo.*
7 *Falsarij literarum Papæ & aliorum prælatorum vel publicorum instrumentorum, qualiter puniantur.*
8 *Pœna falsi qualiter euitetur.*
9 *Rasura an inducat falsitatem.*
10 *Instrumentum quãdo dicuntur suspectum de falsitate.*
11 *Instrumẽta quibus modis probentur falsa.*
12 *Falsi suspicio quando pro falsitate habeatur.*
13 *Literæ quæ dicantur falsæ & quæ falsatæ.*
14 *Sententia lata per falsas literas non debet executioni mandari.*
15 *Executor inueniens sententiam latam contra ius litigatoris, an eam exequi debeat.*
16 *Sententia ex falsis literis lata, sine temporis præfinitione est retractanda.*

¶DE CRIMINE FALSI. Rubrica.

EGimus s. de crimine vsurarum, quo sua tollit manifeste creditor debitori. Nunc agendum est de crimine falsi, quo falsarius occultè diripit aliena. ¶Videndum est igitur, quid sit falsitas. Qualiter cõmittatur.
1 Et qualiter punitur. ¶Falsitas † est mutatio veritatis. vt in Auth. de instr. cau. §. & si in prin. col. 6. ff. eod. tit. l. quid sit falsum. Vel dicitur imitatio veritatis. eo q̃ falsatores student imitari ea, quæ sunt vera, vt sic falsa verisimilia videantur. vt in Auth. prędicta. Duplex est litera. imitatio, & mutatio veritatis.

2 ¶ † Pluribus modis cõmittitur falsum, scribendo, & delẽdo. scribendo falsum, & delendo verum, vt supra de fid. instr. c. inter dilectos. Nec refert, vtrum hoc fiat in testamento, vel alio instrumento publico, vel priuato, tabulis, vel rationibus. vt ff. eod. tit. l. 1. §. qui in rationibus & l. nullus. Item qui signum adulterinum fecerit, vel sculpserit. vt ff. e. tit. l. lege Cor. & l. qui testamentum. Item qui absentes veluti præsentes scribit. vt supra de his quæ fiunt a præla. c. quanto: & C. ad l. Corn. de fal. l. qui veluti. & supra de testi. c. cùm ex literis. Item qui superlinearem scripturam apponit. vt supra de religio. domi. c. cùm venerabilis. Item aliter transcribendo, q̃ fit in originali. vt s. de except. c. cùm venerabilis. Item sunt quidam alij modi falsitatis circa literas domini papæ, qui exprimuntur. j. eod. tit. c. licet. de quibus disserere non est vtile. ne forte magis instruere q̃ deterrere videar falsatores. Item committitur falsum dicto, vt in teste qui scienter falsum asserit, vel supprimit verum. vt j. eo. c. 1. vt in iudice, qui contra leges & iura pronunciat. vt ff. eod. tit. l. 1. §. sed si iudex. Corruptor testium, aduocatorum, & iudicium. vt ff. eod. tit. l. 1. & falsarum constitutionum allegator, falsum committit. vt ff. eo. tit. l. vlt. ¶Item non omnis qui mentitur, de falso poterit accusari, sed qui mentitur præsidi, vel principi, papæ, vel episcopo, seu alteri iudici. vt ff. eo. tit. l. si quis obrepserit. nam mendax precator carere debet penitus impetratis. & si nimia mentientis improbitas interuenerit, seueritati subiaceat iudicantis. vt s. de rescriptis. c. super literis. 25. q. 2. c. & si legibus. C. si contra ius vel vtilitatem publicam. l. & si legibus. vnde puniẽdi sunt iudices, qui vetuerunt precum argui falsitatem. vt C. si cõtra ius vel vtilitatem publ. l. puniri. ¶Falsum committitur facto, vt cum quis vera sigilla corrumpit, vt supra de fide instru. c. inter dilectos. Item cum falsat mone-

monetam. vt ſ.de iureiurā.c.quanto. ff.eo.tit.l.quicunq;. & l.ſeq. Item cum falſat pondera vel menſuras. vt ff.eod. tit.l.hodie.§.1.quæ à legitimo ſuo ſtatu diminui vel mutari non debent.vt ſ. de empt.& ven.c.vt menſuræ & pondera
3 ra iuſta fiant. ¶†Poteſt autem accuſari talis falſarius de falſo ad pœnam relegationis. vt in prædicta l. hodie. & ff. de extraor.crimi.l.annona.§.honorāt. Aliquando pœna extraordinaria punitur. vt ff.de pœ.l.in dardarios.In iudicio vero animæ imponitur pœnitentia. 30.dierum in pane & aqua.vt dicit illa
4 decre.vt menſuræ. ¶†Tenetur de falſo aduocatus, procurator,qui ſecreta cauſæ aperuit aduerſario.vel qui inſtrumēta prodidit. vt ff.eo.tit.l.1.§.is qui depoſita.ff.de pœn.l.ſi quid aliquod.§.ſi quis inſtrumentum. & §.inſtrumenta. alias condemnatur ad intereſſe. vt 12. q.2.c.ſi quis de clericis.aliàs tenetur iniuriarum. vt ff.depoſiti.l.1.§.ſiquis tabulas.& ff.ad l.Aquil.l.ſiquis teſtamētum.§.ſed & ſiquis tabulas. & talis proditor dici poteſt. vt 47.diſt.c.clericus. ſic & falſum committit, qui aperit ſecretū iudicis. vt ſ.de offi. deleg.c.cùm olim. Falſum committitur vſu, ſed in hoc diſtinguuntur; nam ſiquis falſum fabricat non vtendo,nō releuatur à pœna falſi; ſecus ſi alius fabricat, & alius non vtatur. vt C.eo.tit.l.ſi quis falſos. qui autem deceptus ſit per alium ſi ſuā innocentiam probet, & eum à quo accepit,exhibet, ſe liberat.vt C.eo.tit.l.maiorem.& concordat.j.de exceſ.prælа.c.
5 inter dilectos.§.præterea. † Falſum.n. non committitur niſi dolo.vt C.eo.tit. l.nec exemplum.ff.eo.tit.l.diuus. Sed contra,j.eo.tit.c.ad falſariorum. Ad quod reſpondeo, ſpeciale eſt in literis domini papæ, vt ſiquis falſis literis vtatur,& ignoranter,nō excuſetur. vt ibi. Et eſt ratio, quia literæ domini papæ, cùm nimia diligentia & exquiſita curioſitate fiunt, vt ſ.de reſcrip.c.cum adeo. & expreſſi ſunt in iure falſitatis modi. vt j.eo.tit.c.licèt.Vel dic, ꝙ illa l.falſariorum. loquitur cùm quis vtitur falſis literis à ſeipſo obtentis,vbi nulla eſt excuſatio. vt in all.l.ſiquis falſos. quia tunc vitium rei propriæ non excuſat. vt C.de reſcin. ven.l.quiſquis. ¶Item qui ſe pro milite geſſit,vel illicitis inſignijs vſus eſt,tanquam falſarius puniendus eſt. vt ff.eod.tit.l.eos.§.qui ſe. Et idē dico in non ordinato qui gerit officium ordinati. vt j.de ele.non or.mi.c. 1.& 2.Idem in eo qui ſub prætextu clerici,cùm id munus non impleat, alijs ſe muneribus ſubtrahere conatur. vt C. de ſacroſan.ec.l.qui ſub prętextu.Idem in eo qui tanquam clericus obtinet beneficium,cùm nō ſit clericus,nec ēt tonſuratus, vt ſ.de tranſac.c.ex literis.ſ. de reſcrip.c.cùm adeo. quatuor igitur modis, vt ſuperius dictū eſt,committitur falſum,ſcripto, dicto,facto, & vſu. ¶Eſt ēt quaſi falſum,cùm tutor vel curator finita tutela vel cura non eā reſtituunt, ſed ſe ingerunt & adminiſtrant.
6 vt ff.eo.tit.l.1.§.tutores. ¶†Pœna falſi ſm leges eſt deportatio, & omnium bonorum publicatio, & hoc in libero homine; in ſeruo vltimum ſupplicium. vt ff.eo.tit.l.1.§.vl.Secundum canones autem multiplex eſt pœna falſi ſm diuerſitates falſitatum.Vnde diſtinguitur. Dicitur enim charta falſa ex dicto vel tacito, & in tali falſo quæ ſit pœna legitur.ſ.de reſcrip.c.ſuper literis. ¶Item dicitur charta falſa ex ſcripto, vt cum quis ſcribit omnes vel maiorē partem præſentem fuiſſe, quæ non fuit, in tali falſo ſuſpenditur quis ab officio & beneficio. vt ſ.de teſti.c.tam literis in fin.
7 ¶ Falſarij † autem literarum dñi papæ ipſo iure excommunicationem incurrunt cum fautoribus & defenſoribus ſuis,ſiue per ſe,ſiue per alios vitium falſitatis exerceant. qui ſi clerici fuerint, officijs & beneficijs eccleſiaſticis perpetuò ſunt priuati; ita quòd, qui per ſe falſitatis officium exercuerint poſtquam per eccleſiaſticum iudicem fuerint degradati, ſeculari poteſtati tradantur ſecundum conſtitutiones legitimas

timas puniendi, per quas & laici qui fuerint de falsitate cōuicti legitimè puniatur. qui aūt literis falsis vtuntur, laici tandiu maneant excōicationi subiecti, donec satisfaciant cōpetenter. Ita tñ. vt in laicis & in clericis malitia grauius q̄ negligentia puniatur. vt probantur hæc infra de crimine fal. c. dura. & c. ad falsariorum. ¶Et quod dixi, tradantur curiæ seculari, intelligo tradi dum capi sinuntur. vel dum degradatio clerici denunciatur iudici seculari, vt ĩ. de verb. sig. c. nouimus. & de hoc no. ṡ. de hære. §. punitur. Vbi autem dubitatur de falsitate circa literas domini papæ cōmissa, suspectus capitur & detruditur, & papa consuluitur super pœna. vt 19. di. c. in memoriam. ṡ. de rescrip. c. ex parte.

8 ¶†Falsatores literarū aliorum prælatorum, vel publicorū instrorum deponuntur & detrudūtur, sed seculari curiæ nō traduntur. vt 50. di. c. si e͞pus. Euitat. n. pœnam falsi is qui cum falsas literas se hr̄e cognoscit, ĩ. 20. dies illa destruit, aut resignat, vt ĩ. eo. tit. c. dura, circa fi. Quod intelligo verū in literis, quas q͞s per alium impetrauit. secus si per seipsum & cōscius fuit falsi, vel esse debuit, vt ĩ. eo. c. ad falsariorū. Itē euitat quis pœnam, si dum cognoscit literas de simplici iustitia falsas esse, siue per seipsum impetrauerat, vel per alium vsus eis nō est, vt ĩ. eo. tit. c. accedens. non est enim verosimile q̄ falsum cōmiserit in literis talib9, quæ in curia de facili obtinētur. sicut nec præsumit̄ dolus in re modica. vt ff. de dolo. l. si oleum. §. vlt. nec præsumitur corruptio in re modica. vt ff. de off. præsi. l. plebiscita. & offi. p͞cō. & le. l. solent. §. pen. & vlt. Vnde in hoc casu præsumptio, quæ oritur ex qualitate literarum, tollit præsumptionē falsi quæ oritur ex illa decre. ad falsariorū. sic & aliàs vna præsumptio tollit aliā. vt ff. de in integ. resti. minor. l. diuus. & 57. di. c. si quis in ægritudine.

9 ¶†Est aūt sciendum, q̄ rasura paucarū literarum, quæ nequaquam animum sapientis in dubitationē vetere debet, suspicionem falsitatis non inducit, vt ĩ. eo. c. vl. quia nec vitium sillabę nocet. vt ff. de manu. testa. l. quia habebat. dummodo rasura paucarum literarum vel sillabæ immutatio sensus nō inducat varietatē. alias secus. vt ṡ. de fide instr. c. inter dilectos. Rasura verò lineæ suspicionem falsitatis inducit, vt ĩ. de priuil. c. cum olim propter q͞ones. & ṡ. de rescrip. c. cum olim. Quod verum est, si inueniatur in narratione iuris, secus in narratione facti, vt ṡ. de fide instr. c. ex literis. ¶De rasura autem paucarum literarum non distinguo, aut appareat in narratione iuris, vel facti, in literis clausis, vel apertis, vel publicis instrumentis. Vt tamen scias, q̄ in literis domini papæ nullus audet manū apponere ad aliquid contingendum præter quosdam officiales, aliàs incurritur excōicatio in curia facta.

10 ¶Sunt † autem instrumenta de falsitate suspecta ex quibusdam alijs causis, vt si instrumentum non habeat subscriptiones varijs manibus notatas, vel si non sit eadem manu completum, vt ĩ. de priuil. c. cum olim propter q͞ones. nisi manus inducat mutationem calami, & atramenti mutatio. vt in Authen. de instru. cau. & fi. in prin. Item suspecta hr̄ l͞ra, si fuerit alieno sigillo signata, dū is qui alieno sigillo signauit, habeat proprium. vt ṡ. de appell. c. significauit. Item si religioso prioratus uel administratio confirmatur. ut ṡ. de confir. util. uel inuti. c. porrecto. Item repellitur instrumentum ut suspectum, si fuerit alteri instrumento ab eodē productū contrarium, ut ṡ. de fide instru. c. imputari. ut C. de fide instru. l. scripturæ. Item litera domini papæ suspecta redditur p̱ falsam grammaticam, ut ṡ. de rescri. c. ad audientiam. ¶Item si sine mandato domini impetretur, ut ṡ. de resc. c. non nulli. & c. ex parte. Item suspecta sunt instrumenta, quorum sigilla apparent fracta, ut ṡ. de fide instru. c. inter dilectos. Item suspectum est instrumentum publicum, si non sit in eo nomen Imperatoris. annus Imperij, uel consulis, uel potestatis

potestatis anni illius, & si desit mensis, dies, vel inditio. alias instrumenta dicūtur adulterina, vt in Auth. vt præpo. nor. impera. pu. do. §. 1. & 2. & C. de apo. pu. l. 1. lib. 10. locus ēt, in quo celebratus est cōtractus, debet apponi. arg. ff. de accu. l. libellorum. & 2. q. vl. in fi. & C. de contrahen. vel cōmit. stipu. l. optimam in fi. Et hęc locum habent in priui
11 legijs apostolicis. ¶ † Multis modis probantur falsa instrumēta, vt si probet rē esse aliter gestā, quàm contineat instrumentum vt ff. de pact. l. iurisgentium. §. quod fere agitur. C. de proba. l. cū precibus. C. plus valere quod agitur quàm quod simu. conci. l. vl. s̃. de fide instru. c. cum Ioannes. Item improbantur instrumenta per indirectam negationē, vt s̃. de proba. c. tertio. C. de contrahen. & commit. stipu. l. optimam. Per hæc igitur & similia, quæ superius notata sunt, instrumenta reddūtur aut suspecta, aut falsa. Et circa primū articulū no. plura. s̃. de fide instru. §. multa. ¶ In qōne falsi quædā singularia & specialia obseruan
12 tur. † nam suspicio de falso pro falsitate habetur, nisi pro parte producēte veritas cōprobetur, & proceditur ad pœnam. C. de proba. l. iubemus. quod generaliter non contingit. vt 2. q. 1. c. primo. & ff. de pœ. l. absentem. Itē cōdemnatur quis sine accusatore, quod aliàs nō contingit vt 2. q. 1. c. nihil. vt ff. de mu. & ho. l. munerum. §. defensores. & in euangelio. Mulier vbi sunt qui te accusant. nemo domine. nec ego te cōdemnabo. ¶ Item & si in crimine falsi inciderit, ꝓnunciatur in eo. vt C. eo. tit. l. vbi. quod aliter no. seruatur ꝑm leges, vt ponūcietur in incidenti. vt C. de ordi. iudi. l. adire. Item in hoc crimine deuictus deponitur, & statim traditur curiæ seculari, vt j. eo. c. ad falsariorum. quod generaliter non seruatur. vt s̃. de iudi. e. cū non
13 ab homine. ¶ † In summa notabis, ꝙ quædam literæ dicuntur falsæ, quędam falsatæ. Falsæ quæ per falsi suggestionē & veri suppressionem impetrantur, quæ largo mō dicuntur falsæ. vt ff. eo. tit. l. si quis obrepserit. Item falsæ sunt literæ quæ, & si similitudinē aliquā verarum prætendant, nihil tñ veritatis habent; quia nec veram bullā nec verā scripturam, & istæ literæ, quæ nullæ sunt, falsæ dicuntur. sicut & is qui non est tutor, dicitur falsus tutor, & falsum testamentū quod non est testamentū, & iniquus modus qui nō est modus. vt ff. de verb. sig. l. paulus. Quædam vero literę dicuntur falsatæ. quæ & si aliquid veritatis hñt, puta verā bullā, vel verā scripturā, vel verum vtrunq;, aliquid tñ mutatū est de primordio veritatis. Literę falsę ꝑm primam speciem falsitatis conferunt iurisdictionem, & si contra eas nō excipitur valēt, & tenet quod sit earum auctoritate, vt s̃. no. de rescrip. §. colligitur. Literæ falsæ iuxta ꝑm speciē falsitatis non conferunt iurisdictionem, nec valet quod fit auctoritate illarum literarū. Et idem dico in falsatis, de quibus vlt.
14 dixi. † Vnde sententia lata auctoritate talium literarum non est executioni mandanda, vt j. eo. tit. c. super eo. imo contra talē sententiā & exceptio competit, & restitutio datur cuilibet maiori. vt ff. de iudi. l. si prætor. & idē si per falsos testes sentētia lata sit. vt ff. de re iudi. l. diuus. Et lex dicit, iudicati executio, solet suspendi & soluti dari repetitio, si falsis instrumentis circunuentam esse religionē iudicātis crimine postea falsi illata manifestis ꝓbationibus fuerit ostēsum. vt C. si ex falsis instru. l. vlt. Quod verū est, si iudex fuerit falsa secutus. vt C. eo. tit. l. falsam. & l. 1. & s̃. de
15 sen. & re iudi. cum. I. & A. † Sed si executor inuenerit sententiā latā contra ius litigatoris, eam exequi debet, vt s̃. de offi. dele. c. pastoralis. §. quia vero. nisi apud delegatū posset efficere, vt ab hoc
16 onere ipsum absoluat, vt ibi. † Hoc ēt notabis, ꝙ vbi auctoritate falsarū literarū sentētia lata est, reuocāda est sine temporis præfinitione. Vbi aūt a iudice lata est, sed prætextu falsi, si ciuiliter agatur, per actionem in factum reuocatur vsq; ad 30. annos. vt ff. de re iudi. l. diuus

diuus. Si vero agatur criminaliter per
modū accusandi, tunc reuocatur vsq;
ad 20.annos. vt C.eod.tit.l.querelam.
Sed si per modū exceptionis impugne-
tur, hoc licebit perpetuò, quia excep-
tiones perpetuæ sunt.vt ff.de exceptio.
l.purè.§.vlt.institu.de excep.& C.eod.
tit.l.si pactum.

SVMMARIVM.

1 *Sors quid sit. Diuinatio propriè quid sit, & quæ sint species diuinationis.nu.3.*
2 *Sortilegi qui dicantur.*
3 *Diuinatio quocunq; modo fiat, & qualitercunq; vocetur, prohibita est & damnata.*
4 *Priuilegia singulorum non faciunt commu nem legem.*
5 *Sortilegorum pœna.*
6 *Ad sortes an licite recurratur.*

¶DE SORTILEGIIS. Rubr.

DIctum est supra de crimine fal-
si. sed quia sortes & diuitiones
in falsitate consistunt, dum sor
tilegi & diuinatores, quod dei est pro-
prium, videlicet futura prædicere, sibi
falsò assumunt; & cùm non sint, se pro-
phetas esse ostendunt. Ideo subsequen-
ter ponitur hic rubrica de sortilegijs.
¶Videndū est igitur quid sit sors. Quot
species diuinationis. Quæ diuinatio
prohibita. Quæ permissa. Qua pœna
puniantur sortilegi, & diuinatores.
1 ¶ † Sors est ars diuinandi. † Diuinatio
propriè in malo accipitur. prophetia
verò in bono, vnde canon dicit.nunquā
diuinatio in bonam partem accipitur.
Videbātur quidam sibi esse prophetæ;
sed quia pœnam accipiebant, prophe-
tia eorum facta est diuinatio: & diui-
natio eorum, quæ videbatur ꝓphetia,
declarata est diuinatio vt 1.q.1.c. nun-
2 q̄. †Sortilegi autem sunt, qui sub nomi
ne fictæ religionis per quosdā, quas san
ctorū seu apostolorū vocant sortes, di-
uinationis sententiā profitentur. Aut
quarunciunq; scripturarum inspectione
3 futura ꝓmittunt. vt 26.q.1.c.1. ¶Spēs
diuinationis multæ sunt, quæ enumerā
tur, 26.q. 3.c. igit. & q.5.c.epi.& c.nec
mirū. Omnis aūt diuinatio quocunque
modo fiat, & qualitercunque vocetur,
prohibita est & damnata.vt 26.q.5.per
totum.& j.eo.tit.per totum. ¶Sed obij
citur ex eo, quod legitur.26.q. 2.c.sors
non est aliqd mali, sed est res in huma-
na dubietate diuinā iudicās volūtatem
vt 26.q.3.c.sors. Itē opponitur ex eo ꝙ
legitur 26.q.5.c.non lic.t. vbi dicit nec
in collectionibus herbarū, q̄ medicina
les sunt, aliquas obseruationes aut incā
tationes liceat attendere, nisi tm̄ cum
symbolo diuino aut oratione dn̄ica, vt
tm̄ deus creator omnium & dn̄s hono-
retur. ¶Item opponitur exemplo Mat-
thiæ apostoli vt 26.q. 2.c.nō exemplo.
Nam quamuis nō statim debeamus re-
currere ad sortes. vt 26.q. 2.c. non sta-
tim. cùm tn̄ non superest humanum au-
xiliū, recurrere possumus ad diuinū. vt
22.q. 2.c. quæritur. & in dubijs s̄m le-
ges ad sortes recurritur, vt ff.de indi.l.
sed tn̄ ambo. C. cōia dele. l. si duobus.
¶Itē obijcitur, ꝙ Iosue præcepto dn̄i p
sortes exquisiuit pctm̄ Achor, quod cō
miserat sumens furtiuè regulā auri &
clamidē cocci de anathemate iherico,
quæ historia tangitur.1.q. 4.c. ecclesia
quæ.§.item ex peccato Achor. ¶Item
opponitur, ꝙ Saul sorte deprehendit
Ionathā filiū suū comedisse fauū mellis
cōtra edictū quod posuerat, vt tāgitur
hoc 22.q.2.c.quæritur cur.§.itē oppo-
nitur. Ad quæ rn̄deo exēpla veteris te-
stamenti non obstant, quia hæc & alia
permittebātur ante euangeliū, quæ tpe
perfectionis disciplinæ penitus sunt eli
minata vt 26.q.2.c. postcaq̄.§.his ita.
4 Exēplū de B.Matthia nō obstat, † quia
priuilegia singulorū nō faciūt cōem le
gem, vt præalleg.c.nō exēplo. quod aūt
dicit Aug. sors non est aliquid mali, ve
rum est, sed in natura, prohibetur tn̄,
quia propter assiduitatē vtendi labun-
tur homines in idolatriā. sicut de iuro
dicitur, & de vini potatione. vt s. de

Iureiur.c. & si Christus. vnde si esset cã honestatis & subesset necessitas, vt si esset contentio de electione aliquorum, esset paritas vtrobiq; in omnibus, scripsit Lau.& Ray. ꝙ exẽplo Matthiæ possunt fieri sortes. & hoc agit Beda dicens. si qui necessitate aliqua compulsi deũ putant sortibus exemplo apostolorum esse consulendum, videant hoc ipsos apostolos non nisi collecto fratrum cetu & precibus ad deum fusis egisse. vt 26.q.2.c.non exẽplo.sed etsi ita scripserint doctor.illi, decre.tñ hoc reprobat, quæ dicit licet nota non careat, quinimo iusta reprehensione sit dignum, ꝙ sors in talibus interuenit, vt ĩ.eo.c.ecclesia vestra. vnde in casu præmisso potius putarem gratificandum per superiorem, vel iterum eligendum. vt no.s. de elec.§.sed videtur.

5 ¶† Pœna sortilegiorum secũdum leges capitis est, vt C. de mali. & mathe.l.nemo. Pœna verò canonica est multiplex. Nã in talibus, si peccatum est notorium eorũ, eucharistia denegaĩ. vt de con.di.2.c.pro dilectione. Item infames sunt non solum ipsi, sed & qui ad eos concurrunt. vt 2.q. 8.c.quisquis sunt. & aliæ pœnæ, quæ cõtinẽtur 26.q.5.c. in multis capitulis ibi positis, & maximè in c.contra idolorũ.

6 ¶† Sed nunquid licitè recurritur ad sortes, & ad inspectionem astrolabij, vel alias inspectiones pro rebus perditis recuperandis? Dicunt quidam, ꝙ si non fiant inspectiones huiusmodi cum inuocatione demonum vel alicuius superstitionibus, licitè fiat, aliter secus. Sed puto contrarium, vt ĩ.eo.c.ex tuarũ. Non ob.26.q.2.c.hi qui. Nam canon ille loqtur de cõparatiua permissione. Item non ob.37.di.c.si quis grãmaticã. Nam licet dicatur ibi, ꝙ arismetrica & geometrica habeant in sua scientia veritatẽ, subdit tñ ꝙ nõ sunt sciẽtiæ pietatis.

SVMMARIVM.

1 *Collusio quid sit, & quando dicatur fieri in criminalibus.*

2 *Discedere a lite quot, modis quis possit.*

3 *Colludens cum inquisitore absolutus, an possit iterum inquiri.*

4 *Sententia per collusionem lata est nulla.*

5 *Pœna colludentis quæ sit.*

¶DE COLLVSIONE DEtegenda. Rubrica.

QVIA is qui colludit in falsitate consistit. nam aliud agit, & aliud simulat, dum accusat. & cũ accusato colludit. ideo post tractatũ de falsis & sortilegijs sequitur rub. de collusione. ¶ Videamus igitur quid sit collusio. Et quæ colludentium

1 pœna. ¶Collusio † est inter actorem & reum latens & fraudulenta conuentio. Fit aũt collusio in criminali causa plerunq;, s. qñ accusator veras criminium ꝓbationes abscõdit seu dissimulat. Falsas verò accusationes admittit, & ꝑ hoc incidit in vitiũ preuaricationis & ex̃ ordinẽ punitur vt 2.q.3.c. si quem.§.præuaricator in versi.sciendũ.& §.præuaricatore. Vel qñ accusator in vniuersum ab accusatione desistit. & per hoc incidit in vitiũ tergiuersationis. Is in quinque libris auri punitur & infamatur. vt ff.de præua.l.præuaricationis, in fi. Vnde circa hoc distinguendũ est. Nam causarum tria sunt gña. Alia ciuilis, alia criminalis, alia spiritualis.

2 † Item à lite duobus modis receditur. Per gratiam, & per transactionem. In causa ciuili qñdocunq; qũocunq; & etiam sine iudicis auctoritate licet a causa desistere, præterquã in actione famosa, in qua sine auctoritate iudicis transigi non põt. vt ff.de his q not.infa.l.furti.§.pactus. In causa vero criminali ante inchoatã accusationẽ per gratiã licet desistere, vt ff.ad Turpil.l.mulier.& l.quæsitum. post inchoatã nõ licet citra auctoritatẽ iudicis, & ẽt rei consensum si tormenta vel vincula passus sit. vt C.de aboli. l. 2. vel propter accusationem infamatus ar.5.q.1.c.quiddã.& si desisterit incidit in Turpil. si publicũ fuerit crimen quod

quod intendit. vt C.ad turpi.l.1.Si pri
uatum, extra ordinem puuictur vt ff.
eo.tit.l.si quis repetere. Cum autem se
cundum iura canonica omne crimen sit
publicum, videtur quòd in nullo possit
interueuiri transactio; posset tamen di
ci, quòd in omni crimine, in quo potest
iudex ecclesiasticus dispensare, potest
& transactioni & simplici renunciatio-
ni auctoritatem præstare. ar.5.q.2.c.si
primates. & 90.disti.c.dissidentes. In
causa spirituali licet quandoq; per gra
tiam a lite discedere, sed qui sine iusta
causa discedit, punitur. vt 2.q.7.c.qua-
propter.s̄.de simo.c.nemo. Per transa-
ctionem vero a causa spirituali recede
re non licet. vt supra dé transac.c.super
eo.& c.præterea. Vbi autem in causa
criminali vel spirituali a lite quis desi-
stit aliter q̄ debeat, ad iudicē pertinet
ex officio suo inquirere. vt j̄.co.c.1.&
2.& C.de abo.l.2.& l.fallaciter. Sed
vbi ex iusta causa vult desistere, iudex
abolitiouem indulgere debet. vt C.de
abo.l.1.& 2.q.4.§.abolitio.in causa ve
rò mista inter ciuilem & criminalē, vt
cum accusat vxorē de adulterio in fo-
ro ecclesiastico ad tori separationem,
potest maritus quando vult ab accusa-
tione desistere, tum etiam de adulterio
condemnatum sibi reconciliare possit.
vt C.de adulte. auth.sed hodie. supra
de conuersio. coniu.c.gaudemus. & de
donatio. inter virum & vxo.c.plerum-
que.& 32.q.1.c.de benedicto.sed inqui
sitor colludere dicitur cum eo de quo
inquirit. vt j̄.eod.tit.c. in tantum cla-
3 mor. † Vnde si inquisitor eum, de quo
inquirit, per collusione absoluat, talis
absolutio non impedit, quo minus ite-
rum inquirat. vt j̄.eod.c.1.& 2.& vlti.
4 † Nec enim tenet sententia per collu-
sionem lata. vt 2.q.3.c.si quem pœni-
tet. vt ff.eod.tit.l.cum non iusto. & l.
collusionem. & l.sententiam. vnde si-
cut probata præuaricatione denuò ac-
cusatur absolutus. vt ff.de præuarica.l.
3.sic & probata collusione. vt dictū est.
5 ¶ † Pœna colludentis hæc est, si quis col
ludat in causa super beneficio, priuetur
beneficio. vt j̄.eod.c.adiuimus. si super
crimine, punitur in quinque libris auri.
vt ff. de præuarica.l.3. & hanc pœnam
nemo præstat, nisi qui desistit à publico
crimine. vt ff. ad Turpil.l.si quis.§.stel-
lionatus. Sed qui desistit ab accusatio-
ne priuati criminis, est infamis. & extra
ordinem punitur. vt ff.ad Turp.l.priua
tis.C.eo.tit.l.2.sed si abseus est accusa-
tor, & citatus noluit in accusatione pro
cedere, tūc grauius punitur, q̄ pœna.5.
librarum auri. vt ff.de pœnis.l.absentē.
§.2. Iu causa status is qui colludit, per-
dit ius quod habebat in persona illius.
de cuius statu agebatur, & applicabitur
illi qui collusionem detexit. vt ff.de col
lu.l.3.& C.eo.tit.l.vlt.& ff.de in ius vo.
l.adoptiuum.§.patronum. In alijs autē
ciuilibus causis punitur colludens pro
motu iudicis, quem delusit. ¶ In summa
sciendum est, q colludunt principales,
& colludunt aduocati, qui si in causa
criminali colluserint, extra ordinē pu-
niuntur. vt 2.q.3.c.euphemium.§.no-
tandum.in ver. præuaricator. colludūt
& procuratores, qui se dolo patiuntur
superari in lite contra quos agitur de
dolo; sed si non sint soluendo, tunc agi-
tur contra illos, cum quibus collusum
est, nisi parati sint in se transferre iudi-
cia. vt ff. de dolo.l.eleganter.s̄.si dolo.

SVMMARIVM.

1 *Pueri septenner doli capaces an ex delicto obligentur.*
2 *Pueris delinquētibus qualiter subueniatur.*
3 *Peccata quæ membris genitalibus committuntur, in pueris locum non habent.*
4 *Pueri an deierent.*

¶ DE DELICTIS PVERORVM. Rubrica.

DIctum est supra de quibusdam
criminibus. sed quia dubitari
possit, an pueri huiusmodi cri-
minibus inuoluantur. Ideo subijcitur

hic rubrica de delic.puerorum.¶ Est igitur videndum qui pueri teneantur ex delicto & qui nó. Et quæ delicta in puerum cadunt, & quæ nó. Et qualiter pueri delinquentes sunt puniendi.
1 ¶†Pueri septennes doli capaces obligantur ex delicto. Sicut dicit Augu. in quadam glo.posita super.c.paruuli de conse.di.4.septennis ætatis pueri mentiri & verum loqui & confiteri & negare iam possunt; & ideo cũ baptizantur & symbolum reddunt, & ipsi per se ad interrogata rñdent.secus si non essent doli capaces. vt ff.de regu.iur.l.pupillus.& ff. ad leg.Aquil.l.sed & si quæcunq;.§.1.& ff.de dona.l.hæredibus.§.1.†sed quamuis ex delictis pueri teneantur vt dictũ est,nec eis subueniatur per in integ.restit.vt C.si aduersus delic.l.1.interdum tñ miseratio ætatis ad mitiorem pœnã iudicem producit.ff.de minori.l.auxilium.§.in delictis. de con.dist.4.c.cos. sed si ex delicto conuentus minor potuit confiteri & vitare pœnã inficiationis,& negauit; vel si potuit transigere, & non fecit,sed in pœnã inuoluit,subuenitur ei per beneficium restitutionis.vt ff.de.minor.l.si ex causa.§.nunc videndum. sed quamuis subueniatur minoribus,sicut dixi,tñ impunitas delicti propter ætatem non præstatur.vt C.de pœnis.l.impunitas.qđ tñ fallit vt C.đ fal. mo.l.1.in fi. ¶Peccata, † quæ membris genitalibus committuntur,in pueris locum non habent, vt j.co.c.1.hoc enim ante puberes annos præsumitur non cómitti, solet tñ in quibusdam malicia anticipare tempus pubertatis, vt s.de despon.impub.c.a nobis. & aliquando tentant quod implere non possunt.vt s. de sponsa c.iuuenis. & c.adolescens. & in hoc,quod ex malicia supplente defectum ætatis tentant, intelligo eos peccare, si non cum proprijs sponsis tentant;fœminæ etiam ante tempus puber tatis cognosci se faciunt,vt supra de eo qui cog.consan.vxo.suæ.c.iordane.
4 ¶†Sed quæritur de piurio,an pueri deierent?& videtur q̃ sic. nam mendacijs plena est puerilis ætas.vt hic.c.1.& valet pupilli iuramentum. vt ff.de libero. cau. l.vlt. vnde sic pupillus pôt iurare & deierare. sed contra.ff. de iureiu.l.q iurasse. vbi dicit,q̃uis nõ videatur deierare pupillus,quia sciens fallere non videtur. sed lex illa loquitur in infante vel infanti,p̃ximo,qui nec scire nec discerre pôt.vt ff.de acqui.hæ.l.pupillus.

SVMMARIVM.

1 *Venatio quotuplex sit, & quibus ac quando permissa.*

2 *Venari quare clerico prohibeatur, & non piscari.*

¶DE CLERICO VENATORE. Rubrica.

HActenus tractatũ est cõiter de delictis clericorũ & laicorum. Nunc autem tractatur de quibusdã excessib⁹ clericorũ. vnde subijcit rubrica de cleri.venatore. ¶Videamus sit licita, & quibus ergo,quot modis sit venatio. Quibus non. Et quæ pœna imponat̃ clerico venatori.
1 ¶†Triplex est venatio.oppressiua.s.hominũ,arenaria & saltuosa. ¶Oppressiua est hominum, & sp est illicita. de qua dicitur, cœpit Nembroth esse robustus venator corã domino,i.hominũ extinctor & oppressor vt 11.di.c.his itaque. Arenaria est, quæ fit in arena. vt cum quis locat operas suas,vt pugnet in arena cum aliqua bestia dentata;hanc qui exercet,peccat grauiter,nisi eam exerceat gratia virtũ experiẽdarũ.vt ff.de postul.l.1.§. item senatus 3.q.7.c.infames.§.tria.in versi. infames circa prin. & de hac loquitur canon ille. 86.dist.c. qui venatoribus. cum duobus sequenti.cc. Saltuosa est, quæ fit in syluis & saltibus.& hæc est illicita ex tempore & persona. In tempore vt in quadragesima, vt 86.dist. c. an putatis. Ex persona, vt in clerico; in quo tamen distinguẽdum est,quoniam episcopo semper est illicita, vt 33.di.c. quorũdã. Alijs clericis est licita causa necessitatis,

necessitatis, vtilitatis, & recreationis cum retibus & laqueis & canibus, dum modo cum silentio & modestia fiat. Nã & monacho licet texere lina pro piscibus capiendis. de conse. di. 5. c. nunquã. licet etiã tempore feriato. vt pote diebus dominicis & festiuis præterquã in maioribus solennitatibus ingruente necessitate intendere piscium captioni. vt ꝭ. de ferijs. c. licet. & idẽ puto in captione ferarum. eo tñ modo, quo prædixi. Illa vera venatio, quæ fit cum clamore, cursu, vel armis, clericis est illicita. & in hoc etiam excipio casum necessitatis. Quid enim si apri vel vrsi venirent destruere clericorum vel monachorum segetes, & vineas? satis credo, ꝙ possent venari. hoc est feras illas excludere cũ clamoribus, canibus, & armis; quia qđ quod non est licitũ, necessitas facit licitum. vt ꝭ. de regu. iuris. c. quod non est licitũ. hoc excusat à furto, homicidio; vt in rubricis illis de furto & homi. notatum inuenies. hæc saltuosa licita est laicis pro carnibus & ꝓ pellibus; alias
2 nõ. ¶†Sed quæritur quare cleric⁹ prohibetur venari, & nõ piscari? Rñdeo, quia venatio fit cũ clamore, piscatio nõ; vel quia maior delectatio est in venatione, ꝙ̃ in piscatione, & maior dissolutio. Vel ideo quia venator discurrit per de uia & inuia sicut diabolus, cum ducit animam captiuam.

SVMMARIVM.

1 *Percussor quot modis quis dicatur. & nu. 2. Prælatus in prædicando qualis esse debeat.*
2 *Percussio quando sit peccatum.*
3 *Epus neminẽ suis manibus verberare potest.*
4 *Clericus an & quando licite percutiatur.*
5 *Pœna percussoris quæ sit.*

¶DE CLERICO PERCVSsore. Rubrica.

SVperius tractatum est de quodam excessu clericorũ, qui venando cõmittitur. Nunc tractatur de quodã alio, qui cõmittitur feriendo, & ideo ponitur hic rubrica de cleri. ꝑcussore, ¶Videndum est igitur, qui dicantur percussores. Et in quibus casibus liceat clericis percutere. Et quæ sit pœna temera-
1 rij percussoris. ¶†Percussor duobus modis dicitur spiritualis & corporalis. Spiritualis qui inutilis sermone corda audientiũ ferit. vt 45. di. c. sane. Discretus debet esse prælatus in prædicãdo. vt nõ multũ taceat, nec verba superflua dicat. vt 43. di. c. sit rector. Et sicut nõ leue discrimen incũbit pontificibus siluisse, quod congruit; sic obseruare debet, ne indignis & non intelligentibus secreta mysteria sua prædicatione reserare incipiat. Vitium enim animæ est indignis secreta vulgare. quod vel loquacitate incauta, cum sine iudicio volat irreuocabile verbũ; vel adulatione, vt ei placeat, cui secreta reuelat; vel iactatione scientiæ, vt plura scire videatur. vt probantur. hæc. 43. di. c. dispensatio. & §. sequen. & 8. q. 1. c. oportet. Itẽ non debet populis gramaticã exponere. vt 86. di. c. cum multi. sed consiliũ domini annunciare. vt 43. di. c. ephesis. ponere autem ante oculos hominũ Dei iudicia, terrere cruentas cõscientias, persuadere pœnitentiã. vt 2. q. 1. c. si peccauerit. Et sic dicit Aug. turba iniquorũ, cum facultas est in populis promendi sermone generali, obiurgatione ferienda est, & maxime si occasionem atq; importunitatẽ aliquod flagellum domini desuper quouis apparet pro suis meritis vapulare. vt 23. q. 4. c. non põt. neminem autẽ nominabit. vt 8. q. 2. c. quid autem. in quibus omnibus profecto datur intelligi, quanta debet esse discretio in prædicatione sacerdotis, qua si forte caruerit, quasi torto naso sacerdotalis officij iu-
2 dicatur indignus. vt 43. di. in fin. ¶†Est & percussio corporalis, & hæc fit manu, pede, vel capite, vel cubito, vel pectoris & humeri impulsu. Fit cum baculo, vel alio genere armorũ. ¶Corporalis ꝑcussio si fiat maliciose vel ex odio, peccatum est. vt 45. dist. c. cum beatus,

Sed

Sed & si quis pugno percuciat impiè,& dicit ludens feci,non excusatur. vt ŝ.de præsump.c.sicut.Nā ludus noxius est in culpa.vt ff.ad le.Aquil.l.nā ludus.quis enim ludos appellat,ex quibus crimina oriuntur.vt in proœmio.ffrū.sed si quis plane socialiter, & ex ludo percutiat, non delinquit. vt ff.de iniurijs.l.illud. & 15.q.1.c.illud.Si verò fiat causa correctionis licita est ei,qui habet potestatem in eum,quem percutit. vt 45.di.c.

3 cùm beatis.35.dist.c.ante. † Hoc tamen scias,q̃ neminem suis manibus episcopus verberare potest. sic.86.dist.c.non liceat.sed per aliū sic. vt 22. q.5.c.ille qui.& si clericū faciat percuti,nō faciet hoc per laicum sed per clericum. vt ĵ. de sentent.excomm.c.vniuersitatis.nisi clericus sit omnino incorrigibilis, nec comprehendi patiatur,vt tunc per laicum capi possit. dum tñ non amplius laici violentia se extendat, q̃ exigat rebellio vel defensio clerici. vt ĵ.de sentent.excommun.c.vt fame.

4 ¶ † Item distinguendum est circa qualitatem personarum, quæ corrigendæ sunt, & etiā circa criminum quantitatem; nam qui sunt in minoribus ordinibus constituti, licitè verberātur ēt pro minoribus criminibus.45.dist.c.cum beatus.§. Salomon.& 35.dist.c.ante omnia. qui verò sunt in maioribus,non sunt pro leuibus verberandi.vt 45.dist.c.cùm beatus.hi sunt casus speciales.in quibus licite percutitur clericus,quos notabo.ĵ.de sentent.exc õica. Abbas aũt vel prior potest licite monachum vel conuersum verberare causa disciplinæ, vnde beatus Gregorius scribit, beatum Benedictum quendam monachum virga percutiendo sanasse,quem crebra monitio ne curare nō poterat. vt 45.di.c.cū beatus.§. Salomō. hoc tñ sic facere debet; vt subditis pietas matrē, disciplina verò patrem exhibeat. vt 44.di.§.hoc ēt

5 alibi. ¶ † Pœna percussoris est hæc,quia prohibetur per apostolum ordinari. vt 45.dist.c.in principio.si fuerit promotus & non habens respectum ad suum ordinem & incautè & temerariè percutiat, suspenditur. vt ĵ.eod.c.præterea. & si se non emendaverit, deponatur,vt ĵ.eo.c.1.& saluo q̃ si ex incauta percussione mors interueniet, etiam si causa disciplinæ fiat,irregularitas contrahitur. vt ŝ.de hom.c. presbyterū & de hac materia in rubrica illa notaui.

SVMMARIVM.

1 *Maledicus quis dicatur.*
2 *Actio iniuriarum datur contra maledicum.*
3 *Detractor qualiter puniatur.*
4 *Clericus maledicus quomodo puniatur.*
5 *Conuitiator qua pœna feriatur.*
Pœna blasphemantium quare potius imponitur pecuniaria quàm corporalis,& cui applicetur.num.7.

¶ DE CLERICO MALEDICO. Rubrica.

Dictum est.ŝ.de clerico percuss.& & ibi distinctum extitit,q̃ percussio alia sit manu, alia lingua.In hoc ergo tractatu insistitur circa illam speciem scilicet pecussionē linguæ,& ideo subijcitur hic rubr.de cleric.male. ¶ Est autem videndū,quis dicatur maledicus. Et quæ sit pœna male-

1 dici. ¶ † Maledicus est is,qui obloquitur de homine detrahendo ei & eum obloquijs deprimēdo. vt ĵ.eo.c.1.Summa enim iniquitas est detrahere.Omnis enim qui detrahit fratri suo,homicida est. vt 6.q.1.summa.& alibi dicitur,detractores fratrū homicidæ sunt. vt de con.dist.1.in c.homicidiorum; vnde nec tui commendandi causa aliquid dicas, quo minor alius fiat vt 11.q.4.c. si quis vero 98.dist.c.nullus vero & c. ecce. si quis autem verbum iniuriosum dixerit proximo,delinquit in deum. &

2 peccat in proximum; † vnde datur proximo actio iniuriarū. vt insti.de iniur. §.1.ff.de iniur.l.ita apud Labeonē.§.cō vitiū & C.eo.tit.l.si nō conuitij.quæ famosa existit. vt ff.de his qui not.insa.l. Athletas.§.vlt.& C.ex.quib.cau. infa. irro.l.

irro.l.iniuriarum š.de sent.& re iudi.c. cum te.Est etiã maledicus blasphemus dei & sanctorum.vt j.cod.c.statuimus.
3 ¶† Punitur detractor,q fit infamis, & ab ecclesia extorris.vt 6.q.1.c.deteriores. Item punitur homicida vt in præalleg.c.homicidiorum.nõ quia ita graue sit crimen detrahere,sicut occidere; sed quia,sicut homicida punitur pœna æterna quo ad deum, sic & detractor.sicut in euãgelio dicitur,qui dixerit fratri suo racha,reus erit gehennę.† Item
4 clericus maledicus,si in iudicio de hoc fuerit cõuictus,degradatur.vt 46.dis.c.
5 clericus maledicus.¶† Cõuiciator fratris punitur pœna pecuniaria facta æstimatione iniurię arbitrio iudicis secũdùm qualitatem & quantitatẽ iniuriæ. vt insti.de iniu.§.in summa.& hoc si ciuiliter agatur. Si aũt criminaliter agatur,extraordinaria pœna officio iudicis reo irrogatur.vt ibidem.Si quis aũt contumeliam vel conuitia epo intulerit,mox deposit⁹ curiæ tradetur.vt 11. q.1.c.si quis sacerdotum.& maximè si in depressionem dñi papæ aliqua protulerit,vt j.cod.c.1. Verum tñ in hoc sanctè ac religiosè dicere posset summus pontifex, sicut dicit dñs imperator. Si quis modestiæ nescius & pudoris ignarus improbo petulantiq; maledico nostra crediderit lacessenda ac temulentia turbulentus, obtractor ipsorum fuerit, pœnæ nolumus subiugari. neque durum neque asperum aliquid sustinere,qm̃ si ex leuitate processit,cõtẽnendum est,nec lubricum linguæ ad pœnam facile trahendum est.vt ff.ad leg.Iul.ma.l.famosi.Si ex insania, miseratione dignissimum;si ob iniuriam, remittendum.i.ad principem transferendum.vt C.si quis imperat.male.l.vna.
6 † Si quis aũt contra deũ vel aliquẽ sanctorum suorũ & maximè beatam virginem linguam in blasphemiã publicè relaxare præsumpserit. per suum episcopum pœnæ subdatur annotatæ j.cod.c. statuimus. quæ pœna locum habet cũ blasphemia non calore iracundię, non ebrietate vł demẽtia prolata est.alius cũ blasphemante benignus ageretur.vt 2.q.3.c.si quis iratus.&.§.notandũ C.de reb.cred.& iureiuran.l.2.C.de iniur.l. si non conuitij.& vt š.dixi cum qs maledicit imperatori. ¶†Sed quæritur de
7 pœna pecuniaria,quæ in fine illius decreta.statuimus.adijcit,quare sit adiecta? Rñdeo ideo,quia plures magis timent pœnã pecuniariam,quàm ẽt corporalem. & propterea imponitur illa quæ magis timetur.vt š.vt lite non contestata.c.qm̃ frequenter.† Sed quæri-
8 tur.cui hæc pœna pecuniaria soluatur. Et videtur q potestati sęculari ex eo quod dicit in fine.q etiam inter alia cõmunitatum statuta põnatur. Vel dic,q hoc crimen ecclesiasticum est,à quocũque commissum; & ideo pœna illa soluetur episcopo in vsus pauperum conuertenda,vt š.de foro competen.c.cùm sit š.de vsu.c.cùm tu.Vel si vis, distingue personas,& distribue pœnas.vt pœna clerici blasphemi soluatur episcopo,& pœna laici soluatur potestati. Et nota,q hæc pœna pecuniaria est irremissibilis.vt in fi.illius decr.statuimus. continetur. vbi dicit,nullã in hoc misericordiam habiturus.Illam enim clausulam ad pœnam pecuniariam refero, non ad superiores. Et intelligo si blasphemus habeat vnde soluat, cæterum si paupertas impossibilitatem inducat, iudex ecclesiasticus ĩ flagella cõmutet. vt š.de rapto. c. in archiepatu 12. q. 2.c.fraternitas 14.q.6.c.si res aliena š. de iudæ.c.postulasti & c.ad liberandã. Sed hæc omnia pro tribunali fiunt, sed in iudicio animę sacerdos discretus mo lict hunc rigorem,& misericordiã non negabit; quia misericordiæ dei nec mẽsuras possumus ponere,nec tẽpora diffinire, apud quem nullas patitur veniæ moras conuersio.vt 26.q.6.c.hi qui.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio quid sit.& quot sunt species excommunicationis.*

Clerici

Clerici excõmunicati qualiter puniãtur.
2 *Clericus excommunicatus quare teneatur dicere horas canonicas.*
3 *Excommunicatus excommunicatione durante, fructus beneficij non percipit.*
4 *Regresso iure postliminij non restituuntur stipendia eius temporis quo fuit apud hostes.*
5 *Excommunicatus excommunicatione minori exercere potest ea quæ sunt iurisdictionis, sed non quæ sunt officij.*
6 *Excommunicatus excommunicatione minori an celebrando grauiter peccet.*
7 *Depositus vel degradatus celebrans an cõficiat.*

¶DE CLERICO EXCOMmunicato ministrante. Rub.

DIctum est §.de quibusdam excessibus prælatorum, sed quoniam clerici delinquentes plerunque excõicantur, plerunque interdicuntur, aliquoties deponũtur, & nihilominus claues ecclesiæ contemnentes irreuerenter ingerunt se diuinis. Idcirco subijcitur hic rub. de cle. excõ. interdic. vel depo. minist. ¶ Videndũ est igiẽ de pœna istorũ, qui quãtũ in eis est, ministeria sacra profanant, & an cum eis valeat dispensari. ¶ Est aũt sciendũ, ꝙ excommunicatio, alia maior, alia minor
1 est. Maior excludit à sacramẽtis & à cõmunione fidelium. Minor autẽ tantum à sacramentis excludit. vt §.de excep.c. à nobis. ĵ.de sent. excomm.c. penultim. sed totum cõtrarium dicit canon. 3.q. 3.c. Engeltrudã. Ibi.n. dicit, ꝙ Engeltruda nõ solũ fuit excõicata minori excõicatione, quæ à fraterna societate separat, sed ẽt maiori quę à corpore Xpi rescindit. Sed exponenda sunt verba illa, sic, vt intelligamus fraternã societatẽ, quam contrahimus in communione sacramentorum. corpus aũt Christi, ecclesiam, vt ibi dicit. per ecclesiam verò intelligas collegium fidelium. vt de con. dist. 1.c. ecclesia. Itẽ sciẽdum est, ꝙ duæ sunt species minoris excommunicationis. vna est quę excludit à sacramentis, & hæc quandoque contrahitur à iure, vtpote per participium excõmunicati excommunicatione maiori. vt ĵ.de sent. excomm.c. nuper. Quandoque ab homine per sententiã. vt 5.q.1.c.1. Alia species excõicationis minoris separat à communione fidelium, & non sacramẽtorum. vt 5.q.2.c. præsenti. & q.4.c. in loco. 18.dist.c. placuit. 34.dist.c. quorundam 58.dist.c. si quis de alterius. excommunicati igiẽ maiori excõicatione & minori ẽm primam speciem diuina officia celebrare non debent; & si hoc fecerint, alter deponetur. vt ĵ.eo.c. latores. alter grauiter peccat, nullius tñ notam irregularitatis incurrit, vt ĵ.eo. c. si celebrat. quod intelligo si solenniter celebrat iuxta præcedentem consuetudinẽ, & vt prius. vt hæc probãtur ĵ.eod.c. illud. & 11.q.3.c. si quis dãnatur & c. seq. si quis episcopus. secreto tñ non officiando ecclesiam, sed solus legendo nõ cantando, & sic planè, vt à nemine audiatur, dicere horas põt & debet. missam aũt celebrare non põt quomodocunque, nec sacramenta ecclesiastica pertractare, vt 28.dis.c. presbyterum. ¶† Si tu quæras, quæ est ratio qua-
2 re excõicatus teneatur dicere canonicas horas? Rñdeo, qa oneris est, & ideo non tollitur, aliàs ei sententia prodesset quod esset iniquum. nam euidenter iniquum est ei prodesse sententiam, cõtra quẽ lata est. vt ff. de except. rei iudi. l. euidenter. & pœna non habet immunitatem. vt ff. de interdic. & releg. l. relegatorum. §. vlt. nec aliquid esse habet delictum cũ venia. vt ff. de mino. l. Papi-
3 nia. † & propterea, qa excõmunicatus diuina non põt celebrare officiando ecclesiam vt prius, fructus beneficij nõ percipit excommunicatione durante. vt §. de appell.c. pastoralis in fin. & 32. dist. c. præter hoc. & si reconciliatus fuerit, fructus illius temporis non recuperat,
4 † sicut regresso iure postliminij nõ restituuntur stipendia eius tẽporis quo fuit apud hostes. vt C. de re mili. l. stipẽdia.

hæc

hæc estét causa quare excõicato non confertur beneficium. vt s.de æta. & qualita.præfi.c.cũ bonæ memoriæ. Nã beneficium datur ratione officij vt 81. di.c.si quis sacerdotũ, & c.eos.hęc omnia quæ dicta sunt in excõicatio, locũ habent & in interdicto, nam vterq; ingerens se diuinis est in causa depositionis. vt j.eo.c.clerici. Nec ob.quod ibi dicit, nisi moniti sine dilatione redierint; quia nihilominus, etsi redierint, possunt deponi. sed si redierint ad statum & obseruãtiã interdicti poterunt dispensationem obtinere. Nec ob.j.eo. c.postulasti.§.præterea. vbi dicitur ꝙ clerici, qui talia præsumpserint, beneficijs sunt ecclesiasticis spoliandi. Nam ibi suppleo, & officijs. vel ibi agitur de clericis celebrantibus in locis interdictis, non de clericis interdictis. Et quod dixi in clerico interdicto, dico in clerico suspenso, dummodo ab officio sit suspensus; hæc enim duo æquipollentia sunt, & eundem hīt effectum. clericum
5 interdici, & suspendi. †Vnũ tñ nõ omitto notare, ꝙ excommunicatus excõicatione minori potest exercere ea quæ sunt iurisditionis, & eligere potest, & non eligi, & sacramenta ab eo collata non carent virtutis effectu. cum non videatur à collatione, sed à perceptione sacramentorũ, quæ in sola consistit perceptione, remotus; peccat tñ conferendo sacramenta, sed leuiter. quia vt predixi non est exclusus à conferendo, sed à percipiendo. sed celebrando peccat grauiter, vt hæc omnia colliguntur j. eo.c.si celebrat. ¶†Sed mirum est, ꝙ excõicatus excõicatione minori celebrando peccat grauiter, non tñ irregularitatem incurrit, cùm ex omni mortali quis constituatur irregularis irregularitate canonica, vt promoueri non possit vt 25.di.c.vnũ orariũ.§.nunc aũt. & c.primũ.& promotus sit suspensus quo ad se, vt 1.q.1.c.sacerdotes. Ad quod rñdeo, qđ dicit illa decre. si celebrat. nullus notã & c.sic intelligo quantũ ad id quod ibi sequitur.s.quo minus eligat & quo minus exequatur, quæ iurisditionis sunt, secus q̃ sunt officij.
7 † Sed quæritur de deposito, seu degradato, an conficiat? Et videtur ꝙ sic, quia ordinẽ non amittit. vt 20.q.3.c.eos.1.q.1. c.ꝙ quidem. de con.di.4.c.ostenditur. 32.q.7.c.licite.ar.contra.50.di.c.accidens.11.q.3.c.episcopus.81.di.c.dictũ. 23.q.8.c.clericis.54.dist.c.ex antiquis. Ad hoc respondeo, puto ipsum non cõficere; potuit enim ecclesia auferre potestatem conficiendi, quã contulit ordinando; q̃uis character, qui animæ infigitur, non possit auferri. Cum eo, qui excõicatum se sciens in contemptum clauiũ præsumpserit celebrare diuina, nõ potest alius à papa dispensare, nec etiã synodus. vt 11.q.3.c.si quis episcopus dãmnatur.& c.si quis in consilio.

SVMMARIVM.

1 *Non ordinatus celebrans an conficiat.*
2 *Ordinare an possit non ordinatus.*

¶DE CLERICO NON ORDINATO MINISTRANTE. Rub.

IN superiori rubrica dictum est de his qui excommunicati, interdicti, depositi administrant; hic tractatur de his qui nõ ordinati hoc faciunt. & ideo subijcitur hic rub.de cle. non or.mi.¶Videamus igitur an talis celebrando conficiat. Et an cum eo valeat dispensari, & in quo.¶†Est autem sciendum, quòd talis, si celebrat, non conficit. 1
nullus enim celebrat nisi sacerdos, ritè fuerit ordinatus. vt s.de sum.Trini. & fi.c.firmiter. de con.dist.1.c.1.& c.sicut.81.dist.c.dictum. ¶† Nunquid autem nõ ordinatus baptizare potest? Respondeo non ex officio, sed sicut laicus in necessitate absente sacerdote potest. vt 30.q.1.c.ad limina.93.di.c.diaconus.de con.di.4.c.constat. Talis autẽ abijciatur ab ecclesia, vt nũquã ordinetur. vt j.eo.c.1. ¶In exequendo ordinẽ quem iam habet, & in beneficio pote-

 rit cum

eit cũ eo per episcopũ misericorditer dispẽsari, ne sustẽtatione priuat⁹ ad seculi negocia reuertatur. vt j.e.c.3. Sic plerũq; dispensatur in beneficio, & non officio. vt 50.di.c.studeat. 28.di.c.psbyterũ. & hoc ideo, ne in vituperium cleri mendicet miser clericus in plateis, vt 93 dist.c.diaconi.

SVMMARIVM.

1 *Dispensari an possit cum clerico per saltum promoto, & an conferatur ordo prætermissus.*

2 *Intellectus ad.c.sicut 11.distin. & ad.c. veniens, supra de cleri. non baptiza. ministran.*

3 *Episcopus sine sacerdotio quis esse nõ potest.*

¶DE CLERICO PER SALtum promoto. Rub.

DIctum est. s. de clericis non ordinantis ministran. hic tractatur de ordinatis inordinatè, hoc est præposterè & per saltũ. & ideo subijcitur hic rubri. de cle. per sal. p. de hoc aũt quid iuris sit, breuiter videamus. ¶Et est sciendũ, q gradatim & per ordiné est ascendendũ. vt ff. de mu. & ho. l. vt gradatim. & l. honor. §. gerendorũ. C. vt dignitatũ ordo ser. l. 1. & 2. li. 12. Et ascendendũ est de minori ad maius. Nam qui prouehitur de minori ad maius, prouehitur. vt. 93. di.c. legimus in fi. & per certas interstitias temporũ. vt 77. di.c. in singulis. & c. quicũq;. & in se-
1 quentibus. cc. † si quis ergo per saltum promotus sit in aliquõ ordine ptermisso, misericorditer agi põt, vt cõferatur ei ordo prætermissus. vt j.eo.tit.c. vno. 62. di.c. solicitudo. cautè.n. supplendũ est quod omittitur. vt s. de sacramen. non iteran.c. pastoralis. Et ẽm hoc videtur q aliquis nullum ordiné habens põt esse sacerdos. Sed obstat. 11. dist.c. sicut. & s. de cleri. nõ bap. mi.c. veniens.
2 sed ad canonem† Rñdeo, clericatus & sacerdotium faciunt sacerdoté verũ rectè & ordinatè. Sed quamuis inordinatè, nihilominus ordo sacerdotalis ẽm formam ecclesiæ collatus efficit sacerdotem; ad aliud aũt respondeo, speciale est in non baptizato, vt nullũ recipiat sacramentũ; quia baptismus est ianua omniũ sacrorũ. vt 32. di.c. null⁹ mis-
3 sam. §. verum. † vbi enim non sit positũ fundamentum, nihil superędificari potest. vt 1.q. 1.c. cũm Paulus. vt no. s. de presbytero non bap. mi. Episcopus autem sine sacerdotio quis esse non potest. vt j. tit. prox.c. ex literis.

SVMMARIVM.

1 *Furtiuè ordinari qualiter quis dicatur.*

2 *Furtiuè promotus an possit in ordine ministrare, & an cum tali valeat dispensari, & per quem.*

3 *Ordines omnes an quis possit eodem tempore suscipere.*

¶DE EO QVI FVRTIVE ordinem suscepit. Rubr.

DIctum est supra de his qui ascẽdunt ad ordines per saltũ. Nũc tractemus de his qui ascendũt
1 per furtũ. †Per furtũ aũt intelliguntur ascendere, qui clãdestinè promouẽtur. vt j.eo.c. innotuit. hoc est contra conscientiã superioris. vt 64. di.c. extra conscientiã. Et ideo subijcitur hic rubri. de
2 eo qui fur. or. susce. ¶† Videamus igitur an quis posset ministrare in ordine, qué furtiuè recepit. Et an cũm tali valeat dispensari, & per qué. ¶Et est sciendum, q si quis promouetur ad ordines eo. die minores & ad sacrum, in sacro non poterit ministrare, nec ẽt in minoribus, nisi ex permissione. vt j. eo.c. cum h. lator. si verò promoueatur ad duos sacros, in neutro poterit ministrare. vt j.e.c. innotuit. ¶Sed opponitur, primũ ordiné bene recipit, quia de cõsciétia. Secundũ aũt malè, quia furtiuè; quare ergo puniuntur in executione prioris? Rñdeo, cũ is, q ordinaẽ, recipit primũ ordiné, gerit in animo, vt illo non contentus eo. die recipiat ẽm, & ideo animi desti-

mi destinatione peccat in receptione primi. In secundi verò receptione peccat re ipsa, i. ipsa receptione. & simile
3 ad illud. s. de tépo. ordi. c. literas. ¶ † An aūt qs posset oēs ordines recipere. dic vt no. s. de tépo. or. §. ordines minores. Circa hæc poterit quilibet dispensare, si prohibitio facta nō sit sub interminatione excōicationis, vl poena, ne qs ad oés ordines eo. die ascendat. vt j. eo. c. 1. imò videtur, q hoc liceat abbati in suo monasterio. vt j. eo. cùm. h. in fi. licet quidā velit intelligere illud in episcopo, qui vicem episcopi gerebat in ecclesia, cui præerat quæ regularis erat & episcopalis. vt s. de iudi. c. causam. sed si interminatio facta sit, tūc dispensatio fieri non pōt siue auctoritate & licentia papæ, vt j. in. c. innotuit. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Prælati quando dicuntur excedere.*
2 *Episcopum non dominum sed recollagam præsbyterorum se cognoscere debet.*
3 *Abbates quando dicantur excedere.*

¶ DE EXCESSIBVS PRAElatorum. Rubrica.

TRactauimus. s. de quibudam excessibus subditorū in prælatos, vt de his qui per saltum vel per furtum ad ordines ascendunt. sed ne ex hoc aliqua plātis obrepat elatio, subijcitur hic rubrica de excessibus præla. in subditos. Nos aūt de multis excessibus aliquos prosequamur, ne prælati hoc ad animam reuocent. currunt. n. inter infamiam & bonā famam vt seductores & veraces. vt 6. q. 1. c. sunt plurimi. ¶ † Excedunt prælati in exigendo dū imponunt talias & collectas. vt j. e. c. 1. & vt no. de hoc. s. de censi. & exac. §. nūc videamus. Excedūt, vt dū ecclesiæ Romanæ vel eius legatis in aliquo subueniunt, quærunt prædā potius q̄ subsidium in subiectis, vt no. s. de rap. §. hīt quidā. cū deberent manus suas seruare innoxias deo, legi, & principi, nullūq; cōtingere lucrū, vt in Anth. demā. principi. §. 1. col. 3. C. de superindic. l. 1. li. 10. ff. de dā. insec. l. ex dāno. §. 1. in Anth. cōl. §. hoc quoq;. coll. 6. nisi ex magna cā. & specialibus casibus. vt 16. q. 1. §. nouarū. s. de censi. c. cū apostolus. s. de iure. c. præterea. Excedunt quia de facili sine causa, & sine ordine iuris excōicant & suspēdūt. cū excōicatio, quæ est æternę mortis dānatio, sine certa & manifesta causa ferri nō debeat, nec pro paruis & leuibus causis. vt 11. q. 4. c. nemo. & c. nullus. 2. q. 1. c. nemo. & c. deus omnipotens. s. de appel. c. reprehensibilis. 12. q. 1. c. indigne. j. de sen. excō. c. sacro. Excedūt, quia in iudicijs clericorū suorū consilijs nō vtuntur, cōtra id qd legitur. 15. q. 7. c. pe. & vl. sicut præsens & præsentibus officia lib' suis iudicare debet. vt C. de sen. & interlo. om. iu. l. cū sniam. ¶ Excedunt quidā in nimio rigore, quidā in omnimoda relaxatione rigoris, cū ex vtroq; vnū sit faciendū tēperamentū, vt nec rigor iustitiæ sit rigidus, nec māsuetudo dissoluta sit. vt 45. di. c. disciplina Excedūt qui superbè pdicāt, & sine cōpassione cōdēnāt. vt 45. di. c. habet hoc propriā & c. vera iustitia. Excedunt dum malos clericos ordinant, de quibus canō loquit, facit hoc nimia remissio sacerdotū nostrorū, qui pompam multitudinis quærunt. & putant ex hac turba aliquid sibi dignitatis acquiri. Hinc passim numerosa pluralitas ēt in his locis, vbi solitudo est taliū, reperitur, dū per parochias extendi cupiūt, aut quibus aliud præstare nō pñt, diuinos ordines largiuntur. vt 59. di. c. si officia. ¶ Excedunt dū exquisita & singularia quærunt. quos increpat Hierony. dicens natus in paupere domo & in tugurio rusticano q vix milio & cibario pane vētrē rugiētē saturare poterā, nūc similiā & mella fastidio. vt 12. q. 2. c. gloria. Excedūt qui circa diuita & ornatū ecclesiarū oē suū studiūm apponūt, & de ministris nulla est cura. contra quos inuehitur Hiero. in præal le. c. dicens. Marmora nitent auro, splédent

dent laquearia, gẽmis altare distinguitur, & ministrorũ Christi nulla est electio. ¶Excedũt in superbis gestis & claris, dum se inter sacerdotes gerũt dam-
2 nabiliter, canone dicente. † Eps in ecclesia in cõsessu presbyterorũ se collegam esse cognoscat. vt 95. di. c. eps. Excedũt in pcurõnibus. vt no. s. de cen. & exac. ¶Excedũt dum inferiorum honoribus derogant. vt j. eo. c. ad hoc. quia sicut non vult grauis oneris sarcinas ferre, ita non audeat alij imponere importabile pondus. vt 2. q. 6. c. qui scit. Excedunt dum beneficia vacãtia clericis cõferẽda sibi retinent, vt j. eo. c. ad aures. Quod nõ licet, nisi ex causa cum suo capitulo prælatus statueret de aliquo personatu vel beneficio supprimẽdo. vt ecclesia. benefi. sine dimi. cõse. c. vt nostrum vt s. de cõstit. c. cùm accessissent. vel nisi hoc per priuilegium seu indulgentiam aliquis obtineret. vt j. de ver. sig. c. tua nobis. Excedunt epi dum ab abbatibus & monachis aliqua exigunt contra ordinis instituta. vt j. eod. c. sane. s. de simo. c. ne dei ecclesiam. cum ea, ad quæ tenentur abbates, epis scripta sunt. vt 18. q. 2. c. hæc tantum. & c. abbates. s. de offi. ord. c. conquerente. Vnde si epi indebita & insolita exigant, possunt abbates iure proprio denegare. vt j. eo. c. sanè. & c. cum ad quorundam. 10. q. 1. c. quia cognouimus. nisi prælatus esset in possessione vel quasi eius quod exigit. tunc enim illud subtrahere subdito nõ liceret, vt supra vt lite pen. c. a memoria, 16. q. 2. c. volumus. & 17. di. c. concilia. §. hinc distinguendum. ¶Excedunt, dum religiosos contra indulgentias & priuilegia sua molestant. vt j. e. c. nimis & c. tanta. Sed & religiosi caueãt ne priuilegijs abutantur, & ne pp indulgentias insolescant, sed in humilitate regulari sic degant, vt ecclesiarũ prælati efficatiores & promptiores existant, & ad exhibendũ eis de suis malefactorib⁹ iustitiæ cõplemẽtum, eorumq; priuilegia diligentius & perfectius studeant obseruare, vt s. de deci. c. nuper in fi. Cæterum si cũ alijs similem vitã susceperint, similem cum eis in legibus sentient disciplinam. vt supra de sta. regu. c. recolentes.
3 ¶† Excedunt etiam & abbates, qui suis finibus non contenti manus ad ea quæ sunt epalis dignitatis extẽdunt, cognoscendo de causis matrimonialibus & alia epalia exercendo. vt j. eo. c. accedentibus. Sed videtur q de causis matrimonialibus cognoscere possit, vt supra de consang. & affi. c. ex literis. Ad quod rñdeo. illud cõpetit abbati ex priuilegio spãli, & in hoc concordat decr. j. eod. c. accedentibus, in fi. vbi dicit nisi forsan quisquã eorum speciali cõcessione vel alia causa legitima super huiusmodi valeat se tueri, vtpote præscriptione. nam potest abbas quædam iura episcopalia præscribere, quæ episcopale offm non requirunt. vt supra de præscrip. c. auditis. & eodem modo ex consuetudine præscripta põt cognitio causarum matrimonialium ad archidiaconũ pertinere. vt s. de rest. spol. c. literas.

SVMMARIVM.

1 *Nouum opus facere quid sit.*
2 *Nunciare quid sit.*
3 *Edictum nunciationis noui operis quid contineat.*
4 *Nunciatio noui operis cui fieri debeat.*
5 *Nunciatio facta ad locum nemine in ædificio existente an teneat.*
6 *Nunciatio noui operis facta domino nõ tamen in opere an valeat.*
7 *Iuramẽtum calumniæ an exigatur in nunciatione noui operis.*
8 *Nuncians quid demonstrare habeat.*
9 *Nunciãs nomine alieno ad quid teneatur.*
10 *Nunciatio quot modis fiat.*
11 *Nunciationis effectus quis sit.*

¶DE NOVI OPERIS NVNciatione. Rubrica.

IN superiori rubrica diximus de prelatis excedentibus in subiectos, in pñti autem rubrica agitur de subiectis excedentibus in contemptum iuris vel prio-

vel prioris, seu prælati; vnde subijcitur
hic rubrica de noui operis nunciatione. ¶ Vi
dendũ est igitur, quid sit nouum opus.
Quid nũciare nouũ opus. Ad quæ noua
opera pertineat nũciatio. Cui sit nũciã
dũ. Qualr fiat nũciatio. Et quis sit nun-
1 ciationis effectus. ¶ † Opus nouũ facere
vr, qui aut ædificando aut detrahendo
aliquid pristinam faciem operis immu
tat. vt ff.eo.tit.l.1.§.opus nouum, si qs
autẽ vetus ædificiũ fulciat, aut si vnum
vel alterum cemẽtum imponat, nouum
opus facere nõ videtur. vt ff.eo.tit.l.1.
si quis ædificium, & l.stipul.§.opus. Lõ
ge.n.aliud est facere, aliud reficere. vt
ff.de iti.actuq; priua.l.3.§.reficere.3.de
iudæ.c.consuluit.& c.iudæi. ar. tamen
est.ff.de mor.inferen.l.1.§.ædificare.
2 † Nunciare idem est quod prohibere.
vnde pro eodem habeo quo ad effectũ,
siue quis dicat nuncio nouum opus, vel
prohibeo nouum opus. vt ĵ.eo.c.signifi
cantibus. & ff.eod.tit.l.1.§.nunciamus.
3 † hoc autem editum non omnia opera
complectitur, sed ea sola quæ solo con
iuncta sunt, quorum ædificatio vel de-
molitio videatur nouum opus contine
re. vt ff.e.tit.l.1.§. hoc autem edictum.
4 ¶ † Fit nunciatio omnibus existentibus
in ædificio. vt ff.eo.tit.l.operis noui.&
l.ciuilibus.& l. de pupillo.§.2.& 3.
5 ¶ † Sed quid si fiat nunciatio ad ipsum
locũ nemine in ædificio existente, nun-
quid tenet denunciatio? sic, quia si nul-
lus sit in ædificio põt aliquis esse præ-
sens, & audire denunciationem & domi
no operis indicare; vnde sufficit in præ
senti nunciari. vt ff.eo.tit.de pupillo.§.
3. Et propterea non obstat absentia do
mini operis. vt ĵ.eo.c.cum ex iniuncto
in prin. Et facit ad idem. C.de dam.in-
fec.l.dies.§.toties.& ff.quod vi aut clã.
6 l.aut eni.§.1.in fi. ¶ † Quid si fiat nuncia
tio noui operis domino operis, non ta-
men in opere? videtur q nullus sit mo-
menti, quia in re præsenti fieri debet vt
dictum est, & probatur. ff.eo.tit.l.de pu
pillo.§.si qs forte. Sed verius est, q te-
neat nunciatio, sicut & illa quæ fit in re
præsenti domino operis absente & ne-
mine insistente, vt superius dictũ est. di
citur aũt nullius esse momenti nuncia-
tio quæ fit domino absente quantũ ad
ea quæ fiunt in opera antequã ipse ad
opus redeat. non.n.omnia, quæ facta
sunt post talẽ denũciationẽ, demolien
da sunt, sed tñ illa quæ post regressum
7 eius ædificatur. ¶ † In nunciatione noui
operis necessariũ est iuramentũ de ca-
lumnia. si tñ ab aduersario exigatur.
vt ff.eo.tit.l.de pupillo.§.qui opus no-
uum. Quidam tñ dicunt.l.illam hodie
non tenere per Auth.de his qui ingre.
ad ap.§.vlt.coll.5.& signatur. C.de iu-
reiuran. propter calum. Auth.hoc sa-
cramentum. & in alia auth.hoc in sa-
cramento. Ibi enim dicitur in initio li-
tis, hoc est in contestatione litis de ca-
lumnia iurandũ esse, ne sæpius iuretur.
Alij autẽ dicunt, q illa auth.loquitur
de iuramento, quod in contestatione
litis præstatur vel post; vnde quod di-
cit, ne sępius iuretur, supplent post litis
contestationem. vnde leges quæ dicũt
de iuramento pstando ante litem cõ-
test.non reuocantur per auth.præal.ff.
de no.pe.nun.l.de pupillo.ff.de dam.
infec.l.qui bona.§.qui dãni.& §.si quis
stipulaturus.& ff.q satisf.da.eo.l.de die.
§.iubetur. Quod tñ intelligẽdũ est post
nunciationẽ, cùm is, cui nunciatum est,
adit prætorem vel prælatũ postulans si
bi remittit nunciationẽ nisi ille de ca-
lumnia iuret, qui denunciauit. à princi
pio enim non exigitur prætoris autori
tas. vt ff.eo.tit.l.1.§.nunciatione.& §.
8 ex hoc edicto. ¶ † Item qui nunciat, ne-
cesse habet demonstrare, in quo loco
opus nouũ nunciat, vt sciat ædificator
vbi possit ędificare, & vbi interim absti
nendum est. vt ff.eo.tit.l.pupillo.§.qui
nunciat. ¶ Itẽ qui opus nouũ nunciat, si
quid iam operis factum est, in testatio-
nes referre debet, vt sciatur postea qd
factum sit. vt ff.eo.ti.l.non solũ.§.1. Itẽ
modulos debet sumere is, qui nunciat;
vt probari possit quid postea ędificatũ
9 sit. vt ca.l.§.sciendum. † Item qui noui

ne alieno nunciat, necesse habet satisda re rem ratam dñm habiturum. vt ff. eo. tit. l. qui in re. §. quæ pcuratorio. quod locum habet fm quosdã, cum de mandato dubitatur, secundùm alios etiam si de mandato constet, & est ibi speciale, sicut & alibi. ff. ad trebel. l. quidam.

10 ¶ † Tribus modis fit nunciatio, per verba, per prætoris interdictum, & per iactum lapilli. & in hoc vltimo modo dicunt quidã verba non debere interueni re. Alij dicunt verba posse interuenire, vt nunciãs sic dicat, nũcio vobis nouum

11 opus per iactũ lapilli. ¶ † Effectus nunciationis est, vt qcqd postea ædificatũ fuerit, iure vel iniuria destruatur. vt ff. eod. tit. l. 1. in prin. & l. prætor. §. 1. & ĩ. per totũ. vnde similia sunt hæc, quo ad hoc, noui operis nunciatio, & excõicatio. quia vtraq; tenet, siue fiat iure, siue iniuria vt 11. q. 3. c. sententia. In nunciatione est ratio spreta prætoris auctoritas. in excõicatione cõtemptus clauiũ. ¶ Est & alius effectus denunciationis. nam si quis verbis nunciat, facit aduersarium possessorem. vt ff. eo. tit. l. 1. §. in operis. & l. de pupillo. §. meminisse. secus si per prætorem, siue per iactum lapilli, vt ibidem. Ratio diuersitatis hæc est. qa possessio solo animo amittitur, vt cũ quis suspicatur se posse repelli. vt ff. de acqui. poss. l. possideri. §. in amittẽda. & l. si id quod. §. vlt. Sed qui lapillũ proijcit, & sic nunciat, non prætendit signũ timidi & fugiẽtis: sed audacis & pugnaturi, ac possessionẽ defendere volẽtis; & ideo nõ amittit possessionẽ. & idẽ est cũ quis prætorẽ adit, vel prælatũ loquens ei in audacia mentis suæ, dñe talis ædificat in meo, faciatis eum incontinẽti exire, alioquin iam videbitis qd fiet. vbi verò quis in humilitate verborũ & arenga, ponit ædificatori studens in ornatu & exspolitione verborũ vel sermonis, per hoc ipsum mouere intendens vt de possessione exeat, vel in miseria & depressione quadã supplicans & exorans vt exeat, perdit possessionẽ. vt dictũ est. Tertius effectus est, vt si is, cui est nouum opus nunciatum, nolit se defendere, transferatur in eum onus probationis, vt ff. eo. l. si prius. quod verum est, si nolit defendere infra tres menses, quod speciale est in hac causa, vt ĩ. eo. c. vlt. C. de ędi. priua. l. vlt. primus & tertius effectus nunciationis tolluntur per remissionem, vt ĩ. e. c. cum ex iniuncto. siue sit expressa remissio, vt ĩ. eo. c. si nouum. & ff. de remiss. l. 1. siue tacita, vt ff. eo. tit. l. 1. §. & post operis. l. non solũ. §. morte.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium quid sit, & nu. 2.*
Priuilegiũ nõ est nisi indulgeat speciale.
3 *Species priuilegiorum quot sint.*
4 *Priuilegium concedere qui possint.*
5 *Priuilegium quibus modis tollatur.*
6 *Ius publicum auctoritate & vtilitate pactis priuatorum tolli non potest.*
7 *Macedoniani & Velleiani priuilegium an per pactum tollatur.*
8 *Priuilegij verba obscura à quo sint interpretanda.*
9 *Templarij, & hospitalarij ac Cisterienses, nec non alij monachi, an aliquod priuilegium habeant, & nu. 10. & 11.*
12 *Priuilegium concessum aliquibus, q. non possint suspendi, interdici, vel excommunicari ab alio archiepiscopo vel episcopo, quomodo intelligatur.*
13 *Interdicti tempore vel excõmunicationis alicuius terræ an aliqui religiosi possint celebrare, & quomodo.*
14 *Prædicatores & minores an possint vbiq; celebrare.*
15 *Confratres religiosorum quibus priuilegijs vti debeant.*
16 *Censualis Romanæ ecclesiæ an sit exẽptus.*

¶ DE PRIVILEGIIS ET EXcessibus priuilegiatorum. Rubrica.

DIctũ est ĩ. tit. secundo de excessibus prælatorum, nũc agitur de excessibus subditorum, qui priuilegijs

uilegijs & indulgentijs abutuntur. vnde subijcit hic rubrica de priuil.& excessibus priuilegiatorũ. ¶ Videamus itaque quid sit priuilegiũ. Vnde dicitur. Quot sunt species priuilegiorum. Quis possit concedere priuilegia. Quãto tpe durat priuilegium. Quod priuilegiũ alteri ꝓiudicet. Et quibus modis priuilegia tol
1 lantur. ¶ † Priuilegiũ est beneficiũ contra ius commune concessum. Non enim est priuilegium, nisi aliquid indulgeat speciale, vt ĩ. de verbo. signifi. a. abbate ĩ. eo. c. in his C. de thesau. l. vna lib. 10. ff. ad municipa. l. 1. s. de lega. 1. l. si quã do 25. q. 1. §. vlt. ff. de vsu. & ha. l. diuus.
2 † Priuilegia dicuntur leges priuatorũ à iure communi exceptorum, vt 3. dist. c. priuilegia. Priuilegia enim singulorũ, vt ait Hiero. cõmunẽ legem facere non
3 pñt vt 26. q. 2. c. non exẽplo. ¶ † Species priuilegiorũ sunt duæ, priuilegiũ enim aliud generale, aliud speciale. Generale est, quod corpori vel collegio conceditur, vt ĩ. eo. c. cũ & plantare. & c. si de terra. & c. porro. & c. in his. & in multis alijs decre. ibi positis. Vel vniuersitati, vt 17. q. 4. c. si quis suadente. ĩ. de sent. ex. c. contingit s. de fo. com. c. si diligẽti. Itẽ illud quod concessum est minoribus & ecclesijs circa contractus vel quasi, & circa iudicia, vt s. de in inte. rest. c. 1. & ff. eod. tit. per totum. Itẽ quod concessum est mulieribus circa fideiussores. Speciale est, quod personæ conceditur, & extinguitur cũ persona. vt 7. q. 1. c. petisti ff. de re. iur. l. priuilegia. insti. de iure na. gent. & ci. §. sed qđ principi ver. plane. Alia sunt transitoria ad hęredes. vt C. de decu. l. dorotheum. & ff. de reg. iur. l. priuilegia. & hęc realia vo
4 cant vt s. de instit. c. cũ venissent. ¶ † Põt concedere priuilegia Papa vel Imperator, q sunt sui iuris, & iuribus non ligãtur. vt s. de concess. præben. c. proposuit. & C. de le. & consti. l. digna. Concedit priuilegia & ep̃s, vt s. de religio. domi. c. constitutus. & s. de censib. c. cum venerabilis 17. q. 2. c. visis s. de sen. & re iud. c. cùm inter vos. dum tamen hoc faciat de sui capituli voluntate. vt s. de dona. c. pastoralis ĩ. eod. c. cum olim. Priuilegium datum ad eligendum tanto tempore durat, quãto tẽpore durat actio, super qua priuilegium indulgetur. Nõ enim verisimile est Romanum pontificem naturam actionis velle immutare per priuilegium. ar. C. de inoff. test. l. quando s. de cle. c. ecclesia vestra. Si verò priuilegium concedatur ad eligendum, excipiendum, si nunquam agatur, nunquam excipietur, & sic priuilegium semper durat; quia quæ temporalia sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum. vt no. s. de crimine fal. §. vlt. sed si agatur, & is cui competit exceptio ex priuilegio, non excipiat, fiet ei præiudicium quo ad illũ actum de quo agatur. vt C. de episc. & cle. auth. presbyter. ff. de execu. tut. l. voluntarię. Sed si agatur đ iure ipsius rei, super qua priuilegium est concessum, & excipiatur de priuilegio, ac in iudicio exhibeatur, iudex autem ferat sententiam contra illud, tunc priuilegium reprobasse videtur. Si verò nõ fuerit exhibitum, prætextu priuilegij de nouo repeti non debet sententia retractari s. de sen. & re iud. c. suborta. in fi. Et tunc fit præiudicium in perpetuũ in rẽ iudicatam sententia transeunte. Itẽ si quis extra iudiciũ tanto tẽpore contra priuilegium veniat non vtens suo priuilegio, vt verisimile sit ipsum priuilegio suo renunciasse, puta spacio 20. vel 40. annorum vel vlteriori, perijt priuilegium imperpetuũ; & sic intelligo ĩ. eo. c. accedentibus. & c. si de terra. & hæc vera sunt in priuilegio ad ius concesso
5 1. ad agendum, vel excipiendum. † Priuilegium concessum ad factum vnico actu contrario tollitur, vt s. de const. c. cùm accessissent s. de præben. c. pro illorum 11. q. 3. c. priuilegium. ar. ad idẽ s. de his quæ fi. à ma. par. cap. c. ex ore C. de iure do. impe. l. 2. C. de pac. inter emp. & vẽ. l. cõmissoriæ. sed si nõ interueniat actus contrarius, sed fieri omittatur, qđ ex priuilegio cõpetit, nõ tollitur

litur per decennium.vt C.de num.l.si tollitur per sententiam,vt s̄.de sent.& re iud.c.suborta. Item tollitur priuilegium primũ per posterius,si in posterio ri fiat mentio de priori,aliàs non,vt s̄. de præscrip.c.veniens s̄.de offic.deleg. c.ex parte. Quidã tñ dicunt non esse necessarium, ꝙ ẽm priuilegiũ faciat mentionem de primo,ad hoc vt primũ tollatur;quia cùm priuilegia sint leges priuatorum.vt dictum est s̄.eodem.§.2.& lex posterior tollat priorẽ,& si de ipsa non faciat mentionem.vt ff.delegat.& sena.consul.l.non est nouũ: & ideo priuilegium posterius non tollit primum, etsi de eo nullam facit mentionem, vt dicunt.ad quod respondeo.illud locũ habet in legibus cõmunibus & clausis in corpore iuris, secus in priuatis & nõ clausis.Itẽ tollitur per abusum.vt 11. q.3.c.priuilegium.Itẽ tollitur per ꝓpriam & expressam renunciationem.vt s̄.de deci.c.nuper.Item tollitur per superioris reuocationem.vt s̄.de deci.c. suggestum j̄.eo.c.ex dilecti. Eo tñ saluo, ꝙ priuilegio fori & tutelæ clericorum renunciari nõ potest.vt s̄.de foro compe.c.si diligenti.& j̄.de sentent.ex c.contingit. quod est speciale in illis, aliàs aũt priuilegio publico pốt quilibet in suum præiudicium renunciare, vt s̄.de fo.compe.c.dilecti. Sed objicitur.pactis priuatorum iuri publico derogari non posse,vt ff.de pac.l.ius pu-
6 blicum. Ad quod respondeo. † Ius publicum auctoritate & vtilitate pactis priuatorũ tolli nõ pốt, vt si paciscatur, ne furti committendi vel iniuriarũ faciẽdarum nomine agam.hoc enim ius scilicet,vt maleficia puniantur,publicũ est auctoritate & vtilitate.Nam publicè interest pœnam furti & iniuriã timeri,& ideo hoc ius per pactum tolli non pốt, vt ff.de pact.l.si vnus.§.pacta.Similiter publicè interest , vt magistratus. nomine collegę conueniãtur,& hoc ius publicum est auctoritate & vtilitate,& ideo ꝑ pactũ nõ tollitur.vt ff.de admi. rerũ ad ciui.parti.l.2.§.ius reipublicæ.

Cæterum si ius fuerit publicum auctoritate,priuatum vtilitate,vt munus tutelæ,vel curæ remittendum vel tollendũ,locũ habet renunciatio & pactum. vt C.& ff.de pac.& de trãsac.in plerisq; legibus ibi positis. Itẽ ius publicum ex authoritate,ne qs trahatur vltra duas dictas ad iudicium.Itẽ ne quis conueniatur tpe messium vel vindemiarum. Itẽ ne extraneus eligatur,quãdiu idoneus in gremio inuenitur,& tñ his iuribus & cõsimilibus,quę quilibet studiosus excogitare poterit per seipsum, locũ habet pactum.vt s̄.de rescrip.c.nonnulli in fi.s̄.de dila.c.vlt.in fi.de elec.c. cum inter. In his ergo ius priuatũ contingens vtilitatem cõstituitur deterius per pactum.vt ff.de pact.l.pactum. Sed alijs,quæ publicam vtilitatem contingunt,nõ cõstituit deterius.vt ff.de pac. l.ius publicum.& l.ius gentium.§.si paciscar. Et ꝓpterea illud ius,de quo agitur in illa decr.s̄.de fo.comp.c.dilecti. & si esset publicũ auctoritate cõstituẽtis,erat tñ priuatum vtilitate , & ideo poterat constitui deterius per pactum.
siastici subtrahūtur. Rñdeo cum suspensio plerunq; fieri solet ex leui causa, vtpotè pp solam infamiā vel scandalum populi siue plebis, vt 2.q.5.c. presbyter. tali suspenso beneficium subtrahi non debet, quod non subtrahitur nisi ex magna causa, vt 16.q.7.c.inuētum. Nā q̄diu alijs remedijs locus non est, sunt stipendia subtrahenda. vt C.de excep.re iud.l.stipendia. Si tñ ex magna causa suspensio fieret, secus esset, vt supra de purga.c.inter solicitudines 2.q.5.c.super causam. Item si suspensus contemnet suspensionem, priuandus est interim beneficijs. vt supra de æta. & qua li.or.c.cùm bonæ. ¶ † Restat videre de
28 pœna illorum qui participant excōicatis. In quo distinguitur, an quis cōicet crimini & criminoso, aut criminoso tātum. In primo casu incurrit eandem excōicationem in numero, qua tenetur is cui cōicat; vī.n. in eum delinquere qui damnauit. Vnde ab eo vel eius superiore erit absolutio requirenda. vt j.eo.c. nuper. & c.si concubinæ. Si aūt cōicat excōicato, non tñ in crimine, subdistinguitur; quia aut erat excōicatus cum suis fautoribus & cōicatoribus, aut non. In primo casu cōicans incurrit eādem ab homine, non a iure vt 11.q.3.c.rogo. & c.excellētissimus & j.eo.c. ꝙ in dubijs. In secundo cōicans excōicato in osculo, salutatione, simplici loquela, oratione, vel mēsa, incurrit a iure excōicationem minorem vt 11.q.3.c.sicut si excōicatus cum excōicato cōicauit. hæc aūt excōicatio in tertiam personā non transit. vt 11.q.3.c.qm̄ multos. Excipiuntur quidā casus in quibus cōicantes excōicatis nullam incurrūt excōicationem. Vnde. Hæc anathema quidam faciunt ne possit obesse. Vtile, lex, humiles, res
29 ignorata, necesse. †Vtilitas eius qui ex cōicato cōicat, & scienter facit vt nulla excōicatio incurratur, vt cum quis ab excōicato exigit quod sibi debet. vt j.eo.c.si. Item vtilitas cōicandi aliqñ facit. vt cum quis cum excōicato loqtur de his quę ad excōicationem pertinent & ad correctionē ipsius faciunt. vt 11.q.3.c.cum excōicato. j.eo.tit.c.modo. & c.cum voluntate. §.prædicatores. lex pp eandem. l.quæ est mulier cōicans viro excōicato excōicationem non incur
30 rit vt 11.q.3.c.qm̄ multos. ¶ † Sed nunquid idem est econuerso, vt vir sciens vxorem excōicatam & ei cōicans excōicetur, non puto; quia viris fœminas subditas, & penè famulas lex esse voluit. vt 33.q.5.c.hæc imago. Vnde maritus potest vxorem cogere satisfacere & absoluitur arg.7.q.1.c.sicut. & 33.q.2.c. placuit. Humile sicut est in filijs, seruis, ancillis, mancipijs rusticis & seruientibus, nec non in omnib' alijs qui à Deo non curiales sunt, vt eorum consilio scelera perpetrentur, vt in d.c.qm̄ multos. Et quod dixi de filijs, intellige de his q in potestate patris sunt, secus in emancipatis. Res ignorata, vt si quis alteri cōicat ignorans eum excōicatum, dum tñ ignorātia non sit crassa & supina. vt supra de cle.exc.c.de apsicæ. Necessitate. vt cum quis transit per terram excōicatorum, vt j.eo.tit.c.cum voluntate. dummodo necessitas sit vera & non simulata. vt in c.qm̄ multos. Et nota ꝙ oēs personæ tenent in illo c.qm̄, vsq; ad illud verbum. quicūq; aūt omnino &c. tenentur communicare suis superioribus excommunicatis pp obnoxitatem, qua illis tenentur astricti. sed aliæ personæ, quæ in eo.c. subsequuntur, non tenentur communicare, imo debent cuitare, nisi articulus necessitatis immi-
31 neat. vt j.eo.c.inter alia. ¶ † Sed nunqd parentes pñt licenter communicare filijs excommunicatis, dñi familiaribus suis? Dixerunt quidā ꝙ sic, nam eadem fide sunt astricti superiores inferioribus, qua inferiores superioribus. vt 22.q.vlt.c.de forma fidelitatis. Verius tñ puto, ꝙ maiores excommunicātur communicantes suis inferioribus, & hoc in pœnam maiorum qui corrigere debuerunt minores, ne inciderent in excommunicationem ar. ad hoc 27.q.1.c.de filia. parentes aūt castigare & erudire filios

filios debent, aliàs digni sunt pœna . vt
37.dist.c.legant. & c. Erubescit lex.
33 ¶†Quæritur an peccet mortaliter,qui
in casu non concesso communicāt cum
aliquo excommunicato? Respondeo
sic. vt colligitur ex illa decreta.s̄.quod
metus causa,c.sacris.& probatur alias.
nam talis est excommunicandus.vt 11.
q.3.c.sicut. & c.excommunicatos. & c.
quicūq; communicauerit. quod tamen
intelligo sicut determinat decre. s̄. de
cle.ex.mi.c.si celebrat in fi.non aūt de-
bet quis excommunicari nisi pro mor-
tali.vt 11.q.1.c.nemo e͞porum.& c.nul
33 lus. ¶†Quid si episcopus excommuni-
cet aliquem, & postmodum communi-
cet,nūquid incurrit minorem? Respon
deo sic,nam illa a iure incurritur,vt j̄.
eo.c.nuper.& ideo non obstāt iura quæ
in contrarium possent induci, q̄ nullus
potest esse iudex suijpsius.vt ff.de arbi.
l.pe.ff.ad Treb. l.ille à quo.§.tempesti
uum . Item si quis episcopus excōicet
aliquē ratione criminis, & ipse eidem
communicat cōmunicādo in crimine?
34 ¶†Itē quid si excommunicet aliquem
cum fautoribus & communicatoribus
suis,& ipse postea illi communicat? In
his duobus casibus scripsit frater Ray.
in summa sua e͞pm ligatum excommu-
nicatione maiori non sua sententia sed
iuris, & absolui debere a suo superiori
per decre.j̄.eo.c.nuper.quod mihi non
placet.Nam primo casu is,qui in crimi
ne non contrahit excommunicationē a
iure sed a iudice; videtur enim in eum
delinquere,qui dānauit. & ideo ab eo
vel a suo superiore debet absolui, vt di
cit illa decre. nuper. quod in casu præ-
misso dici non posset,vt e͞pi sua senten-
tia ligarētur,& idem dico in casu secun
do. nam cū quis excommunicatur cum
communicatorib' suis pari anathema-
tis vinculo constat principalem excom
municatum & fautores seu communica
tores illius fore astrictos. vt 11.q. 3.c.
excellētissimus.vnde & in hoc casu cum
e͞pus sua sententia ligari non possit, vt
superius dictū est, contrahet minorem
excommunicationem a iure. ¶Quæri-
35 tur,pone † q̄ episcopus excommunicet
subditum suum ratione criminis, nun-
quid subditus communicans ei in cri-
mine ligatur ea sententia? vr̄ q̄ non,vt
j̄.eo.c.a nobis.il primo.imo nec remis
sio alicuius episcopi extēditur ad subdi
tos alienos,vt supra de pœ. & remis. c.
quod autem. puto tamen contrariū eo
quod ille,qui communicat in crimine,
vr̄ in eum delinquere qui dānauit.vt in
d.c.nuper. vnde contrahitur forum ra-
tione delicti,& quò ad hoc efficit sub-
36 ditus excommunicātis.¶†Quæritur de
excommunicato, An possit intrare ec-
clesiā? R̄n.excommunicatus minori ex
communicatione potest audire diuina
præter missam,eo q̄ a sacris est tūmo-
do exclusus. vt dixi supra eo.tit. circa
prin. Securius tamen puto,si ex deuo-
tione abstinuerit. ar.5.di.c.ad eius ve-
37 ro. ¶†Sed nunquid clericus minori ex
communicatione ligatus potest in cho
ro cū alijs offm̄ suū ꝓseq? Respondeo
non,si sciēter & in cōtēptu ecclesiasti-
cæ disciplinæ communicauit excommu
nicato, & sic contrahit minorē; q̄a tūc
est in mortali peccato, & anathemate
feriēdus.vt supra de cle.ex.mi.c.si cele-
brat.in fi.Et vt not.s̄.eo.tit.§.quæritur
an peccet. Cæterum si q̄s communicet
excommunicatio casualiter, vel negli-
gēter, vel ex verecūdia potius q̄ ex con
tēptu,poterit ꝓsequi offm̄,non tamen
celebrare nec sacra recipere vel confer
re.vt illa decre.si celebrat.laudo tamē,
vt prius faciat se absolui,q̄ suū offm̄ in
38 choro cū alijs prosequatur.¶†Si vero
quis sit excommunicatus excommuni-
catione maiori, ecclesiā intrare non de
bet,vt 33.q.4.c.vir cū propria 21.di.c.
cleros in fi. & si intrauerit,clerici exire
debent officio dimisso.vt 11.q.3.c.sicut
apostoli.& c.excommunicatos.& c.qui
excommunicauerit, 24.q.1.c.omnis q̄
resedit. quod intelligo faciendum,cum
notorium est de excommunicatione il-
lius, & alioquin publicè non euitabūt,
ne prodere videantur. vt 6.q.2.c.si tm̄,

& c.placuit,& 2.q.1.c.si peccauerit.monere debent tamen eundem in secreto, vt exeat; nam ingerendo se cõicationi aliorũ peccat mortaliter,vt in c.tũ. & supra de cle.exc. c. illud, circa fi. Sed si monitus nolit exire, tunc si clerici pñt interim ab officio desistere, vt per hoc occultus excõicatus non publicetur, si desistãt vel exeãt sciẽtes vel remaneãt ignorantes.si quidam sciunt & quidam ignorant, cautè tñ hoc fiat,vt ille non prodatur; si.n.occultum est vt dixi, in priuato vitandus est,vt saltem verecundiæ rubore suffusus pro latenti excessu satisfacere compellatur.vt ĩ.cod.tit.c.
39 cum non ab homine.¶† Sed quid si publicè aliqs excõicatus intret ecclesiã? Rñdeo,publicè exire moneatur. si non exeat,dimittatur offim,nisi sacerdos canonem inceperit, quia tũc perficere debet; non.n.interrupta vel non completa dimitti debent sacra misteria.vt 7.q. 1.c.nihil. perfecto aũt canone & sumptis corpore & sanguine Iesu Christi, amplius in missa non procedatur excõicato præsente.sed si ecclesia haberet iurisdictionem tpalem, posset ipsum excludere violenter. sed vbi non habet iurisdictionem,& excõicatus admonitus non exiret, sed se ingereret procaciter & proteruè, inuocari posset brachium
40 seculare. ¶† Sed nunquid clericus excõicatus tenetur dicere horas? Respõdeo sic.cum.n.ad pensum seruitutis clericus tenetur. vt supra de cele.mis.c.1. ab hac seruitute per excõicationem nõ liberabitur; quia pœna non habet immunitatem.ff.de interdi.& releg.l.relegatorum.§.vlt.ff.de neg.gest.l.siue hæreditaria. & ff.ex quib.cau.ma.l.Papi. Dicet ergo horas suas non officiãdo ecclesiam sicut prius, vel iuxta consuetudinem præcedẽtem.vt 11.q.3.c.si quis episcopus damnatur.& c.si quis epus in
41 concilio. †Idem dico in suspensis poterunt bini vel trini excõicati suspensi dicere horas suas.sed excõicati extra ecclesias suspẽsi vel interdicti in ecclesijs etiam interdictis ianuis clausis,interdictis & excõicatis exclusis voce dimissa ita;q. audiri nõ possint.vt supra de pœ.
42 & re.c. q. in re. ¶†Item no.q. si clerici scienter & sponte participent excõicatis,& ipsos in officijs recipiant,eadẽ excõicationis sentẽtia inuoluuntur,nec absolui possunt nisi a papa.vt ĩ.co.c.significauit. & hunc rigorem inducit magnitudo excõicationis.s.propter excellentiam eorum in quibus cõicatur. & cũ sit pœnalis hæc constitutio, non extendo. eo q. pœnæ moliendæ sunt,non extendendæ, vt de pœ.di.1.§.pœnæ.ff. de pœ.l.interpretatione.q. aũt dicitur, & in officijs receperunt; intelligo omnibus officijs quæ in ecclesia vel extra ecclesiam celebrãtur vt de horis diurnis. & q. dicitur sponte, intelligo excludit coactionem absolutã non conditionalem; quæ non defendit ab excommunicatione. & si satisfaciendo in parte defendat,vt supra quod metus causa.c.sa
43 cris. ¶† Quæritur an hæc verba sufficiant ad excõicandum, scias te excõicatum esse. Vel te excommunicatum cognoscas. Vel habeas te pro excommunicato. Vel reputes te excommunicatum. & videtur q. sic: vt supra de test. cog.c.2.ĩ.de appell.c.præterea.nam in sententia non refert an interueniãt verba directa vel æquipollentia. vt ĩ.co. tit.proxi.c.in hoc.Vnde si iudex dicat. videtur titium nihil deberet scio.videtur titium absoluere.ff. de ar.l. qui tamen.§.1.Item sola voluntate aliquãdo excommunicatur vt 11.q.3.c.si inimicus. sicut & voluntate absoluitur.vt ĩ. co.tit.c.si aliquando.Item si testator dicat. sciant hæredes mei me donasse liberto meo tales res inter viuos. ex his verbis dominium transit ad libertum, quis donatio non præcessit.vt ff.de donа.l.ex hac scriptura. Item si testator sic dicat, filiam meam ideo exhæredaui, quia dote contentam esse volui. ex his verbis cum voluntate exhæredare videtur.vt ff.de hæredi.insti.l.qui volebãt. Sed contra verba illa,de quibus in prin.dixi,vim denunciandi habent magis,

gis, q̄ ligādi; sed Dei nunciatio non ligat. vt supra de appel. c. pastoralis in fi. Item si testator dicat, volo ꝙ hæres meus manumittat seruum meum, cùm multorū seruorum capita sibi reliquerim. si nō sit verū seruos fuisse relictos, nec hæredi dabitur actio, nec compelli tur manumittere seruū suū. vt ff. de leg. 2. l. titia. §. verū. 1. Rñ. ¶ Item nulla est substitutio. si nō inueniatur institutus. ff. de hæredi. instit. l. ex facto. et agitatū puto verba illa non sufficere ad excōicandum, vnde in decre. illa. præterea. subaudi te excōico, & excōicatum te scias. & eodem modo subaudi in decre.

44 de testi. cog. † nam excōicatio odiosa est; & ideo restringenda, non amplianda. ff. de liber. & posthu. l. cum quidam. ꝟ. de consangui. & affi. c. quod dilecto. & ad superiores rationes ꝓ prima parte inductas respondeo, prima non ob. quia æquipollentia intelligo hæc, excōico, vel a cōmunione ecclesiæ excludo. Non ob. lex illa ex hac scriptura; quia illud benigna interpretatione cōcludit, vt in litera continetur. Item non ob. lex illa quæ volebat, ꝙ illud ex volunptate testatoris ꝓcedit, & in vltimis voluntatibus volūtas testatoris lex est vt in Auth. de nup. §. disponat coll. 3. Item dici consueuit, ꝙ si aliquid prohibetur sub interminatione excōicationis, non incurritur excōicatio, q̄uis fuerit prohibitum. vt supra de iure pa. c. relatum. & quia excōicationes vim sententiæ non habent, secus sub diffinitione excōicationis; tunc. n. statim incurritur excōicatio, cum sit prohibitum, vt supra de immuni. ec. c. non eo minus, in fi. Et eodem modo cū mādatur aliquid sub pœna excōicationis vt 63. di. c. Salonitanæ. nisi à iure mandetur. vt 30. di. per totum. & est ratio, quia ius magis irascitur in cōteptu ministri iure, q̄ in cōtēptu suijpsius. vt ff. de arbi. l. si cum

45 dies. §. dies. & l. celsus. ¶† Quæritur, pone ꝙ sup caput clerici vibrē baculū volens ipm percutere, nō tñ percutio, nūquid incido in canonem? videtur ꝙ sic, quia qui manū eleuat versus aliquem tenetur iniuriarū, vt de pœ. di. 1. c. si qs pulsatus. & sine violentia manus incidit in excōicationē. vt eo. tit. c. nuper. in prin. 17. q. 4. c. sicut. & eadē q. cōmonetur de eo qui clericū sequitur vt verberet, licèt nō verberet, q̄ nō capit. ad vtranq; qōnē sic dico, ꝙ neuter incidit in canonem, quia canon ille. si quis suadente. factū exigit. s. manus iniectionē, dū dicit iniecerit; itē iniuriā, dū dicit; suadēte diabolo. Itē violentiā dū dicit violentas manus, quæ verba cū effectu intelligo. vt de pœn. di. 1. c. hoc aūt. Itē cum illa cōstitutio sit pœnalis, ipsam

46 non extendo. † Pone ꝙ quis mandet manus violentas iniji in clericum, & tandem pœniteat ante manus iniectionem, nunquid secuta manus iniectione incidit mandator in canonem? vt ꝟ. eo. tit. c. mulieres? Respondeo sic, nisi mandatū reuocetur, ita ꝙ mandati reuocatio perueniat ad mādatarium. vt ff. manda. l. si mandasse. ff. de procura. l. si procuratorem. C. de satisdādo. l. vna. ꝟ. de

47 procura. c. auditis. & c. mādato. ¶† Sed pone, si mandator moriatur ante manus iniectionem, dicunt quidā cum non incidere in excōicationē iam mortuū; tum quia morte finitur mandatum. ff. manda. l. inter causas. §. 1. instit. mand. §. rectè. ꝟ. de offi. dele. c. gratum. & c. licet nondum. tum quia ecclesia sub terra non ligat. vt ꝟ. eo. tit. c. à nobis. il secondo. & 24. q. 3. c. ligantur. Sed verius dicitur, cum fore excōicatum post mortem, nisi mandatum reuocet ante mortem, cū intelligatur decedere in eadem voluntate. vt supra de bap. & eius effectu. c. maiores. ff. de manu. vind. l. si pater. benè aūt quis excōicatur post mor-

48 tem. vt 24. q. 2. c. sanè. ¶† Item quid si non mādet, sed ratā habeat iniectionem manus in clericū? dicūt quidā, ꝙ incidit in canonē, nam ratihabitio & in maleficijs locū habet. vt supra de simo. c. sicut C. de incest. nupt. l. 3. ff. de vi & vi arg. l. 1. §. ꝙ arg. contra. ff. de his qui not. inf. l. si quis ergo. ff. manda. l. si vero. §. si po

t. si

test.ff.de vi & vi ar.l.1.§.qui igitur.qđ meo nomine gestũ non est,ratũ habere non possum.ff.de nego.gesti.l.si pupilli.§.sed si pupilli.§.sed si ego.ff.de preca.l.si seruus.¶
49 †In summa notandũ, ꝙ qui manus inijcit in clericũ violentas, duos offendit, & illũ quem lædit,& ecclesiam. Læso satisfieri debet per humiliationẽ & dilectionẽ,vel pecuniæ præstationem,si damnum interuenit,vt j. co.c.ea noscitur. Ecclesiæ aũt satisfit, cũ iuratur de parẽdo mandatis ipsius, & mandatum illud suscipitur, de quo habes.j.eod.tit. c.ex tenore. sed si sine mandato & satisfaciendo huiusmodi absolutio fiat, valet & tenet vt j.eo.c. cum desideres. Sicut enim excõicatio facta non seruata forma valet & tenet 11.q.3.c.si episcopus. sic & absolutio, etenim dominus ius esse voluit vtriusque ligandi & soluendi.vt de pœ. di.1.
50 †Et nota ꝙ licet canon ille.si quis sua dente.17.q. 4.c.editus ad præsidiũ clericorum tria requirit q̃tum ad hoc vt incidatur in ipsum.s.Iniectionẽ, dum dicit iniecerit; violentiam, dum dicit violentas;& iniuriam,dũ dicit suadente diabolo. Fallit hoc casualiter, nam aliqñ inciditur in illum canonem sine iniectione manus propter violentiam, vt j.eo.c.nuper, in prin.aliqñ sine violentia propter iniuriam.vt j.eo.c.contingit. Aliqñ sine violentia & iniuria propter solam iniectionẽ. vt j.eo.ti.c. vniuersitas. Item no.ꝙ olim ẽm antiquos canones quilibet audiebatur volens de iniusta excõicatione docere,vt 11.q.3.c.si episcopus.Hodie enim non auditur nisi in duobus casibus. si dicat sententiam excõicationis latam post appellationem legitimè interiectam, vel intolerabilem errorẽ in sententia fuisse expressum. vt j.eo.tit.c.per tuas,
51 †Intolerabilis error põt dici quodlibet mortale pc̃m, vt si quis excõicat aliquẽ,quia non furatur, vel quia non fornicatur. Vel intolerabilis error dici põt cùm expresse contra ius pronunciatur vt 2.q. 6.c. ci q.§.diffinitiua.ff. quæ sentẽtiæ sine ap.re.l.1.§.1.& talis error facit exhæredationẽ nullã.ff.de liber.& posthu.l.posthumus.§.vlt.& l. sequenti. sic nec valet tutoris datio, si error facti sit in datione expressus.ff. de tuto. & cura.l.Scyæ.sic & obligatio per errorẽ facta nõ tenet.ff.si quis cau. l.sed & si.§.vl.ff.de fidei.l.si postq̃. vel error in sententia excõicationis exprimitur. cũ excõicator dicit,excõico te, quia credis in Deũ, vel quia castè viuis;vel pone exẽplũ, vt si dicat excõicator.excõico nisi missam dixeris ꝑ anima talis hæretici.vt 11.q.3.c.si qs episcopus. Hug.tñ dixit, tũc demũ sententiam excõicantis continere intolerabilẽ errrorẽ,cũ fertur pro contrario eius pro quo ferri solet; solet.n.ferri ꝑ contumacia.vt 11.q.3.c.nemo.c.certum.si ergo feratur pro obediẽtia,vt si excõicetur quis,quia obedit sententię; continet intolerabilẽ.verius tñ puto, quod prius dixi.
52 †Et licet duo casus assignãtur, in quibus sententia excõicationis non teneat ipso iure, vt dictũ est;ego assigno & alios tres, vt sit ep̃us excedat in exactione ꝓcurationis,& quia sibi non paretur excõicet.vt s̃.de excess.præ.a.c. cùm ad quorundã.Itẽ cũ quis supponit se protectioni Romanæ ecclesiæ ex simplicitate non appellet sñia excõicationis in eũ lata non tenet. vt de ap.c.ad audientiã. Itẽ si sentẽtia excõicationis feratur à prælato hęretico vel excõicato. vt 24.q.1.c.audiuimus. Et nota ꝙ vbi iudex vel prælatus dicit,excõico,intelligendum est de maiori excõicatione,non de minori.vt j.eo.tit.c.si quem non obstante.ff.de pœnis.l.si præses.

SVMMARIVM.

1 *Verbum quid sit.*
Verba ad quid sint instituta.
2 *Verbum quare dicatur filius Dei.*
Verbum vnde dictum. & qualiter verba debeant interpretari.
3 *Nomina quare sunt inuenta.*
4 *Rescriptorum verba quis interpretetur.*

Inter-

5 *Interpretatio iuris an & quando necessaria & inscriptis redigenda sit.*
6 *Interpretationes à iure quibus per omnia standum est.*
7 *Interpretatio iuris quando prorogetur.*
8 *Interpretatio iuris quando arctetur.*

¶DE VERBORVM SIGNIficatione. Rubrica.

DIctum est de personis in primo libro. in secũdo de iudicijs. in tertio ꝺ vita & reb⁹ clericorũ. in quarto de sponsalibus & matrimonio laicorum. in quinto de criminibus. Sed quia circa verborũ interpretationes & intellectus oriuntur quæstiones frequentius ita, vt plerunq; nexã solui mus, modũ ligemus. vt ĵ. eo. tit. c. cùm olim. ideo ponit̃ hic rubrica de verbo. significa. ¶ Videamus q̃d sit verbũ. Vñ dicatur. Qualiter hic sumatur. Qualiter sit interpretandum. Quis possit ver ba dubia interpretari. Vltimo vidẽdũ est, q̃ñ possit arctari, vel prorogari interpretatio. ¶†Verbũ est pars orationis cũ tẽporibus & modis sine casu significatiuum actionis & passionis. hic aũt ponit̃ verbũ in larga significatione vt supponat ꝓ qualibet parte orationis, ꝑ quam is qui loquitur, de animo gerit in notitiã aliorũ deducat; verba enim non ꝓpterea instituta sunt, vt ꝑ ea se inuicẽ homines fallant, sed vt eis quisq; in alterius notitiã ꝓferat. verbis igit̃ vti ad fallaciã, non ad q̃d sunt instituta, peccatũ est. Interest. n. quẽad modũ verbũ procedat ex animo, ream linguam non facit, nisi rea mens, vt ꝓbantur hæc 23. q. 2. c. is autem. & c. homines in fi. Vnde versus. Non nisi men te rea, sit mea lingua rea. vnde qui cõtra mentem loquitur, nihil dicit; quia non dicit quod cogitat, quia vox illud non signat; nec dicit ꝙ vos signat, quia illud non intendit; igitur nihil dicit. vt ff. de rebus dub. l. in ambiguo. †Verbum aũt dicitur filius Dei; quia & sicut per verbũ exprimitur voluntas hominis, sic per filiũ Dei voluntas patris. vt de pœn. dist. 1. c. verbum Dei dimittit peccata. dicitur aũt verbũ ab aeris verberatu, quod cõmune accidens est omnibus partibus orationis siue sumatur in prima significatione siue in secũda. In priuilegijs siue in scriptis interpretabunt̃ verba ad id ad quod sunt instituta. vt 22. q. 2. c. quod aũt. non. n. sensum extrinsecũ alienũ & ex̃neũ debetis querere. vt 37. dist. c. relatum. & ad cõ munẽ intelligentiã verba sunt referenda. vt ŝ. de spon. c. ex literis ff. de leg. 3. l. non aliter. Sed contra plerunq; dum proprietas verborũ attenditur, sensus veritatis amittitur. vt ĵ. cod. tit. c. præterea, nam potius mens attenditur, quàm verba sint consideranda. vt 22. q. 5. c. humanæ. aliquando contra com munẽ intellectũ fit interpretatio. vt ŝ. de postulando c. ad hæc. & potius considerandũ est quod testator senserit, quàm ipsa vocis significatio. vt ff. de fundo instructo l. cũ de lanionis. §. asinã. & hæc vera sunt, vbi interpretatio verbi haberetur à iure, sicut canon interpretatur statim. idest vsq; ad annũ & diẽ. vt 20. q. 2. c. puella, puto quod in rescriptis & priuilegijs magis mens & intentio superioris attendenda sunt, quàm verba consideranda. vt ŝ. de officio dele. c. super eod. ŝ. de decim. c. ex multiplici. ŝ. de priuileg. c. quãto. & c. ĩ hijs. nã quãuis verba priuilegiorũ inspicienda sunt, vt ŝ. de priuil. c. porro. tamen consideranda est mens. vt ff. de leg. l. scire. 1. q. 1. c. marchion 12. q. 5. c. humanæ. ĵ. eod. tit. c. intelligentiam. & idẽ dico in testamento, q̃a mens prior & potẽtior est, quàm vox. vt ff. ꝺ supe. l. Labeo, in fi. Vñ si testator mihi legauit seruũ sub appellatione stichi, cũ vo caret pãphilus, nõ stichus q ex verbis significat̃, sed pãphilus debetur; †noĩa enim significãdorũ hominũ gratia reperta sũt, quod si quolibet alio modo intelligãtur, nihil interest, vt Instit. de lega. §. si qs in noĩe, & idẽ est si in fundi noĩe sit erratũ, vt ff. de le. 1. l. 3. Secus in nominibus

nominibus rerum. rerũ enim vocabula
immutabilia sunt, hominũ mutabilia.
4 vt in ea l. in fi. 1. R. ¶ † Verba rescripto-
rũ dñi papæ interpretatur papa. s. de
sequestr. c. 1. Aliquando & legatus in-
terpretatur. vt s. de postulando. c. 1.
5 ¶ † Quis aũt possit interpretari priui-
legia, dixi s. de priuil. §. sed pone. de in
terpretatione verò iuris distinctio est,
antiqua interpretatio generalis est ne
cessaria, & in scriptis redigenda inter-
pretatio principalis. vt C. de leg. & se.
con. l. non dubium. s. de senten. excom.
c. inter alia. Generalis necessaria, sed
non in scriptis redigẽda interpretatio
consuetudinis, vt ff. de leg. & se con. l. si
de interpretatione s. de consue. c. cùm
dilectus. Non generalis, sed necessaria
in scriptis redigenda interpretatio iu-
dicis ff. de le. & se. com. l. nõ pñt, & l. nã
vt ait. generaliter nec necessaria nec in
scriptis redigẽda interpretatio magi-
stri. vt C. de profes. l. 1. lib. 12. qa nulli[9]
6 addictus in verba magistri. ¶ † Sũt in-
terpretationes à iure qb[9] per oĩa stan-
dũ est, vt in decre. hic positis & C. & ff.
eo. tit. p totũ. Sed pter has iuris inter-
pretationes inuenim[9] & aliàs, nã noĩe
beneficij nõ continet̃ rectoria vł perso
natus. vt s. de prębendis c. cùm olim. &
hoc ne iuri eorũ, ad quos spectat ele-
cto, detrahatur; & simile aliàs s. d offi.
deleg. c. super eo. ver. verba illa ordine
tur ecclesia talẽ interpretationẽ reci-
piunt ordinet per aliũ instituentem ad
quẽ institutio spectat, sed noĩe. benefi-
cij continet̃ præbenda. vt s. de præben.
c. p illorũ. non obstat his. J. eod. tit. c.
tua. vbi præbendæ & maiora officia no
mine beneficij continẽtur. illud. n. obti
net fauore ecclesiæ à debitis releuan-
dis. & ideo dicit litera i hoc casu. ideo
ius interpretatur constitutionẽ illã s.
de conces. præben. vel eccl. non va. c. nul
la. quod ad archiepiscopatus vł episco
patus non solet extendi, sed ad psona-
tus alios & minora beneficia coarcta-
ri. vt s. de conces. pre. vel ec. c. dilectus.
quãuis hodie illi c. dilectus. videat̃ de-
rogatũ per constitutionẽ illã s. de elec.
c. ne p defectu. sic interpretatur eadẽ
decreta. nulla. locũ non habere, nisi p-
bendæ fuerint distinctæ. vt s. de cõces.
præben. c. ex parte. Host. sic interpreta-
tur eandẽ constitutionẽ, nulla. vt in 6.
mensibus, de quibus loquitur, tẽpus sit
spbisionis nullatenus cõputetur, cũ il-
la Lateran. & concilij constitutio con-
tra negligentes tantũ fuerit pmulga-
ta. vt s. de con. præben. c. qa diuersita-
tẽ. Interpretatur electio idest cõfirma
tio. vt s. de consue. c. cùm dilectus. Itẽ
ius interpretatur clausulã illã, q̃ inter-
ponitur in rescriptis. quod si duo vel
oẽs interesse nequiueritis &c. vt intelli
gat̃ de impossibilitate iuris vel facti.
vt s. de rescri. c. sciscitatus. & illa decr.
interpretatur illud sciscitatus. & c. s. de
offi. delega. c. prudentiam. dicens q̃ si
clausula. quòd si oẽs vel ambo. ponit̃
in rescripto, & vnus interesse non põt,
nec committere põt s. de offic. delega.
c. coram. Itẽ decre. illa. per tuas. inter-
pretatur aliam eiusdem tit. c. licèt He
ly. de simo. Item decreta. illa s. de offi.
delega. super questionũ, interpretatur
illam. cũ te consulente. Itẽ decret. illa.
de consan. vir qui à stipite. interpreta-
tur aliã eiusdem ti. non debet. sic quod
aliqui distantes inter se quarto gradu
possint contrahere, nisi quãuis alter di
stat à cõmuni stipite 4. gradu. alter. 5.
Itẽ decre. illa s. qui fil. sunt legi. p tuas.
in fi. interpretatur aliã eiusdẽ tit. trãs-
missæ. dum dicit, q in casu dissimili lo-
quitur. Itẽ quod dicit decr. illa qui fil.
sunt leg. cũ interio. veterem, q̃ filij na-
ti ex illis parentibus, qui ignorantes
impedimentum in facie ecclesiæ cõtra
xerũt, legitimi sunt; interpretat̃ aliam
in eodẽ tit. dicens idẽ esse si alter con-
iugum ignoret impedimẽtũ. Itẽ quod
dicit decreta. s. de vi. & ho. cler. qm. &
alia s. de sen. excom. monachi, scilicet
q̃ si aliquis de communiter viuenti-
bus manus in confratrem iniiciat vio-
lentas, à suo abbate vel superiore po-
terit absolui, interpretatur decre. s. de
sen. ex-

sen.excõ.c.cum illorum.dum dicit nisi excessus extiterit difficilis & enormis. vt si ad mutilationem membri vel effusionem sanguinis est processum, aut in episcopum vel abbatem violenta manus iniecta. Itẽ decre.illa.s.de cogna. spi.c.1.interpretatur illos canones.30. q.3.c.super quibus, & post susceptum. hæc exempla & alia his similia iuris interpretatione notare per se poterit
7 quilibet studiosus. ¶†Item prorogatur iuris interpretatio ratione fauoris, vt si cui indultũ sit retinere beneficia vacantia in sua ecclesia, & fructus eorum percipere, ac in solutionem debitorum eiusdem ecclesiæ conuertere, per interpretationem extenditur nomen beneficij ad præbendas vel beneficia maiora; vt j.eo.c.tua nobis. Item verbũ illud, labores, extenditur ad omnia quæ quidem religiosi proprijs manibus & sumptibus excolunt. vt s.de decimis.c.ex parte. Item priuilegium indultum de decimis non soluendis extenditur ad decimas per interpretationẽ possessionum, quæ postmodum acquiruntur. vt s.de priuile.c.quia circa. Itẽ quod quibusdam religiosis indultum est, si vt est Romanæ terræ fuerit interdictum, excõicatis & interdictis exclusis possunt ianuis clausis suppressa voce non pulsatis campanis diuina officia celebrare, ad episcopos prorogatur. vt s. de priuil.c.quod nonnulli. sic per interpretationes extendimus donationes, vt s.de dona.c.cum dilecti. Vnde si Imperator donet, demum interpretatur cum omnibus iuribus & pertinentijs suis esse donatum, vt C.de bo.vaca.l.fi. li. lib.10. Idem facimus in testamẽtis similiter ratione fauoris. Vnde si aliquis leget vina, interpretamur & vasa vinaria legasse. ff. de vi. & tri.leg.l.si cui.§.si vinum.& ff.de penu.le.l.qui penum.§.vlt.& l.nam quod.& auibus legatis & auiaria debentur. vt ff.de leg.3.l.apibus. Non enim in causa testamentorũ ad diffinitionem vtique descendendum est, cum plerunque abusiuè loquantur homines, nec proprijs nominibus vel vocabulis vtantur. vt ff.de leg.3.l.non aliter.§.titius. Idcircò; cartarũ appellatione, libros intelligimus esse legatos, cum vox testatoris, & voluntas vrgeat, vt cum quis dixerit cartas meas vniuersas, q nihil aliud quàm libros habeat, studiosus studioso relinquens. vt ff.de lega.3.l.librorũ.§.quod tñ. Item prorogatur iuris interpretatio ratione generalitatis, vt cũ quis obligat bona sua, & futura bona intelligatur obligare. vt C. quæ res pigno.oblig. pos.l.vltima. Item cum quis fundũ obligat, nihil excipiens ius patronatus, quod in ecclesia in fundo sita obtinet, obligare videtur. vt s.de iure patrona.c.ex literis.
8 ¶†Aliqñ interpretatio iuris arctatur, vt in procuratione exigenda ne subiecti grauentur. vt s.de cẽ.c.quanto. Itẽ arctatur vt exactionis & auaritiæ nota vitetur, vt s.de cen.c.ex parte. Item interpretatio arctatur odij ratione, vt cùm decimæ laico conceduntur in feudum, quod male fit, vt s.de his quæ fi.a præla.sine con.ca.c.cũ apostolica. Itẽ in hoc casu occasione decimationis antiquæ non sunt decimæ noualium vsurpandæ cùm in talibus non sit extẽdenda licentia, sed potius restringenda. vt s.de decim.c.tua. odia.n.per interpretationem restringenda sunt. vt ff.de liberis & posth.l.cũ quidã.s.de consang. & affini.c.quod delicto. Item arctatur venditio per interpretationem, vt non videatur episcopatum vel venditũ vel in venditione exceptũ, q venditionis tpe non extabat, vt ff.de contrahen. emp.& ven.l.Rutilia, & hoc ideo quia in venditione inspicitur tempus contractus. Item in fauorem rei fit restitutio per interpretationẽ, nam si quis legauerit nummos & nescimus de qbus sensit, tunc sumitur coniectura ex pluribus; spectatur.n.consuetudo patrisfamilias in primis, deinde regionis in qua testator versatus est, sed & mens patrisfamilias & legatarij dignitas vel charitas & necessitudo. In summa, quę

Ppp præcedunt

præcedunt vel sequuntur scripta scrutan da sunt.vt ff.de lega.1.l.filiusfamilias.quia si nec ex illis coniectura capi possit,tunc locum habet quod dicitur; nummis in distinctè legatis exiguiores debentur,si neque ex consuetudine patrisfamil.neq; ex regione vnde fuit; neque ex contextu testamenti possit apparere.vt ff.de lega.3.l.nummis, qđ ideo contingit, quia cum hæres damnatus sit nummos dare, in potestate eius est,quos velit dare & liberare.vt ff.de lega.3.l.qui concubina.§.primo.

SVMMARIVM.

1 *Regula quid sit.& vnde dicatur.*
2 *Regulæ vnde summantur.*
3 *Regula, omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur;quomodo intelligatur.*
4 *Regula, quòd dubia in meliorem partem sunt interpretanda, qualiter sit intelligenda.*
5 *Regulæ,quòd vtilius scandalum nasci permittitur quàm veritas relinquatur,sensus.*
6 *Regulæ, quòd est illicitum necessitas facit licitum,explanatio.*
7 *Regulæ,quòd latenter,aut p vim,vel aliàs illicitè introductum est, nulla debet stabilitate subsistere, declaratio.*
8 *Regulæ, quòd iudex à tormentis incipere non debet,intellectus.*
9 *Regula,quidquid in sacratis Deo rebus & episcopis agitur pro sacrilegio reputatur, quomodo sit intelligenda.*
10 *Regula,qui ex timore facit præceptum aliter quàm debeat facit, qualiter intelligatur.*
11 *Regulæ,offendēs in vno factus est omnium reus,intellectus.*
12 *Regula,non potest esse pastoralis excusatio si lupus oues comedat,& ipse nescit; declaratur.*
13 *Regulæ, indignum est,& tam Romanæ ecclesiæ consuetudine alienum vt pro spiritualibus facere quis homagium compellatur,declaratio.*

¶DE REGVLIS IVRIS.

Rubrica.

AD eximij operis cōsumationē, & ministrorū iuris canonici instructionē perfectissimam doctrinam diffinitiones iuris siue regulæ supponuntur,vnde intitulatur rubrica: de regulis iuris.¶Videndū est, quid sit regula.Vñ dicatur. Qualiter finiatur.
1 Ex quibus regula surgit.¶Regula†qdē est quæ rem breuiter enarrat,non vt ex regula ius sumatur; sed ex iure quod est,regula fiat.vt ff.eo.titu.l.1. Sed in grāmatica regula est multorū consimiliū collectio. ¶Regula dicta est ex eo q recte ducit, nec aliqñ aborsum trahit. Alij dixerunt regulam dictā,vel q regat,vel q normā rectè viuendi præbeat,vel q distortum prauūque corrigat.vt 3.dist.c.regula. ¶Sed obijcies,si hoc facit regula; ergo regula est ius, sed contrariū dixi,non vt ex ea ius fiat. Rñdeo in decre.sumitur regula s̄m q canon græcè, latinè regula nuncupatur.vt 3.dist.c.canon.sumitur autē regula,vel ex signo vniuersali.vt j.cod.tit.c.omnes res ff.eod.titu.l.omnia.vel ex signo indiffinito ff.eod.titu.l.quicquid calore iracundiæ.vel ex alio generaliter dicto.vt j.cod.titul.c.quod
2 non est licitum. ¶† Sumuntur regulæ ex iure constituto. vt ff.eod.titu.l.1.& vt superius dixi. quædam tamen sunt, in quibus regulæ vel diffinitiones proditæ non sunt, quia nec tradi possunt, difficilis est enim aliquarū rerum diffinitio,vt moræ ff.de vsu.l.mora,in prin. sic & alibi lex dicit in impensis factis in rebus dotalibus.quæ autem impendia ex rebus dotalibus deduci debeant,nō tam facile in vniuersum diffiniri,quàm singula ex genere & magnitudine impendiorum æstimari possunt. vt ff.de impen.in rebus dota.fac.l.quod dicitur, in fin. Item non potuit diffiniri quanta fides sit testibus adhibenda. & ideo hoc arbitrio iudicis reseruatur,

tur, dum dicitur. Tu magis scire potes quanta fides sit testibus adhibēda.
vt ff. de testi. l. testium fides. in versi. verba epistolæ. sic quanti tēporis pœnitentia sit peccatoribus imponenda canone non potuit diffiniri. & ideo dictum est, tempora pœnitudinis habita moderatione constituenda sunt. tu iudica prout conuersorū animos prospexeris esse deuotos habito respectu ad ætatis pericula, & ægritudinum necessitatés.
vt 26. q. 7. c. tēpora. & c. hæc sic. ¶ Item quatenus & cuius intersit, non potuit diffiniri, eo quod non in iure, sed in facto consistit. vt ff. eo. tit. l. quatenus. ¶ His igitur præmissis ad aliquam præsentis tractatus doctrinam, regulas sub hac
3 rubrica positas exponamus. ¶ † Prima igitur regula. omnis res per quascunq; causas nascitur, per easdē dissoluitur, subaudi, in contractum agentes. vt est videre in emptione & venditione, quæ consensu contrahuntur, & contrario consensu dissoluūtur rebus integris existentibus. secus si ad solutionem pretij vel rei traditionem peruentum sit. vt C. quando licet ab emp. re. l. 1. Idem in alijs bonæ fidei contractibus. vt ff. de pact. l. si vnus. §. idem. Idem in sponsalibus de futuro. vt ×. de sponsali. c. præterea. secus in matrimonio. vt ×. de iureiurand. c. tua. & ff. de eo qui cog. cōsan. vxo. suæ c. super eo hoc ideo, quia matrimonium non soluitur nisi morte. vt 32. q. 7. c. licitè. & in Auth. de nup. §. deinceps. collat. 3. & simile ad l. istam. ff.
4 eo. tit. l. nihil. ¶ † Secunda regula dicit. quod ea facta, quæ dubium est quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. vt enim vir præditus scientia literarum & maximè prælatus cū propria consanguinea conuersatur, credi debet quod hoc faciat affectionis & non fornicationis causa. vt ×. de præsum. c. cùm in iuuētute. Item cum legatus ecclesiæ Romanæ & maximè cardinalis equum vel aliud modicum recipiat ab eius cognato, cui cōfert aliquid spirituale, credendum est quòd non simoniæ, sed necessitatis causa recipiat. vt ×. de simoni. c. & si quōnes. & hoc ideo contingit. quia quilibet præsumitur bonus, donec contrarium probetur. vt ×. de scruti. c. vno. ×. de præsumptio. c. dudum. & nullum suæ salutis immemorem. vt 1. q. vlt. c. sancimus. Alia iura dicunt in humaniorum partem in dubijs declinandum. vt de transactio. c. vlt. 50. dist. c. eos. Alia, in dubijs, quod tutius est, tenere debemus. vt ×. de presby. non bapt. mi. c. veniens. ×. de bapt. & eius effec. c. de quibusdam. de constit. di. 4. c. si nulla. & dist. 1. c. presbyteri. Alia in dubijs suis conscientijs homines relinquuntur. ×. de iureiurand. c. mulieri. 33. dist. c. habuisse. ¶ Tertia regula est.
5 † vtilius scandalum nasci permittitur, quàm veritas relinquatur. scilicet fidei, vel veritas bonæ vitæ. Triplex est enim veritas, bonæ vitæ, & hæc nunquam dimittatur propter aliquod scandalum; quia pro nullo scandalo debet committi mortale peccatum. vt ×. de noui ope. nunc. c. cum ex iniuncto, circa fin. Item iusticiæ respū iudicis, disciplinæ respectu prælati. Et in his aliquando veritas dimittitur propter scandalum. vt 23. q. 4. c. non potest. Vnde versus. Est verū vitæ, doctrinæ, iusticiæq;. Vnum semper habe, duo propter scandala linqui.
6 ¶ † Quarta regula est, quod non est licitum. simile ad hanc regulam de conse. dist. 1. c. sicut. & dist. 3. c. peruenit. & di. 5. c. discipulo. ×. de fur. c. qui per necessitatē Et est ratio; qui necessitas est contraria voluntati. ff. quod met. causa. l. 1. & nullum peccatum, nisi voluntariū.
7 vt 15. q. 1. §. 1. & c. illa. ¶ † Quinta, quod latenter, aut per vim, vel aliàs illicitè introductū est, nulla debet stabilitate subsistere. in hac potest poni exēplum in exactis latenter, aut per impressionem, aut per dolum à prælatis introducta, quæ subsistere de iure non debent. vt 16. q. 3. c. quia cognouimus. supra de excess. præla. c. sanè. vel potest poni exemplum in consuetudine irrationabili introducta latenter, vel per vim,

quæ subsistere non debet. ff. de li. & fe. consu. l. quod non ratione. ẽ. de consue
8 tudi. c. vlt. ¶ † Sexta in ipso causæ initio non est à quæstionibus inchoandum, contingit hoc ideo, quia ad quæstiones non peruenitur, nisi per præsumptiones, & indicia, & propterea non est à quæstionibus inchoandum. vt dicit hic, & ff. co. tit. l. i. Respon. 1. &
9 C. co. tit. l. miles. ¶ † Septima quicquid in sacratis Deo rebus & episcopis agitur, pro sacrilegio reputatur, quia sacra sunt & à quocunq; violari non debent; sacrilegium enim committitur, si res ecclesiæ diripiantur, vt 1. q. 3. c. peruenit. 16. q. 7. c. 2. 17. q. 4. c. si quis domum. ẽ. de fo. compe. c. conquestus. ẽ. de senten. excom. c. conquesti. & quod dicit sacratis, supple maximè; nam & non sacratæ priuilegium habent, vt serui ecclesiarum. vt 12. q. 3. c. ecclesiarum seruos. sic & cum iniuria infertur personis ecclesiasticis. vt 17. q. 4. c. si quis suadente. & quod hic dicit de episcopis subaudi maxime. 17. q. 4. c. si quis
10 deinceps. ¶ Octaua, † qui ex timore facit præceptum, aliter quàm debeat, facit; & ideo iam facit, intelligendum est de præcepto diuino, & de eo qui illud facit timore seruili, qui non potest esse simul cum charitate, vnde talem timorem habens non potest mandata domini adimplere, cum non sit in charitate, quæ est summa omnium bonorum operum. vt de pœni. di. 2. c. charitas. secus est de timore filiali, qui simul habetur cum charitate, vnde qui timet Deum faciet bonum. Item timor serui lis introduxit filialem, sicut seta, filum, vel lignum, vt de pœni. dist. 2. c. sicut seta. vnde dicitur, crescit charitas, & minuitur timor, vt de pœni. dist. 2. c. forte nata. perfecta vero charitas foras emittit timorem. vt 23. q. 6. c. schismatici. qui igitur timore seruili facit præceptũ Dei, nec facere intelligitur, vt dictum
11 est. ¶ † Nona, offendens in vno factus est omnium reus. quod sic intelligo, vt offendens in vno peccato mortali, fiat reus omnium, quo ad sufficientiã damnationis; idest ita sufficiat vnũ ad æternam damnationem, sicut omnia. Vel offendens in vno, idest in vna virtute; nam statim subintrat vitium virtutis oppositum, cum excluditur virtus, vt 32. q. 1. c. cùm denunciatur improbitati. & sic cum habeat vnum vitium mortalis peccati, omnium virtutum factus est reus; quia nullam habet virtutem. Vel vno idest in charitate, sine qua nemo potest saluari, ac si omnium peccatorum reus esset; & simile ad illud de
12 pœni. dist. 6. c. 1. ¶ † Decima non potest esse pastoralis excusatio, si lupus oues comedat, & ipse nescit. hoc ideo contingit, quia de custodia tenetur. ff. loca. & condu. l. qui mercedem. pastor enim vigilare debet, & animam suã ponere pro ouibus. vt 23. q. 4. c. tres personæ. & ideo tenetur de culpa, sicut custos carceris. vt ff. de custo. & ex. re d. vlt. non igitur excusatur pastor ignorantia, quia de negligentia tenetur, vt prælatus. 91. di. c. dictum. sicut nec excusatur custos fornacis, si obdormit vel negligenter custodit, & ignis euagatus villam incendit. vt ff. ad l. aquil.
13 l. si seruus. ¶ † Vltima regula est, indignum est & à Romanæ ecclesiæ consuetudine alienum, vt pro spiritualibus facere quis homagium compellatur. hoc ideo, quia simonia committitur. vt supra de simo. c. si diligenti. Sed sacramentum de fidelitate, & si clericus priuatus non debeat suo prælato præstare. vt ẽ. de maio. & obe. c. legebatur. si tñ hæc consuetudo deposcat, præstabitur. vt ẽ. de verb. sig. c. cum clerici. supra de elec. c. qualiter. sed à prælato de iure præstatur suo superiori. vt supra de iureiur. c. nullus. 23. dist. c. quanquã. Sed quamuis pro spiritualibus temporalia non præstantur, affectio tñ & charitas indebite non censentur. ¶ Solent n. homines quadam prærogatiua amoris diligere illos, à quibus se percepisse beneficia recognoscunt. vt supra de testa. c. cùm in officijs. Cum igitur doctri na iu-

na iuris canonici, ſpirituale ſit obſequium, potes ò lector mihi retribuere ſpiritualiter in effectu. ſed ſufficit ſi non detrahas, ſi hoc opus laudibus attollendum lingua non carpas venenata. Sunt enim quidam, qui in primo ſe æſtimant, vt bona quæ viderint, diſcere contemnant; & quod grauius eſt, aliorum opuſcula quanquam vltima dente lineam vltro ſuffundunt, ſicubi verò reperiris quod aliorum dicta corripiant, non turberis; hæc enim cõſcientiæ quædam exegit temeritas; quæ in offenſam incidere timuit omittendo hæc cui vtilitas ſuaſit & indixerit. ſi fortaſſe legeris quod in apparatu meo memineris te vidiſſe, conſidera quod non omnes, qui ſummam habituri ſunt, habeant apparatum, & propterea malui repetere quàm deeſſe.

FINIS.

VENETIIS.
Apud Chriſtophorum de Zanettis.
M. D. LXX.